



151

Joannis Stobei

Sententia.

86



De Encargamento
 do Regimento
 da Real Casa
 da Moeda
 e das Casas
 da Real Fazenda
 da Vila Rica
 em 1763

No Encargamento
 da Real Casa
 da Moeda
 e das Casas
 da Real Fazenda
 da Vila Rica
 em 1763



BIBLIOTECA DE LOYOLA

Sala H Estante 2 Plúteo 4

[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

IOANNIS
STOBÆI SENTENTIAE.

Julius K...

Ex thesauris Græcorū delecta, quarum
autores, circiter ccl. citat: & in ser-
mones siue locos cōmunes digesta.

Auctore damnato ~~opere pe-~~
A Conrado Gesnero Doctore Medico Ti-
gurino in Latinum sermonem traducta.

Ex lib. Col. Rich. byola. y. u. h. u. a.



PARISIIS,
Apud Carolum Perier, in vico Bellouasco
sub Bellerophonte.

1557.



AD LECTOREM.

EN tibi candidè lector, Io. Stobæi anthologiam exhibemus, planè auream & incomparabile Opus (nèpe totius Græciæ ac omnis huius manæ sapientiæ & veluti speculum nitidissimum suæ theatrū potius, in quo variæ personæ agūt, Philosophi, Poëta, Oratores, Historici) recēs integritati suæ restitutum, quoad eius fieri potuit, aliquot mendorum milibus sublatis: idque in prima editione, quam publicavimus anno Domini 1543. Iam rursus autem in hac SECUNDA EDITIONE, præter innumeros locos ex vetustissimis codicibus manu scriptis emendatos, maximum quoq; passim Sententiarum auctarium, & integros Sermones aliquot adscripsimus: denique librorum nomina, ex quibus singule autorum sententiæ & de promptè & diligenter ubique adnotavimus.

T. LVCRETIVS.

Floriferis vt apes in salibus omnia libant,
Omnia nos iidem decerpimus aurea dicta.

PRÆCLARIS ET NOBILIBUS VIRIS, D. IOANNI IACOBO à Vuatenuuil, & D. Ioanni Francisco Nagelin, magnifico Heluetiorum reip. Bernensis Consulibus dignissimis, totique Senatui ordini amplissimo, Dominis suis colendisissimis, Conradus Gesnerus Tigurinus, Salutem & pacem in Domino nostro Iesu Christo.



NON POSSVM equidem illos probare, Clarissimi viri, qui morem antiquitus receptum, ut quisque ingenij & lucubratorum suarum opera, quæ in publicum exire velit, aliis nuncupet quos amat aut veneretur, seu parū liberalem criminantur. Cum enim ceteris hominibus aliquod doctrinæ & opus dedicare, humanitatis & amicitie signum est illustre: cum illis præcipue, qui magistratum gerunt, huiusmodi libros offerri par est, partim quoniam ita nos eis plurimum debere testantur, partim ad philosophandum hoc modo allicimus. Atqui Plato tum de reipublica optime habituram pronuntiauit, cum aut principes circa philosophiam, aut philosophi circa imperium versarentur. Caterum vt hoc Opus Io. Stobæi, nunc primum opera mea Latinitati donatum, Excellentie vestræ inscriberem, multæ quidem sunt causæ, quæ me impulerunt id vt



EPISTOLA

facerem, præcipuè autem duæ: altera, quoniam *Lau-
sanna* stipendio vestro liberaliter conductus, *Gre-
cas* literas illic per triennium pro virili mea docui:
vbi forsân etiamnum agerem, nisi certè rationes
in patriam me reuocassent: altera, quod amplissi-
mus ordo vester permultos habet viros, qui vel in
clarissima vrbe, vel pulcherrima ditione vestra
rempub. moderantur, in humanioribus disciplinis
aut eximie, aut saltem mediocriter eruditos: Et illi
etiam, qui peculiâres ob causas & occupationes li-
teras non didicerunt, quod non mirum est in tanto
senatorum democratico numero, sedulo tamen in-
terim melioribus studiis, & bonis doctisque homi-
nibus patrocinantur, ac *Mecenas*as fidißimos a-
gunt, vnâ cum bonis literis & earum cultoribus
religionis quoque sinceritatem promouentes: non
secus ac elephanti, qui cum natare nesciant, iuxta
ripas flumiorum obambulare gaudent. Adducere
huius rei testimonia, & contexerem catalogum do-
ctorum hominum, qui in regione vestra aut *Euan-
gelium* purè docent, aut linguas & bonas scientias
profiterentur, quibus & stipendia liberaliter largi-
mini, & bibliothecas instruitis: nisi plures illi es-
sent, quàm in præsentia enumerari conueniat: &
res ipsa luculetior, quàm vt à me prædicari sit opus.
Itaque vt beneficiis vestris olim in me collatis non
ingratus essem, ac vos maxime digno literato mu-
nere declararem, hosce *Stobæi* communes locos *Ex-
cellentie* vestre nuncupare volui. Non poterit au-

tem

NUNCUPATORIA.

5

tem opinor id vobis ingratum esse, quo ego meam
erga vos gratitudinem summa diligentia probare
conatus sum.

Quinetiam argumentum huius libri omnino po-
liticum est, & magistratû aptissimum. Habet
enim plurimos sermones morales, æconomicos, &
politicos, quorum numerus est supra centum vigin-
ti: perpauci enim sunt qui ad tres istos generales
non pertineant. Morales de studio virtutum, ac vi-
tiorum fuga egregie docet. Debet autem magistra-
tus præ omnibus aliis disciplina morum & affe-
ctuum moderationi operam dare. Nam in sublimi
exempla eorum sita sunt, ab omnibus suscipiuntur,
ad imitationem proponuntur. Hinc fit vt populû
serè talis vltro fiat, qualis est magistratus. Cum
igitur illi qui rempub. administrant, suis virtuti-
bus ac exemplis prodesse possint quàm plurimis, se-
cus autem plurimos offendere, multo magis quam
priuatim hominibus disciplina morum ipsi excolen-
da fuerit. Quæuis enim vnusquisque nostrum non
sibi tantum, sed patriæ & rempub. natus est, in pri-
mis tamen magistratus omnium communi salutis
prosperare debet, ac diuinam vitæ puritatem, in-
q; ceteros homines benigne vitæ imitari, ne frustra
Dei vocabulo in sacris literis appelletur. Huc acce-
dit, quod singulos rationem, qua sibi met imperent,
callere prius oporteat, quàm aliis imperare velint.
Continetur autem hæc ratio in locis moralibus, qui
ante ceteros apud *Stobæum* habentur.

a 3



EPISTOLA

Alij sunt æconomici, qui ad familiæ disciplinam faciunt, cuius proximæ cura post seipsum cuique habenda est. Hæc ut in omnibus etiã privatis diligens accuratãque, ita precipue in magistratus diligentissima requiritur. Nam in hoc ipsius boni ac virtutis maxima, pulcherrima, & peculiaris omnino sita vis est, ut nunquã desinat quã fieri potest plurimos, sibi quã simillimos reddere. Itaq; vir bonus ab initio curabit, ut ipsemet virtutis studiosus & sibi semper undique similis constansque sit, mox omnibus modis ut familiam quoque talem reddat enitetur, nec unquam à bona institutione ipsius feriabitur. Bonum enim cessare non potest, presente materia nunquam occidit, agit perpetuo. Bonus igitur vir ubi bonam familiam effecerit, subinde etiam extra eam per proxima quæq; ad remotiora pergens (infinita enim boni ratio est) omnia sibi conatur assimilare, & vero virtutis studio imbuere. Quippe bonitas siue virtus, ignis quidam cælestis est, quantumcumque potest sibi vëdicans, & in se cõuerit. Ignem appello, quoniã non cessat, quãdiu materia suppetit, priusquam in se verterit totam. At quoniã terrenus noster ignis id quidẽ facit, sed interim corrumpit & absunt res in quas agit, virtutẽ vocare libet cœlicũ ignem, qui non ledit, non consumit, sed benigno calore suo fouet ac reficit. Quandoquidem & virtus sic omnia sibi usurpat, & in suã naturã cõuertit, ut conuerteda nihil interim patiãtur, sed meliora seipsis, & absolutiora plane fiant.

Quis-

NVNCVPATORIA.

Quisquis igitur familiã suam nõ bene instituit, docet emẽdat, idq; perpetuo summa fide ac diligentia, boni viri nomine nõ satis dignus fuerit. Melius autẽ nemo instituet, quã qui naturali, aut potius diuine bonitati siue æconomicã disciplinã adiunxerit, quæ quidem ex hisce Stobei locis non obscure percipitur. Iam quod dixi, nullũ bene gubernatũ rempub. qui nõ antea seipsum regere didicerit, idem de administratione familiæ intelligendũ est. Qui enim domui siue nõ recte præfuerit, quomodo rempublicã reget? Quippe familia cetera parua quedã politia est. Et quemadmodum patrem erga familiam affectũ esse conuenit, ita principem erga illos, qui fidei curæq; eius commissi sunt. Proinde Romani pleno humanitatis nomine senatores suos patres vocitabant. Hactenus de disciplina morum & vitæ tum in singulis hominibus, tum in familiis obseruãda, quæ instar fundamenti est ad sequentem administrationem reipub. ac sine qua sic non esse potest politia, ut totum absq; partibus haud existit, satis dictum sit. Ceterum politici loci permulti à Stobæo doctẽ copiose proponuntur, quibus præcepta & consilia vberissima, eadẽmque saluberrima continentur, de re publica, legibus & consuetudinibus, viris potẽtibus in ciuitate, magistratus, & qualem esse oporteat illi qui gerit magistratum, de monarchia, regno, tyrannide. Non autẽ domestica solum & pacis sed etiam militaria belli quæ consilia ab eo collecta sunt.

Hactenus serẽ cõplexus sum huius libri summa-



riam diuisionem. Verum quia triplex bonum est, ut inter plerosque sapientium conuenit: animi inquam, corporis, & fortunæ: ex his primo quod verum perpetuumque est, loci morales, eique plurimi, ut pote præstantissimo, destinati sunt: reliquis pauciores, Nempe loci aliquot de medicis, sanitate, morbo, & pulchritudine inserti sunt, qui ad bona vel mala corporis referuntur. De fortuna etiam & in fortunio, diuitiis, paupertate, ac eiusdem generis locos aliquot postremo locauit, donec tandem ad senectutem mortem, luctum, sepulturam, & consolationem perueniens, librum claudit. Quod si boni rationem aliter distribuere placet, videlicet ab ipsa rerum natura, in honestum, iucundum, & utile: sic etiam apparebit, omnem boni circumscriptionem & latitudinem in hisce Stobæi nostri, aut iam potius vestri, copiosissimis locis comprehensam esse. Siquidem honesta, eadem quæ animi bona sunt: dulciora vero & iucunda, quibus corporei sensus fruuntur ac demulcentur: vtilia denique fortuna suppeditat.

Habetis Clarissimi viri, quæ nam res ab hoc autotore proponantur, quo ordine, quaque ordinis ratione: reliquum est, ut quomodo ipsas tractauerit, paucis aperiam. Nō igitur ipse auctor eruditione sua fretus hoc volumen exarauit nec vni & alteri philosopho innixus, nec vni tantum addidit scilicet: sed ex omnibus Græciæ totius sapientissimis ac primariæ notæ scriptoribus; non ex malis & promiscuis meliora, veluti quod dici solet, de stercore gem-

mas: sed ex optimis optima quæque delegit, atque ex acervo gemmarum preciosiores duntaxat in suū thesaurum retulit. Quippe grauissimas & illustriissimas Græcorum sententias, interdum & historias elegantiores, & exempla memorabilia, quicquid ipse nimirum per omnem ætatem obseruare legendopotuit, ex amplissimis ac vetustissimis librorum thesauris depromptum, in centiū & viginti Sermones, tanquam in totidem preciosissima monilia conuenxit: ex multis fragrantissimis rosis ac floribus diuersis, totidem seruis, aut coronas, ordine mirro composuit: & instar apiculæ, ex vario genere florum, quicquid inerat succi suauioris exhauriens, in vnum opus verè mellitum, & instar elegantissimifauis in multas veluti cellulas distinctis, plurima & floridissima auctorum præta peruolitans vndique congregit: denique hæc ceu officinam suam, aut apothecam, diuerso genere nobilium aromatum instar diuitis pharmacopœa, singula suis capsulis discernens, impleuit. Et vti bonus œconomus præstantiores arborum fructus, & qui ætaten ferre possunt, diligenter in suum penu recondit: ita Stobæus gnomas elegantiores, quæ digna videbantur ut diuissimè hominibus superstites essent, in hunc librum conscripsit. Quicquid vbiq; pulchrum erat, utile, admirandum, collegit: veluti locupletissimus aliquis mercator, ex variis ac remotissimis gentibus omnia vndique egregia, rara, preciosa, conducibilia, cœmit, & in domum conuehit. Sicut Indici Grypes



aurum effodiunt discisis vestro petris, quæ guttis aureis conspersæ sunt minutissimis, idque magno studio referunt: ita nosser Gnomographus sententias planè aureas, & (vt ita loquar) gemmas, plurimus & prolixis autorum operibus dispersas, laboris assiduitate in magnum cumulum contulit.

Sed huiusmodi apophthegmata, præcepta, consilia, chrisæ, gnomæ, vel quomodocûque appellentur, tantum auro geminâque præstât, quantum externa corporis cedunt, & hæc rursus animæ bonis inferiora sunt. Corpora gemmata & ornata auro, nihil seipsis meliora sūt, tum inter homines, tum inter cetera siue animata siue inanimata corpora (nam & equus utiq; phaleris & frenis insigniatur, nõ sit seipso melior) fortassis autem deteriora sic euadunt, præsertim hominum, tumore superbiæ inflata. Anima verò sapientiæ præceptis imbuta, supra omne brutum & mortale genus ad cælos attolitur. Item cum vna gemina nõ possit nisi corpus vnũ ornare, & quãdiu propria alicuius est, nihil tuat alios: sapientiæ viri doctrina volentes omnes instituerè, meliores reddere, ac omnibus ex æquo professe potest: in quo pluribus communicatur, & longiori tempore vsurpatur, hoc efficacior semper fieri videtur, Non enim illo tempore vel videntium numero circumscribitur. Corporis autem & fortunæ bonis planè contrarium accidit: imminuuntur enim, senescunt & absumentur, cum vel diu, vel à multis vsurpantur. Postremo hoc interest (dicam enim

etsi fortè non magnum videri possit) inter fortunæ reuoluitæ & bona præcepta literis ac libris mandata, quod illa nõ idonea sunt, vt ex vno plura fiat: hæc verò per infinita exemplaria transcribi licet, artibus typographica beneficia. Aristoteles multa scripsit ad solum Alexandrum magnũ, quibus omnes hodie passim modica pecunia redemptis, ob secundam exemplarium copiam frui liberè possunt. Et ego vestre solum Excellentie conuersum à me in Latinam linguam Stobæi volumen nuncupauit, sed eo per vos fruuntur quotcunque volent studiosi. Non tamen eo vilius reputandum est donum, quia pluribus communicatur. Liberalitas enim est, quam plurimos bonorum suorum participes fieri velle: qualem vobis omnino voluntatem inesse, vt ipsa indies approbatus. Sed hæc fortè prolixius apud scientes disserui. Verum quæ pulchra & honesta sunt, ter & quater, vt est in proverbio repetisse inuat. Porro autores, quorum verba passim Stobæus recitat, numero sunt supra ducentos & 40. vt apparet in catalogo Operi prefixo. At si quis numeret accuratius, circiter trecentos inueniet: ex quibus equidem quadraginta solum reperio, qui hodie partim excusis typis partim in bibliothecis quibusdam extant: reliqui omnes nobis interierunt. Sed eodem numero inter ducentos & 40. aut potius trecentos scriptores, illos etiam comprehendo, qui tamen pauciores sunt, quorum opera nulla extant, sententiæ autem ipsorum ab alijs in cõmentarios redactæ



sunt, vt Socratis à Platone & Xenophonte. Tot nobis autores ab interitu vindicauit diligentissimus Stobæus, qui sorte iam magna ex parte ne rixisse quidem cognoscerentur: nedum omnia ipsorum scripta dictæue temporis iniuria periissent, situ, blattis, incendiis, & similibus incommodis absumpti. Optinè factam igitur, quòd seruari nobis sint, & non sine diuina opinor providentia ab illa pannoethria bonis libris iamiam imminente, & casum nutando minante, tanquam ex conflagratiōne quadam diuitis domus, nò toti quidem, sed quod optimum in eis erat, extracti. Statim enim post etatem Stobæi, exitium plerisque bonis libris contigisse reor, barbaris omnia populantibus, & unà cum Romanorum imperio literis quoque declinantibus. Gratulemur igitur nobis, quòd isti saltem autores opera Stobæi supersint, & veluti in concilio quodam principū & sapientium virorū, qui ex diuersis partibus orbis conuenerunt, prudentissima cōsilia conferat suam singuli sententiam tanquam in Areopago grauisimè pronuntiantes. Adiungite vobis igitur Ornatissimi viri, consultores huiusmodi, principes, legistatores, imperatores, philosophos, poetas, oratores, qui per mille annos, & supra, omnium consensu pro sapientissimis inter omnes ethnicos approbati sunt, videlicet à tempore septem Græciæ sapientium, quod annos circiter septingentos & quadraginta Christi natuitatem præcessit, vsque ad P. robi imperatoris seculum, qui

ducent-

ducentis & septuaginta nouem annis à Christi natiuitate exactis imperauit. Ad eius enim etatem vsq; vixit Porphyrius, cuius verba aliquoties à Stobæo citantur: quanquam & Iamblichi, qui Porphyrio posterior fuit. Reliqui verò omnes, ni fallor, etatē superiores fuerunt. Illorum autem, qui ante seculum septem sapientium claruerunt, vt Homeri, Hesiodi, Orphei, quoniam perpauci sunt, annos quibus superant aliorū etatem, nò addidi mille annorum numero: alio qui multo longioris temporis, & plurimum seculorum sapientes in hoc libro conuenisse predicarem. De ipso Ioan. Stobæo, quo tempore vixerit, certi nihil inuenio, nisi quòd ex iam dictis patet eum post Imperatoris probi tempus floruisse, & Christianum fuisse ex ipso nomine colligo. Cum igitur ex optimis duntaxat summorum & clarissimorum hominum scriptis ac sententiis hic liber constaret sit, non solum ad institutionē vitæ, ac morum disciplinam conferet: sed etiam ad differendi copiam utilis erit, siue testimonia & auctoritates nominatim allegare liberit siue argumenta solum scribende dicende orationi inde conquirere.

Non est autem contemnenda sapientia humana: quamuis enim sine dono fidei inutilis sit ad beatitudinem eterne vitæ, neq; possit suo ingenio suisue operibus celo potiri (vt aliqui philosophorum existimauerunt) vtilissima tamen, imò necessaria est, ad res humanas & negotia ciuilia contemplantum & administrandum. Quod si etiam cum



pietate diuina iungatur, iam optimū & pulcherrimū temperamentū fiet. Non enim inter se pugnant, ut imperiti quidam statuunt, ciuili, æconomica, moralis, naturalis, logica, & diuina sapientia. Sed humana quoque Dei donum est, vt in Salomone patet: cui Deus sapientiam largitus est, qua populum suum regeret, id est politicam: de animalium & stirpium naturis differeret, id est naturalem: litigantium controuersias solneret, quod sine dialectica, id est veri falsique censura fieri non potest. Et licet omnium animis huiusmodi sapientia semina immata sint: in hoc tamen virtus & laus eorum est posita, si excolantur ita, vt præ cæteris plurimum excellant: quod in Salomone contigit, non cultu quidem aut exercitio, vt in aliis sapientibus, sed munere diuino. Quamobrem & regina Sabæ ad ipsum venit, sapientia samam sequuta, humane potius quam diuine, vt pote mulier ethiua. Quæuis enim omnis sapientia mortalibus à Deo conuenitur, alteram tamen humanam vocamus, alteram diuinā nimirū à rebus circa quas versantur: hæc nempe diuinas & æternas, illa verò humanas & caducas. Aut certe propter dignitatem & præstantiam, quod commune non est. si species autorem qui conferit utraq; alteri ceu proprium attribuitur. Demonstrato igitur, non aduersari terrestrem philosophiam cælesti: si hic locus & tempus admittent, conarer etiā ostendere, quod non paruum conferret. Quid obsecro tam Christiane (de vita

& actionibus, non de fide loquor) dici potest, quam illa in Platonicis dialogis sepe reperita: Melius esse iniuriā pati quam inferre: Miserum esse, qui peccatorum pœnas non luit: Non faciendum alteri, quod tibi fieri nolis? Et alia huiusmodi, quæ ceu fundamentum sunt morum & operum Christianorum, vitæq; optimè in Repub. instituendæ. Socrates, Pythagoras, & alij similes eis purè philosophi, si uiuerent hodie, etiam inter illos qui se Christianos profitentur, quis eos ex uiuendi disciplina non sanctos diceret? Siquidem omne studium ad animi tranquillitatem, corporis frugalitatem, innocentiam uitæ, deniq; meditationem ac laudes vnus Dei conuerterent, Certe philosophia omnis aut in contemplatione nature sita est, motus corporum cælestium simul & terrenorum considerat, & alia quædam, quæ vel ipsis corporibus, vel ipsorum motibus annexa sunt, & tandem in primo motore, id est, vnico omnipotente Deo quiescit: quomodo igitur sacris literis contraria fuerit, quæ creatorem æternum ex rebus creatis, & inuisibilem Deū maiestatem ex rebus sub visum cadentibus, paulatim à sensibus opacis ad mentem & puram mentem, ab elementis corporum ad simplicem diuinā essentiam, à terra ad cælum & diuinitatis usq; thronum, propeq; Deum cernendum ceu per gradus quosdam animis subuectis æstimare iubet? Altera philosophiæ pars dicendi methodum, verum à falso discernendi, & necessarium à probabili, rationem docet: cuius scientiæ in omnī



EPISTOLA

questione proposita communis est non solum commo-
ditas sed etiam necessitas. Proponuntur autem se-
pe questiones in sacra scriptura, & in dubium vo-
cantur. Quomodo igitur huic scientiæ cum sacris
non conveniet, cum Apostolus dicendi facultatem,
& aduersarios redarguendi, tenere nos iubeat? Ter-
tia pars morum, familiæ ac Reipublice disciplinam
prescribit, vitia cauenda, virtutes malis omnibus
amplexandas commonefacit. Sed non immorabor
hic prolixius: non enim dubito, quin vos ipsi pro ve-
stra prudentia sat intelligatis, veterum licet ethni-
corum, in rebus humanis sapientiam Christianæ
professioni non tantum non aduersari, sed eam po-
tius illuare: non quidem ad beatitudinis finem, sed
ad illustrationem, clarioremque eius traditionem, &
contra impios cauillatores in disputando sitam de-
fensionem. Omnes igitur partes, quibus philosophia
tota perficitur, saluberrimæ optimæque sunt, præ-
sertim si doctrina Christiana colophonem eis im-
ponat: atque omnia ista, contemplationem inquam
naturæ, eloquentiam & iudicium orationis, denique
totam de moribus institutionem, in honorem & glo-
riam Dei, ac utilitatem proximi conuertat. quod
licet etiam ethnicorum non pauci doceant, obicere
tamen id faciunt, nec adeo clare constantè ac fre-
quenter, ut sacre literæ. Porro si qui ex veteribus
philosophiæ sunt abusi (permulta enim sectæ fue-
runt) idèbne statim philosophiam ipsam abiicimus
& in totum damnabimus? Haudquaquam. Eadè

enim

NUNCYPATORIA. 17

enim ratione cum aliis plurima maximaque; bona,
tum ipsas quoque; sacrosanctas literas damnauerimus,
quibus magna pars hominum (si modò illi homi-
nes dicendi sunt) abutitur, & male interpretatur.
Reliqua igitur omnia que terrenam & humanam
felicitatem spectant, cuius non modica cura magi-
strati esse debet, ex syncera et hincorū philosophia
abunde sumuntur: beatitudinis autem æternæ cau-
sa, id est fides, que constantè credit quod IESVS
CHRISTVS filius Dei viui homo factus, sine
omni labe ad peccata fidelium tollenda mortē obie-
rit, resurrexerit, inque; cælos ad patris dexteram re-
dierit, quò nos quoque; primò anima, ac demum etiã
corpore migraturi simus, immortalesque; apud eum vi-
turi: hæc inquam fides ex sacris literis tantum, &
diuinitus per gratiam & misericordiã Dei acquiri
potest. Atqui hæc spiritalis sapientia sola nobis
satis faceret, nisi carnè circumferremus, multis rebus
externis indigeremus, inter creaturas versaremur,
denique; cum hominibus partim imperitis & stolidis,
partem naturæ malis commercium haberemus. Sed
ne longius extra oleas, ut aiunt, abeam, epistole fi-
nem hic imponam.

Requirebat quidem hic locus tum vestras, tum ci-
uitatis Bernensis celeberrimas laudes predicari, re-
ligionis synceritatem renatam, prudentissimam
Reipub. moderationem, in bonas literas earumque
studiosos beneuolentiam, amorem, ac liberalitatem,
gentis fortitudinem, situm, amplitudinem, & ferti-

b



litatē regionis, deniq; multa huiusmodi dignis laudibus celebrari: Sed cū dotes virtutesq; omnes & vestras & Reip. totius oratione mea, sicut merentur, complecti non possim: & si vel partem aliquam enumerare velim, liber mihi conscribendus foret, nō epistola: pauca verō dicere de magnificētia vestra indignum esset: statui in presentia tacere, & istam provinciam aliis doctioribus & eloquentioribus ingenis relinquere. Quod superest. Humanitatem vestram oro & obsecro, Amplissimi viri ac domini benignissimi, vt hoc qualecunq; monumentum, pignus, ac testimonium gratitudinis & reuerentia erga vos meae aequi boniq; consulatis, eodemq; animo, quo vobis à me offertur, grato, videlicet & candido, accipiatis: deniq; inter clientes vestros perpetuo me Excellentiae vestrae commendatum habeatis. Valete & viuite felices per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, qui vobis Christianae religionis affectum semper augeat, & Republicam vestram cum omnibus bonis & doctis viris incolumem diuissimè conferuet. Tiguri, XIII. die Iunii, M. D. XLIII.

IOAN.

IO. STOB AE I

FLORILEGIUM, AD
 EPIMIVM FILIVM: SIVE
 Selectarum sententiarum, scite
 breuiterque dictorum, pra-
 ceptorum ad vitam
 spectantium.

Liber.

DE VIRTUTE, ET QVO
 PACTO SECVNDVM VIRTV-
 TEM viuendum, pracepta, & tam dictorum
 quam factorum antiquorum cōmemoratio,
 vite informanda perquam utilis.

SERMO I.



IRTVTIS autem sola Sophoclis
 constans perpetuaq; est pos-
 sessio. Eriphyle.

Neuquam reliquias bo Euripidis
 norum virorum aufert tem Andr.
 pus: Sed virtus etiam mor-

te peremptis lucet.

Non numisma splendens argenti solum, & Idē oedip.
 aurum est: sed & virtus hominibus moneta re-
 condita est omnibus, qua vti conuenit.

Virtus autē (etsi moriatur quis) nō interit, sed Idem Te-
 ruiuit, corpore nō amplius existēte. Malis autē men-
 cūcta simul euanida commoriuntur sub terra.



Pudet autem virum (quisquis fortiter se gesserit) si ignavus segnisq; vocetur. Ipsa vero fortitudo res est que doceri possit: siquidem etiam infans docetur dicere, audireq; ea, quorum nullam habet disciplinam. Que vero quis didicerit, ea conservari solent vsq; ad senectutē. Quā obrem pueros probē instituere.

Non est virtute vlla possessio preciosior. Non enim summittit se, neq; pecunias, neq; securitati, neq; adulationi vulgi. Sed virtus quo frequentius earti libet, eo magis crescit, perfectiorq; fit.

Virtus maximum verum humanarum bonū. Tres sunt virtutes, quas te exercere opus est, mi fili: Deos vt colas, & qui te enutrierunt parentes, legēsque communes Græciæ. Hæc si feceris, pulcherrimam ferēs coronam bonæ fame perpetuā.

Idem. Antioch.

Bacchilid. Vnus terminus, vna est mortalibus prosperitatis via. Si quis animum nullo maerore turbidum habens, queat ita traducere ævum.

Iambi, singulis versibus constantes, in virtutem.

Quies est omnium malorum, otium.

Que indecora sint, nec audias, nec videas.

Præstat corpore, quam anima languere.

Modestus sit oportet, q̄ alienā mēsam sectatur.

Liberi namq; viri est, veritatem palam loqui.

Ingenuos serva tuos ipse mores.

Teipsum serva moribus liberum.

Poenus virtutis est, temperantia vel sola.

Animæ curam gere tue ipsius quātum potes.

Bonū

Bonū progerminat fructū probi castiq; mores.

Fructus autem bonus est, bene composita vita.

Ahibeas curam, vt vitam decentem degas.

Beatus, quisquis beatis obsequitur & subseruit

Arma potentissima sunt hominibus virtus.

Non odit frugi bonum vnaquam vir virum. Sena. ij in

A mente bona bonæ proficiuntur actiones. viros bonos

Largitur & bono deus viro bona.

Secleris & modestum, & bonum virum,

Planè dies mores probat mortalium.

O virtus ardua, laboriosaq; generi humano, Aristotel.

pulcherrima vite inuentio. Tuam ò virgo ob Hymnus,

venustatem, etiam mori in Græcia optabilis in virtutē.

habetur mors, ac labores vehementes & indefesos

perpeti. Talem pectori inseris fructum immortalem,

auro potiozem, & parentibus, & lenissimo somno.

Tua verò gratia Hercules

Ioue satus, Ledaque filij multa perpessi sunt,

suis factis quid possent declarantes. Tui quoq; desiderio

Achilles atque Ajax Plutonis ad regiam descenderunt.

Tuam quoque ob amabilem formam, Atarnei aluminum solis privavit

luce. Itaque decantabitur ob egregia facta: immortalesque ipsum

euehent Muse, Memofynes filie, quæ Iouis hospitalis honorem & reuerentiam augent.

Cum peccaris in re aliqua, libenter vinci te Philippiid.

finas: Ita enim vel maxime id quod vsui est in Anaservatur.



Epicharmi

Non re facta, sed multo ante deliberandum est viro sapienti.

Pythagor.

Superior his rebus esse assuesce. Ventre quidem ante omnia, & somno, & libidine, & iracundia. Nunquam autem turpe quid committes vel cum alio, vel solus: sed omnium maxime te ipsum reuerere. Deinde iustitiam prestes, tam diutius, quam factis. Assuefac ut omnes tuas res cum ratione agas. Sed scias quod omnibus fato decretum sit mori: Pecunia verò quandoque solent possideri quandoque perire.

Theognid.

Plures dntescunt mali, boni paupertatem ferunt. Sed nos cum his non permutabimus virtutem diuitiis: Si quidem illa quidem solida firmaque semper: opes autem hominum iam hic, iam ille habet.

Hesiodi in operibus.

Ante virtutem diu sudorem posuerunt immortales: longa autem & ardua via est ad ipsam, & aspera primum. Postquam verò ad summum peruentum fuerit, facilis deinde est: difficilis fuerit licet.

Pauli Silentiary.

Nec opulente fortunæ eleuatis æstu nec tuam flechat cura libertatem. Tota enim mobilibus vita oppugnatur ventis, huc atque illuc subinde in diuersas agitata partes. Ceterum virtus res est stabilis, & immutabilis, qua sola fretus procellas audaciter penetres huius vitæ.

Aristotelis.

Quemadmodum vehere laudibus quæ pulchra sunt, sic quæ sunt turpia vituperare decet.

Scd

Sed inter pulchra quidem virtutes inter turpia verò vitia primatum tenet. Laudari verò non ipsa modo virtus, sed causæ quoque, & comites, fructusque & opus omne virtutis: ut contra reprehendi contraria debet. Cum autem animæ partes, qualiter opinatur Plato, tres sint: partis illius qua de agendis omittendisque dispicitur, prædientia virtus est. qua sustinetur infesta, mäsuetudo ac robur: qua asciscendis idoneis cupiditas regitur, sobrietates ac cõtinentia: cõmunesque partium omnium harum, iustitia liberalitas, ac magnanimitas: Totidem rerum earundem opposita vitia, in dispiciendo recto stultitiam in arcendo infesto ferociam & ignauitiam, in asciscendo idoneo proteruitatem ac incontinentiam: communesque partium earum omnium iniustitiam & illecebram, animique paruitatem esse oportet.

In vniuersum autem animus vite compositus ut sit, placidusque ac moderatus, & suis motibus ut feratur, omnesque per partes ipsius (quas tres esse dicimus) velut harmonia: ut consonet, efficere, virtutis est. Itaque reipub. similis studiosus animi status esse videtur. Est verò virtus & hoc, beneficis dignos afficere, bonos amicitia sua dignari, odisse malos: tum nec penæ nec vindictæ cupidus, sed misericordem clementemque, ac veniam concedere paratum esse. Comites virtutis, probitas, equitas, cædor, spes bona, & id genus alia, sunt: qualis est familiarium, amico-

In eodem.



rum sociorum, hospitem, hominum denique bonorum presertim amor. que quidē laudatorum de numero sunt omnia. Vitium vero, contrariis per omnia praditum est moribus: comitanturque id planē contraria. omnia vero que vitio insunt, queque id comitantur, in ordinem eorum que reprehenduntur, referuntur.

Pythagore
sententiæ.

Vigila mente: cognatus enim vere et mortis talis somnus est.

Que nefas est facere, nec suspectus habearis quasi facias.

Querendus vir, liberi, & amici, qui etiam dum migras ex hac vita, apud te permancant.

Per alere anima praoptes, quam corpore.

Per suasum habeas, tuas non esse facultates, quas non conclusas animo geras.

Age res preclaras, nihil magnifici interim promittens.

Liberos discite procreare, non qui corpus senio confectum alant, sed qui animam nutriant perenni alimento.

Cum labore coniuncta magis quam voluptas ducas conferre ad virtutem.

Difficile multas simul vite calles ingredi.

Anima quibus affectus insensibilissimus saluti ipsius est hostis.

Pythagoras ait, optima nobis vita esse deligenda, quam suam mox ipsa consuetudo sit effectura. Diuitias anchora sunt infirma, gloria infirmior,

infirmitior, corpus itidem, magistratus, honores, omnia hæc imbecilla & viribus destituta. Que ergo sunt anchora et firme? prudentia, magnanimitas, fortitudo: eas nulla tempestas agitat. hæc Dei est lex, virtutem solum esse que potens solida que sit: cetera omnia nugas & ineptias.

Neque symposiū si desint cogerrones, nec opes virtute carentes voluptate afficiunt.

Nec è tépla ara, nec ex humana natura misericordia tollenda est.

Sciscitante quodam, quo pacto quis sibi preceptor esse queat, respondit: Si ea ob que alios increpet, etiam sibi ipsi potissimum obiciat.

In vita perinde ut in simulachro omnes partes pulchras esse oportet.

Statua quidem in sua basi, virtutis studiosus autem vir bono proposito nixus, immotus esse debet.

Thus diis, laus vero bonis viris tribuēda est.

Defendendi sunt, qui immerentes accusantur iniuriarum: laude ornandi, qui ob bonum ali-quod ceteris prestant, excelluntque.

Equus generosus iudicabitur, non quidem sumptuose ornatus, sed eximius natura: itidem nec vir honestus, qui opibus prædiues, sed qui anima egregius erit.

Cum sapiens os suum aperuerit, tanquam templum, ibi anime pulcherrima simulachra perspiciantur.

Antisthe.
Phocionis.

Diogenis.

Socratis.

Eiusdem.



Hominibus cōueniēs est, anime potius quam corporis rationem habere. Nam anima si sit perfectissima, corporis malignitatem corrigit. Corporis autem robur absque rationis usu, animam nihilo meliorem efficit.

Hominibus enim letitia oboritur, ex mediocritate iucundi, & vite æquabilitate, & moderatione concinna. Ceterum quibus desit, aut superest quid, in deterius degenerare mutarique solent, magnosque motus in anima concitare. At anime que magnus intervalis sua sede mouentur, nec constantes sunt, nec hilares. Deceat igitur possibilibus animis intendere, ac presentibus contentum esse, eorum qui felices iudicantur, & in admiratione sunt parum memorem, & cogitatione non immortantem. Miseria autem preformis vitas contemplari decet, valde animo voluentem que perferant, vt tue res & cōditio tua magna tibi & beata videatur, ac non amplius cupientem plura contingat excrucitari anima. Nā qui admiratur eos qui habent opes, & qui beati æstimantur, ab aliis hominibus, etique recordationi singulis horis intentus est, semper noui aliquid moliri cogitur, & aggredi, propter cupiditatem suam patrare aliquid nefarium, quod legibus interdictū sit. Idēque hæc quidem affectanda non sunt, illis verō letari cōuenit, conferendo suā vitam, vite eorū qui miserius auriusque agunt: seque ipsam

adēd

adēd iudicare beatum, cum secum reputet que patiantur ipsi, & vt ipsi mollis agatque & viuat. Hanc complexus sententiam, & latinus traduces eum, & non paucas pestes & noxas vite propulsabis, inuidiam, & emulacionem, & odium.

Nolite putare vitium plus emolumenti afferere quam virtutem: nomē autē inauspicatius habere. Imō vt nomina res queque: sortita sunt, ita aut Cy-earū etiā vim & effectū existimetis respōdere. prius.

Virtute nulla possessio nec honestior, nec durabilior est.

At virtutis possessio, quibus sincera iis ani. Idē ad de-
mo adoleuerit, sola confeserit, diuitius potior, v. municum.
tilior etiam nobilitate. Eadem, que alii im- In eodem.
possibilia vidētur, possibilia facit: ea verō que
vulgo terrori sunt, fortiter sustinet: ac otii quid-
dem probro, laborem verō laudū ducit.

Quis igitur vocem eruditus? cum artes, & Einsde Pa-
scientias, & facultates reproberet? Primō qui-
dem, qui æquo animo ferūt res que quotidie in-
cidunt; & qui vt conditio & fortuna tempo-
rum postulat, animam accommodent: & vt
plurimum possint, coniectura quadam, id quod
conducat assequi. Deinde eos, qui decenter &
iuste conuersantur cum his, qui ipsorum con-
suetudine & commercio vituntur: & qui a-
liorum quidem molestias & difficultates pati-
entier & facile ferant, se autem quam fieri
potest



potest facillimos atque modestissimos, cōuersantibus præbeant. Ad hæc, eos qui voluptates semper superent, calamitatibus verò non adeò succumbant, sed magno animo in ipsis sint præditi, ac natura dignos se præbeant, cuius confortes sumus Quarto, quod maximum est, non corrupti rerum successus, nec stupentes & attoniti facti per eam superbi fiant: sed in statu per maneant eorum qui verè sapiunt. Quique non magis gaudeant, quæ fortunæ beneficio obtigerunt, bonis, quam ijs quæ suapte natura & prudentia ab initio accesserunt. Eos verò qui non ad unum aliquod ex his, sed ad omnia hæc habitum animæ congruum habent, pronuntio sapientes esse, ac perfectos viros, omnesque complexos virtutes.

Eiusdem. Iocrates dixit, quod fugi bonumque virum conveniat antea clorum meminisse, præsentia verò agere, de futuris autem cauere.

Epicleti. Fortunæ vita implicata, similis est torrenti. Est quippe turbulenta, & limo repleta, ingressu difficilis, violenta, & obstrepera & momentanea.

Eiusdem. Anima debita virtuti, similis est perenni fonti: cuius aqua est pura, imperturbata, potabilis, & dulcis, acceptaque, & fruiioni apta, & copiosa, ab omni noxa & pernicie aliena. Si cupis bonus fieri primum crede quod va-lus sis.

Præstat

Præstat raro delinquere, fatentè modestè & sobrie agere sæpius: quam rarius peccare, dicentem se delinquere sæpius.

Coerce affectus, ne ipsis des pœnas.

Ne tam eius quod ab opinione profectum, te pudeat, quam quod à veritate enites.

Si cupis bene audire, discite bene dicere. Dole-tus autem bene loqui, conare rectè agere: atque sic persiueris bona fama.

Cum quispiam male quid fecerit, aut male *Eiusdem* quid dixerit, recordare quod decere se putans fa- Enchiridio. cic. Quid ergo, sequeturne quod tibi visum sit, an quod sibi? Sed male ipsi videtur. Quis ergo deceptus est? ille ipse. Quis ergo damno affectus est? deceptus. Namque veritatem implicatam inuolutamque si quis suspicetur falsum, non id quod implicatum est læditur, sed is qui sic estimauit.

Libertas & seruitus, illa quidem virtutis *Idem.* appellatio, hæc verò vitij: utraque autem electionis opera. quibus electio non communicat, horum attingunt quidem neutrum: anima autem imperium tenere solet corporis, & rerum ad corpus spectantium, quæ electionis expertes sunt. Nullus enim seruus, qui electione fit liber.

Malum vinculum, corporis quidem fortuna, animæ autè vitium, siquidè qui corpore quidem liber, anima vero vinculus, seruus est. Rursus



qui corpore nexus, anima verò solutus liber est.
Corporis quidem vinculum, soluit & natura
per mortem, & vitium per pecuniam: Anima
vero, virtus per eruditionem, & experientiam,
& magnanimitatem, & exercitationem.

Si cupis placide & omnibus gratus vitam
transigere, da operam vt tecum habitates cun-
ctos bonos habeas. Habebis autem bonos, si
voluntarios quidem instituas, inuitos autem à
te se reges. Comes enim erit fugientibus mali-
tia simul ac vitium. Relinquetur autem vna
cum his qui tecum permanent, bonitas, & li-
bertas.

Ex Iâbli- Anima cum viuamus, eius virtute dicen-
cho. dum est nos bene viuere: perinde vt oculis cum
cernamus, earum virtute bene dicimur videre.

Eiusdem. Tanquam in tutum certumque deluorum ad
virtutem contendamus, quo in nullam ignobi-
lem fortunæ iniuriam exponamur.

Idè ad So- Anima itaque sit virtus, perfectio, & mo-
cratem, de deratio vitæ, & rationis, & mentis, & intelli-
Kirtute. gentiæ summa & purissima operatio. Opera
verò virtutis speciem boni præferentia, pulcher-
rima intelligentia prædita, honesta, repleta me-
dio, opportunitatis consortia, præcipua, ad finem
optimum collimantia, amabilia, in primis spe-
ctentur.

Agapeti ad Semper assiduus esto, & quemadmodum qui
Lustan. scilas conscendere cœperunt, non prius desistunt

ab

ab ascensu, quam supremū attigerint gradum:
sic & tu in bonis semper altius scandendo af-
fectus sis.

Conditus verò & cōpositus est homo in hoc, Perichyo-
vt cōtemplatur nature rerum, ipsiusque sapientiæ nes pytha-
ratione: eidemque labor est iniunctus comparan- gora de sa-
di, cōtemplandi que rerum quæ extāt sapientiam. pientia.

Geometria quidem, & Arithmetica, reli- Ibidem.
quæque in speculatione sita & sciētia sunt, &
circa entia versantur. At sapientia circa om-
nia genera entium. Etenim occupata est sapiē-
tia circa omnia quæ sunt, ceus visus circa omnia
visibilia, & auditus circa omnia audibilia.

Accidentium verò entium, alia quidè in vniuer-
sum omnibus accidit, alia verò eorū pluribus,
alia verò singulis. Ea itaque quæ in vniuersum
omnibus accidit cognouisse, & perspexisse, sa-
piētiæ munus est: ea verò quæ pluribus, physica
est sciētia. Propria verò cuique rei accidentia nos-
se, est circa quid separatū scientia. Ideoque sapiē-
tia entium omnium principia indagat: physica
verò eorū, quæ natura produxit: Geometria ve-
rò & Arithmetica et Musica, quæ itatis, &
cōsonantiæ. Quisquis igitur resolueret potis est om-
nia genera ad vniuersū idemque principium, iterumque
ex eo cōponere & enumerare, hic & sapientis-
simus esse, & verissimus videtur: quin & pul-
chram speculam inuenisse, in qua poterit &
Deum contemplari, omniaque quæ in eadem



serie sunt & ordine, ab ipso seiuncta.

Metopi Virtus est homini, absolutio nature hominis
Pythagorei Quæ enim res perfecta & absoluta fit, per
Metapori suã virtutis naturã. Equi enim virtus est, quæ
ex iis quæ ad summum ducit equi naturam. & in parti-
de virtute bus singulis eadem est ratio. Oculorum quippe
edidit. virtus est, acumẽ visus: idq; adẽ summitas est
nature oculorum. Ac aurium virtus, acris au-
ditus: idem quoq; summum est aurium natu-
re. Et pedũ virtus, velocitas: eademq; est sum-
ma perfectio nature pedum. Necessẽ autem
ynamquanq; virtutẽ tria hæc habere, Ratio-
nem, & facultatẽ, & voluntatis arbitriũ. Ra-
tionem quidem, qua iudicat & contempletur:
facultatẽ, qua perdurat & euincit: voluntate-
tem verò, qua propensus est & amat. Iudicare
itaq; & contemplari, sunt intellectuãlis partis
animæ: ceterum durare & euincere, irrationa-
lis partis animæ. Nam voluntas cõstat ex in-
tellectu, & appetitu intellectus itaq; existit ra-
tionalis partis animæ, appetitus ex irrationali
oritur. Ceterum chorũ virtutum omnium ex
animæ partibus datur perspicere, itidemq; &
ortum, & constitutionem virtutis. Ex partibus
enim animæ duæ sunt præcipuæ, altera quidem
rationalis, altera verò irrationalis ac rationalis
quidem, qua iudicamus & contempletur: ir-
rationalis verò, qua rapimur, impellimurque,
& appetimus. Atq; hæc inter se vel consen-

tiant,

tiant, vel dissentiant. Pugna verò & discrepã-
tia accidit ipsis, per excessum & defectũ. Pa-
tet igitur, quod ubi rationalis pars animæ su-
perauerit irrationalem, enascitur tolerantia, &
continentia. Quando verò hæc quidem ducit,
illa verò sequitur, & viræque conspirant inter
se, tum virtus est. Tolerantia ergo & continen-
tia sunt cum dolore: sed tolerantia quidem in
resistendo labori versatur, continentia verò in
resistendo voluptati. Incontinentia verò & mol-
lities in non resistendo, nec imperando. Eaq; de
causa accidit, vt bona homines fugiant ob do-
lorem, eadem verò amittant propter volupta-
tem. Quin & laudes quoq; & criminationes,
denique quæcũque bona in homine sunt, in his
ipsis partibus sita sunt. Atque hoc modo virtus
in genera constituitur. Species verò eius, ac par-
tes, sic spectare decet: quod cum duæ sint partes
animæ, altera rationalis, altera irrationalis,
hæc quidem irascibilis, illa verò concupiscibilis.
Rationalis est, qua iudicamus & contempla-
mur: irrationalis verò, qua mouemur & appe-
timus. Eiusque pars illa qua nos defendimus,
& arcemus vim contra quosuis, iracundia ap-
pellatur: pars verò appetitiua & desideratiua
propria corporis constitutionis, concupiscentia
dicitur. Liquet iam, quod cõsentaneæ partibus
istis animæ, & eæ virtutum consequitur,
nec non differentiæ & proprietates earum.



Clinia Pythagorei. Quævis virtus perficitur, sicut initio definitum est, ratione, voluntate, & facultate, hocal. Aristoteli quædam quodvis per se, nõ virtutis pars existit, sed *ymy:* quod causa virtutis, quicumque ergo habent rationalem & sensibilem partem eius, si graues & prudentes, utique non insani sunt. Qui verò moribus probatis, & voluntate pollent, commodi & equi sunt.

Eiusdem.

Cumque ex eo quod cause exsuscitate sint, iniuste agere soleat homo, hæc tres sunt: Studium voluptatũ, in his que corporis sensu percipimus: auaritia verò, in lucrando: ambitio autem in excellendo pares æqualesque sciendũ est, quod his opponere licet ea que metũ hominibus incutiunt, & que pudore, & que desiderium. Metum quidem legum, verecundia verò numini, desiderium autem sermonum. Imbui itaque priuam iuuenes decet honore & reuerentia numinis, & legum. Ex his enim apparebit, quod omnis actio humana, & vita, sanctitatis & pietatis particeps erit, si rectũ cursum teneat.

Theagris Pythagorici in lib. de virtutibus.

Fontes totius virtutis tres sunt. Scientia, & potentia, & voluntas. Ad scientia quidẽ est qua res contemplanur, & iudicamus. Potentia verò, ceu robur corporis, quo perstramus & immanemus rebus intenti. Voluntas autem, est tanquam manus ipsius anime, quibus agredimur, & apprehendimus res. Habet autem

tem

tem anime distributio hoc pacto. Pars quædam eius est ratio, pars vis irascibilis, pars etiam vis concupiscendi. Quævis ratio quidem imperium scientie obtinet, vis irascibilis roboris, vis concupiscibilis tenet habens cupiditatis intrepide. Vbi tria hæc iuncta inter se conuenienti copula fuerint, tum emergit virtus, & consensus in anima. Sin dissideat, ac a se mutuo diuisa fuerint, tum vitium in anima, ac inconcinna confusio nascitur. Et quando ratio superarit partes anime rationis expertes, tum fit tolerantia & continentia. Tolerantia quidem, sustinendis laboribus: continentia verò, in coërcendis ijs que voluptia sunt. Rursus quædam anime partes irrationales vicerint rationem, exoritur mollities animi & incontinentia. Mollities quidem, dicitur resugimus labores: incontinentia verò, dum succubimus voluptatibus. Porro quoties prestantior pars anime imperarit, inferiorque paruerit, ac illa dux fuerit, hæc verò sequetur, ac utreque inter se consenserint, conuenerintque, ibi tum virtus & omnis honestas in tota anima nascitur. Ad hæc, vbi ea pars anime que vis concupiscendi dicitur, secuta fuerit rationalem, fit temperantia: quando verò vis irascibilis, fortitudo: quando denique partes omnes, iustitia: illa est enim, que dirimit & vitia omnia anime, & virtutes inuicem. Estq; iustitia, cõnexio quædam cõgruentiæ partium anime, &



virtus cōsummata & excellentissima. Omnia enim hæc complectitur. Cetera autem bona animæ hæc nō carent. quare tam inter deos plurimum pollet, quàm inter homines. Hæc enim virtus ipsam vniuersi societatem cōnectit, tam cælestium quàm humanarum rerum. Themidis igitur nomine celebratur apud superos deos, Iustitiæ verò apud inferos, Legis autem apud homines. quæ sanè sunt signa & coniecturæ, quòd iustitia facillè virtutum primas habeat. Dum ergo virtus in contemplando & iudicando versatur, vocatur prudentia: dum verò in fortiter excipiendo suauia, tēperantia: dum autē in abstinentido à lucro & damno quod infertur proximo, iustitia. At illius secundum rectā rationem constitutio, & præter rectam rationem præuariatio, ipsius decori est affectio, eiusdēq; aberratio. Est autem decorum, quod decet fieri. id autem nec ablatione nec adiectione indiget: illud ipsum enim est quod conuenit fieri. Ipsius autem indecori duo sunt species, altera quidem excessus, altera verò defectus, atque excessus quidē, plus est quàm sat sit: defectus verò minus. Virtus autem quedam affectio seu habitus est decori, eoque & extremum & medium statim est. Sic enim & media sunt, & extrema. Media quidem, quòd inter defectum & excessum locum habeant: extrema verò quòd nec additione, nec detractione opus habeant. hoc enim

enim ipsum sunt, quod eas esse par est.

Quoniam moralis virtus circa affectus versatur, inter affectus verò excellit voluptas & dolor, patet quod non in hoc vt eximantur affectus ex anima, voluptas & dolor, virtus consistit & vertitur: sed in hoc, vt illi congrui aptique reddantur. Nec enim sanitas, quæ temperies quædā est corporis virium, auferendo frigidum, & calidum, & humidum, & siccum contingit: sed ex eo, quòd ista omnia temperata insunt. Est enim sanitas quædam quasi illorum conueniens mensura, proportioque. Nec in musica si adimas acutum & graue, consonantia efficitur, sed si hæc quodam modo iuncta concinnam modulationem acuti & grauis toni fecerint, ibi & concentus percipitur, & dissonantia expellitur. Quod si conueniant inter se calidum & frigidum, utemque humidum & siccum, sanitas constat, morbus autem abit. Aptè item si quadrent ira & concupiscentia, vitia quidem & affectus euelluntur, virtutes verò & mores inseruntur. Peculiariter autem ad virtutem moralem, voluntas vel electio quæ in bonis est, requiritur. Ratione enim & potentia vti quis potest etiam absque virtute, aut vitio: voluntate non item, propterea enim omnis de moribus estimatio à voluntate petitur. Ideoq; etiam per vim ratio superans iracundiam & cupiditatem, continentiam & patientiam in-

Ibidem.



38 IOANNIS STOBÆI
dit. Per vim rursus ipsa exacta ab irrationalibus, incōnientiam, & molliitiam. Huiusmodi autem affectiones animæ, non planè virtutes, nec planè vitia existunt. ratio enim in eis sana est: irrationales autem partes animæ lægent. Et quatenus obsequitur, & regitur ira, & concupiscentia, à parte animæ que rationis est prædita, continentia & patientia virtutes sunt: quatenus autem coactè, nec voluntariè istud agunt, vitia sunt. Oportet enim virtutem non cum dolore, sed cum gaudio quæ cōueniunt præstare. Contra quatenus quidem prævalent furor & concupiscentia rationi molliitiam & luxum ingerentes, vitia censentur: quatenus verò inuiti indulgēt affectibus, cum sciant se delinquere, integro oculo mentis, hæc non vitia sunt. Id ipsum iam liquidum est, quod voluntariè oporteat virtutem quæ decet agere. Coactum quidem non caret dolore & metu: voluntarium verò non vacat voluptate & hilaritate. Simul autem & ratio diuisionis competat, & concedat hæc sic habere. Nam cognitio & inspectio rerum, tribuitur parti animæ que rationis capax: potentia verò, rationis experti. Nam laboribus frangi, vincique à voluptate, proprium est irrationali parti animæ. Electio autem in vtrisque fit, tam ea parte animæ que rationis particeps, quam ea que expers. Constat enim ex intellectu & appetitu, quorū intellectu

tellectus quidem est partis rationalis, appetitus autem irrationalis. Quare que eius virtus cōadaptatione partium animæ conficitur. Et omnino voluntas atque liberum propositum, in virtute spectantur.

Habet autem & animæ distinctio sic: pars Theagis, enim aliqua eius est ratio, pars vis irascendi, & pars concupiscentia. Ratio quidem que scientiam, ira que robur regit: concupiscentia verò, que apprehendit vim concupiscentiæ intrepide. Cum ergo tria hæc in vnum conuenerint, simul contemperata, nascitur virtus, & consensus in anima. Cum autem inter se pugnantia eadem distracta fuerint, ibi vitium, ac incōgruitas in anima exoritur. Necessarium verò est virtutē tria hæc habere, rationē, potentiam, & electionem. Rationalis ergo partis animæ virtus est ipsa sapiētia. Iudicatus est enim & speculatus habitus. At ipsius partis irascibilis, fortitudo. Habitus enim est quo obnitimur, & toleramus res grauēs & pericula. Partis denique concupiscentis, Temperantia, mediocritas enim est, & inhibitio coercitioq; voluptatū que corpore percipiuntur. Totius autem animæ, ipsa iustitia. Pravi quippe homines, aut per malitiā, aut per luxum, aut per feritatem sunt. Se mutuo autem iniuria afficiunt lucri, voluptatisue, aut ambitionis causa. Ideoq; vitium rationali parti animæ verius & magis propriè tribui-



tur. Similis enim est supientia quidem arti, vitium vero corruptele & deprauationi artis cōpetet. Dolos enim facile excogitat iniusti. Ceterū luxuria magis quadrat concupiscibili parti. nam in moderanda voluptate, sita est continentia: & in laxando ei frena, ipsa luxuria. Ipsa autē feritas, est ipsius vis irascibilis. quādo enim quis concupiscentiæ ad male agendum indulget, nō vt homo, sed sicut fera, illud bellinum recte appellatur. Consequētes quoque sunt & effectus affectionum harum, quorum sanē gratia agūt. Auaritia etenim ex malitia, malitia ex rationali parte anime manat. Ac cōtentio quidem honorum, ex vt irascibili: que cum in excessu fuerit, gignit feritatem. Contra voluptas quidem sita in vt concupiscibili, nimium verō quesita, gignit luxuriam. Cum ergo iniuste agere per tot causas contingat, patet quod & iuste agere iisdē de causis eueniat. Natura siquidem virtus quidem bene merendi iuuandique est studiosa: vitium contra malefaciendi, ledendique cupidum. Quoniam autē ex partibus anime, hæc quidem est dux, illa verō sequēs: virtutes autem ac vitia circa eas, & in eis sunt: manifestum, quod & virtutum hæc quidem sint principales & duces, aliæ verō comites: vrsusum aliæ compositæ ex his: Duces quidem & primariæ, velut prudentiæ: comites verō, velut fortitudo & temperantiæ: compositæ

ta autē ex his, velut iustitia. Affectus autem sunt virtutis materia: circa hos enim, & in his virtutes versantur. Porro affectuum, hic quidem voluntarius, ille verō inuoluntarius. Voluntarius quidem, vt voluptas: inuoluntarius verō, vt dolor. Ea verō ipsa intēdant ac remittunt sanē politici, accommodātes reliquas partes anime ad eā que rationis est capax. huius autem copule limes ac terminus est, ne propter defectum, nēue propter excessum prohibeatur mens suum opus exequi. Comparatū est enim deterius, gratia melioris. Vt in mundo quidem que eius pars perpetuis passionibus subiecta, gratia eius quod semper mouetur. In coniunctione autem animalium, femella gratia masculi: ie enim seminat animam gignens, femella verō tantum materiam suppeditat fœtui. In ipsa porro anima irrationale est propter rationale. Coniuncta enim sunt tam animositas quam cupiditas primæ parti anime, illa cen satelles & stipator, hæc vt dispensatoris & custodis domi rerum necessariorum munus obeat. At intellectus in summo vertice corporis sede fixa, pollensque prælucida ac euidenti inspectione, indagat rerum in natura existentium cognitionem: hocque est ei natura instum, vt cum inquisierit, & comparauerit eam, sequatur que ipse optima ac excellentissima sunt. Principium enim, & causa, & regula huma-



nae beatitudinis est, diuinarum præstantissimarumque rerum cognitio.

In vniuersum itaque virtus est, congruentia quedam irrationalium partium anime, ad eam quæ ratione prædita est. Ea fit, si voluptatis & doloris finem suscipiat eum qui est decorus. Nihil enim aliud vera virtus, quam habitus ipsius decori. Ipsum autem decorum est, quod conuenit fieri. Indecorum autem, quod non decet fieri. Indecori autem due sunt species: hæc exuperatio, illa verò defectus. Ac exuperatio quidem est, quod plus est quam conueniat: defectus verò, quod minus quam conueniat. Ipsum autem decorum, cum id sit quod esse decet, & extremum ritique fuerit, & medium. Extremis quidem, eo quod nec ablatione, nec additione egeat. Medium verò, quod sit inter excessum, & defectum. Habent autem decorum & indecorum eam inter se relationem, quam æquale & inæquale, & ordinatum & confusum (in idem recidunt ambo, finitum & infinitum) iccirco in æqualis partes, referuntur ad medium, nec ad se mutuo. Obtusus etenim dicitur angulus, qui maior est recto: acutus verò, qui minor recto. Et maior quidem recta, quæ excedit eam quæ ducta est à centro: & longior quidem dies, æquidiali. Quis & morbi incidunt corporis, inde, quod aut calidius, aut frigidius sit corpus. Calidius quidem est, quod ultra temper-

riem

riem calet: frigidius verò, cui desit iustus calor. Habet autem anima, & quæ circa eam sunt, dispositionem, & proportionem consimilem. Audacia namque est, excessus decori, in sustinendis periculis: Timiditas autem, defectus eiusdem. Et prodigalitas quidem, excessus ipsius decori, in sumptu pecuniarum: Sordities verò, defectus eiusdem. Et ira quidem est excessus decori in concitatione animositatis: Indolentia verò, eius defectus. Eadem quoque est ratio, in aliis affectionibus contrariis. Oportet autem virtutem, quæ est habitus decori, & mediocritas affectionum, nec sine motibus, neque nimis affectionibus obnoxiam esse. Nam affectionum vacatio, immobilis & carente alacritate reddit animam vel ad honesta: eorundem verò vehementior motus, conturbatam & stupidam efficit. Oportet igitur affectionem non aliter offendi in virtute quasi latetem, quam vnam & lineam in pictura. ipsum enim spirans, & amensum, & quod exprimit rem ipsam, adiutum bonitate colorum, potissimum per illa effingitur. Animati enim, ex concitatione & instinctu diuino virtutis naturalis, affectus anime fiunt. Nascentur enim ex affectionibus virtus: & eadem nata rursus cum ipsis coagmentatur. Proinde vt concinna modulatio ex acuto & graui, & temperatum ex calido & frigido, & ipsum æquilibrium è graui & leui.



Biblioteca

Archytæ
Pythago-
rei, ex libro
de doctrina
moralis.

44 IOANNIS STOBÆI

Non ergo tollere oportet passiones anime, hoc enim inutile: sed adaptare ad id, quod ratione decori & mediocritatis habet.

Puto virtutem esse sufficientem ad hoc, ne miserè & infelicitè agamus: vitium verò ad hoc, ne beatam vitam agamus: si ipsos habitus perpèdimus. Semper enim infelicitè esse oportet malū, siue adsit materia, male enim ea virtus: siue ea careat. Sicut cæcus, siue lumen habeat, & claritatem visibilem: siue in tenebris degat. Sed nō semper felicem esse bonum, necessarium est. Non enim in possessione virtutis felicitas sita est, sed in vsu. Vt vsu enim præditus, nō semper videt: si enim lumen non habeat, nec videbit. Dux autem viæ secantur in vita: altera quidem horrida inanemque, quam patiens ingressus est Vlysses: altera verò planior amœ mori, quam calcavit Nestor. Virtutem igitur puto tam hac, quàm illac proficisci posse. Sed felicitatē Vlysses natura vitam optabilem & constantem iudicat, eo quod animo perfecta sit. Itaque qui nonnulla relinquit, quorum compos fieri non potest, vt non sit ideo beatus, tamen non omnino erit miser & afflictus. Non ergo morbi ac doloris expertem, audeant bonū pronuciare: nec vacuum omni mœnore temere & confidenter dicant. Sicut enim corpori dolorem ferētia quædam relinquimus, sic & animis que mœnore pariunt. Sed infir-

pien-

DE VIRTUTE SERMO I. 45

pienū quidem dolores carent ratione: sapientiū verò nō vitia progrediuntur, quàm ratio rebus componēdis sollicita permittit. Sed & iactantia illorū de indolētia amittit virtutis generositatē, si arduis & nō paruis malis, morti nēpe & cruciatui et paupertati cōtra eat. Facile enim superantur que mala parua sunt. Exercendū igitur sumus, vt mediocritatem affectuum attingamus, quo & doloris immunitatem æquè ac excessum vitemus, nec quàm pro nostra natura maiora iactemus.

Primo itaque illud tenēdum est, quod bonus Eiusdē, de vir nō statim necessario beatus quoque sit. Sed viro bono beatus etiam bonus vir erit. Beatus enim ex & beato laudabilis & beato seu fortunato sit. Bonus autem vir è laudabilis tantūmodo. Contingit autē laus quidem ob virtutem, beatificatio autē ob bonam fortunā. Ac bonus quidem vir ob bona que in ipso sunt, talis efficitur. Beatus verò interdum spoliatur felicitate. Virtutis enim est immunitas vis & potentia: Beatitudinis autē subiecta casibus vel periculo. morbi etenim diutini corporis, & orbatione sensoriorū, efficiunt vt vigor beatitudinis marcescat.

Differt autem Deus ab homine probo, quod Ibidem. Deus quidem non solum habet sinceram & defectam virtutem ab omni mortali affectu: sed etiam vim eius integrā & inculpabilem possidet, vt ad illā quæ in æternis operibus sua-



get maiestatem & magnificentiam decorémque, nihil in ea desiderari possit. Homo autem nō solum mortali naturæ habitu minorem hæc possidet, sed interdum etiam propter bona non mediocria, & cōsuetudinem confirmatam, & per naturam malam, aliisque multis de causis, nequit ad culmen veri boni peringere.

In eodem. Virum sanè bonum esse dico, qui rebus magnis & temporibus rectè utatur. Talis autem erit, qui prosperam fortunam non rectè ferre, & aduersam: qui que rebus pulchris & preclaris obeundis non sit impar: qui que fortuna mutata presentem statum boni consulat. Quod si compendio summatarumque res est complectenda, is bonus dicendus, qui pro conditione temporum rectè se gerat, quantum eius res nata permittit. Denique qui non seipsam modo sic composuerit, sed & quotquot ei commisit, & socii sunt.

In eodem. Cum igitur ex bonis alia quidem propter se ipsa sint expetenda, nec ob aliud: alia verò propter aliud, nec propter seipsa: reperire est & tertiam quandam speciem bonorum, quæ & propter se sit expetenda, & propter aliud. Quæ igitur huius generis erunt bona? In bonis quæ propter se, nec propter aliud solent expeti, recensetur planè beatitudo: illius enim gratia reliqua expetimus, eam verò ipsam nullius alterius gratia. Quæ verò sunt quæ ob aliud, nec propter

propter se ipsa appetimus? nimirum ea sunt vitia, & ea quæ bona promouent conciliantque, causaque sunt optabiliū. Vt labores quidem corporis, & exercitia, & fricationes bonæ valetudinis, lectiones autem & meditationes, & studia honestorum & virtutis. Quæ verò sunt quæ propter se, & ob aliud eligantur? nempe virtutes, & habitus earum, & electiones, & actiones, & quicquid coheret cum honesti ratione. Bonum igitur quod propter se, nec propter alterum eligendum sit, solum & vnicum est. Quod verò & propter se, & propter aliud, trisariam diuisum est. Partim enim in anima est, partim in corpore, partim extrinsecus. In anima quidè virtutes animæ, in corpore verò corporis virtutes: extra hominè autem gloria, honor, diuitiæ. Simili ratione et quod propter aliud expetitur. Est enim partim id omne quod animæ bona efficit, partim quod corporis, quodq; externorū prebet causam, scilicet diuitiarū gloria, honoris, & amicitiæ. Quod autè virtus collèda, & propter seipsam expetèda, hinc etià colligitur. Si enim illa quæ inferiora sua natura sunt, puta corporis bona, propter seipsa expetimus, (præstatiō verò anima corpore) patet quòd etiam animæ bona ipsa propter se complectamur, nec ob ea quæ eueniunt ex ipsis. Et omnis vita tribus temporibus subiacet, aut Ibidem enim felicitate fruatur, aut infortunio premi-



tur, aut in medio vtriusq; fortuna e degit. Cum igitur bonum censetur virtute praeditum, & qui virtute vititur. Vititur autem ea tribus temporibus: aut in infelicitate, aut in felicitate, aut rerum statu mediocri. Atque in aduersa quidem fortuna est miser, in prosperitate felix, in statu vero medio non beatus. Liqueat igitur, felicitate aliud esse nihil, quam usum virtutis in successu. Loquimur autem hoc loco de beatitudine hominis. Homo autem non tantum constat anima, sed corpore quoque, quod enim ex vtriusque animal, & quod ex talibus conflatum, homo erit. Quis enim corpus animæ sit organum, iam & hominis pars est, itide & anima. Ideoque & bona alia quidem sunt hominis, alia vero partium. Ac hominis quidem bonum felicitas. Ex partibus vero hominis, animæ quidem prudentia, fortitudo, iustitia, temperantia: corporis vero forma, sanitas, bona habitudo, integritas sensuum. Externa vero, opes, gloria, honor, nobilitas, solent accessoria esse hominis, & comitantia ea bona que natura potiora prioraque sunt, minora è bonis iis que maiora sunt, quasi satellites astant, amicitia quidem, & gloria, & diuitie, corpori atque animæ: sanitas vero & robur, & sensuum integritas animæ: prudentia autem, & fortitudo, & temperantia, & iustitia, intellectus animæ. Intellectus autem Deo ipsi, ille enim est supremus, & gubernator, ideoque et reli-

qua bona semper adesse solent. Exercitum etenim ducit imperator, nauigia vero gubernator, mundum autem Deus, animam vero mens ipsa, felicitatem autem presentis vitæ temperat regitque prudentia. Nihil enim aliud prudentia est, quam scientia quædam eius que in vita hac versatur felicitatis, aut scientia bonorum que natura homini insunt.

Ac Dei quidem felicitas atque vita optima est, at hominis & scientia, & virtute, tertiamque prospera fortuna coalescens prouenit. Appello autem sapientiam quidem cognitionem numerum rerumque: diuinariam, ac prudentiam humanarum rerum, & eorum que vitam spectant. Eas enim que & verbis & demonstrationibus indigent virtutes, scias est scientias appellare. Virtutem autem moralem, eandemque optimum habitum, irrationalis partis animæ, secundum quam qualitatem aliquam adipiscimur in moribus, ut dicantur liberales, iusti & temperantes. Fortunam bonam vero, si præter rationem bona eueniant, eaque non adhibita. Quoniam ergo virtus quidem & scientia nostri iuris sunt, felicitas autem non item: in meditationibus autem & actionibus rerum honestarum situm sit, ut felicitate finiamur: contemplationes autem & actiones quælibet dum aduersantur, ministerium & necessitatem ingerunt: prosperæ autem, dum succedunt, oblectationem & felicitatem: eaque in prospera fortuna fiant, pa-

Ibidem.



ter nihil aliud esse felicitatē, quam vsus virtutis rebus secundis.

Ibidem.

Bonus quippe vir sic affectus est erga fortunam secundam, perinde ac is qui integro est corpore, & viribus pollet. talis enim & estum & frigus potis est tolerare, & pondus gestare ingens, multasque alias facile perferre erumnas.

Ibidem.

Cum igitur felicitas vsus sit virtutis in fortuna bona, de virtute & bona fortuna dicamus. Ac primo de prosperitate. Bonorum siquidem hæc quidem non recipiunt excessum, vt virtus. Non enim vlla est virtus que excedat, & exuperet, aut vllus nimis quam par sit bonus. Nam virtus normam habet ipsam conueniens: estque conuenientis decorique habitus in agendis. Sed prospera fortuna, & excessum suscipit, & defectum. Diuque excedit, gignitque edam vitia, ac hominem degenerem reddit, nõ eo qui nature respondet habitu, ita vt sepius reluctetur etiam constitutioni virtutis. Nec solum latior fortuna, sed & alia cause cõplures id faciunt. An non enim mirandum esset, in arte canendi tuba, esse quosdam insolētes. Musicae ignaros, qui neglecta vera arte, imagine quadam & specie falsa inconcinne perpetuo stuant in virtute autem nihil eius generis reperiri? Imò quo res est maior & dignior, eo plura que sibi vendicent eã sunt genera. Multa sunt

enim que virtutis splendore & faciem peruertunt ac metiuntur: inter que vnum est insidias fruuentium, & simulantiũ genus: tum naturales motus seu passiones virtutis comites, interdum vertunt in contrarium decorem genuinæ affectionis. quedam vero etiam per cõsuetudinem connutrita iam inde à priscais temporibus, nõ pauca verò etiam per etatem iuuenilem & senilem: ad hæc per successum rerum, aut etiam infortunium, & alijs perquam plurimis modis. Itaque non est mirandum, si omnia quandoque peruerso iudicio estimentur, vero synceroque animi habitu detorto immutatoque. Sicut fabrum, licet optimus habeatur, aliquoties in operibus que præ manibus sunt videmus aberrare, iteq; duces, & gubernatores, & pictorem, & in vniuersum omnes, tamen nõ negamus quin artis habitum sibi acquisierint: ita nec luxurie vacantem temporibus quibusdam, aut iniuste agentem, aut præ metu cunctantem, in numero improborum habebimus. Nec contra si qui aliquid horum recte egerint, in bonis viris numerabuntur. Sed cum malis sortuitus casus attribuendus, tum bonis lapsus & error. Verum autem iudicium non ad vnã occasionem, aut tempus longum, sed ad totius vitæ cursum referemus. Porro vt corpus quidẽ lædit tam defectus, quam excessus species. maiores tamen morbos, afferre solet excessus, & superfluitates.



que vocantur: sic & animam lædit tam prosperitas, quam calamitatis species, si intempestive ingruat. Atqui languores grauiore efficere solet, que dicitur apud omnes bona fortuna, que instar vini inebriat bonis viris mētē.

Archytas Pythagoret, de viro bono & beato.
Vnde non aduersam fortunam commode ferre, ardua res est, sed prosperam fortunam. Omnes etenim quandiu in miseria permanēt, vix plurimum moderati modestiq; moribus esse videntur: in rerū autem successu viriles, elatis animis, magnanimitiq;. Potens enim est calamitas ad contrahendum & componendū animam, successus rerum contrā ad inflandum, & inanem reddendum. Vnde cautē quidem omnes, & prudenter vitā instituant infortunis pressis: importuni verò, molestique & ferociores in consuetudine vitæ, quibus res sunt secundæ.

Ebide. Finis autem quidem est prosperæ fortunæ, quam tam eligat bonus vir, vt ad mīniculo ipsi sit ad res agendas, sic vt magnitudo nauis, & magnitudo clauis, quem prehendere & regere potest bonus gubernator, dū vasta maria trāsmittit, ac longinquam nauis gubernationē ingreditur. At si nimia obtingat prosperitas, non ferē solet moderationi & imperio animæ subūci, sed imperare potius ipsi. Quemadmodū enim resurgēs lux perstringit aciem oculorum: sic etiam excellens fortunæ benignitas intel-

ctum animæ. Ac de prospera fortuna quidem hæc dicta sufficiant.

QUOD VIRTUTES
se sequantur.

Quod se sequantur morales virtutes, ostēdendum & ab electione. Si enim virtus præcipuē electione iudicatur: recta verò electio ex prudentia sequitur: consulere enim prudentiæ & capit. 22. moralis virtutis: siquidem oportet ab eo qui re-questionū. cte consulit, rectam poni intencionem, ob quam Hoc idem de his que ad eam conferunt, consulit: termina-
Alexandra
tum enim intentio à morali virtute: quod enim der copiose appetimus, de eo consulimus. decētium verò re-tractat in
Alexandra
rum desiderii à morali virtute, vt dixit Ari-
quæstioni-
stoteles, non est electio recta sine prudentia, ne-
bus que se-
que sine virtute: illa enim finem, hæc verò ea cundo eius
que ad finem, agere facit. Præterea si necesse de anima li-
quidem quamcunque virtutem moralem ha-
bro Greco
bentem prudentiam habere: siquidem virtus adherēt.
moralis effectiua est eorum, que prudentia, re-
ctæque ratione sunt terminata: necesse quoque
& prudentiam habētem moralem habere vir-
tutem: siquidem prudentiæ proprium est, que-
rere quoniam modo decentem possibile sit asse-
qui intencionem: quam terminare, moralis est
virtutis. ipsa enim appetitiuæ facultatis virtus
est, hæc enim prudentia & versutia differunt:
qua prudentia quidem ea, que ad rectam in-



entionem conducunt, inuenit, & inquirat: ver-
suta verò ad quamlibet.

Museij.

Eiusdè ex
libro de Ve
stimento.
Pertinent
autem hac
ad tēperan-
tiā potius.

Non licet presentem diem bene transgere, ni-
eam tibi quasi postremum illuxisse statueris.

Ista quidè de alimonia dixit. volebat au-
tem etiam tegmen virum temperantem corpori
querere, non sumptuosum, nec exquisitum. Ve-
ste nēpe & calceamentis eodem modo vtendum
esse aiebat, quo panoplia: nempe defendendi
corporis gratia, nec ostentationis. Sicut igitur
ea optima sunt arma quæ firmissima, quæq;
tueri indutum eis maxime valent, nō insignia
& splendida: ita amictus quoque & calceorū
vstus qui sit corpori commodissimus, optimus
est: & non is qui stolidorum oculos possit in se
conuertere. Decet enim tegumento ipso præ-
stantius & fortius efficere id quod tegitur, &
non imbecillius simul ac deterius. Qui igitur
lenitatem & mollitiem carnis per vestitū stu-
dent consequi, corpora sua corrumpunt: si qui-
dem dissolutum fluxumque corpus & molle,
multo inertius ignauisq; duro, & laboribus
exercito, est. At qui corroborant, & firmio-
ra reddunt vestitu, isti sunt qui soli ea quæ te-
guntur adiuvant. Quare minime honestum
est, vestitū nimio operire corpus, aut fasciis
involuere, aut manus pedesque, circumligati
cuiuscunq; generis pannis aut linteis quibus-
dam, molles & languidos reddere, cum morbo

non sunt impliciti: omnino etiam non decet ex-
peries frigoris & estus esse, sed algendum est
mediocriter hyems, & apicandum æstate, mi-
nime autem in umbra delitescendū. Ac vnica
quidem vti tunica, quam opus habere duabus,
pluris estimandum est: & nulla vti prestat
quam vna, sed interula sola. Ac discalceatum
incedere prestantius est, quam calceari, prop-
modum enim dixerim, calceatū esse, perinde es-
se, ac colligatū & vinctum esse. Ceterū immu-
nitas calceorum, multum facilitatis & agili-
tatis præbet pedibus, si exercitati fuerint. Vnde
tabellarios videre est: nō vti calceamentis in viis:
atque ex athleticis cursores, nō posse seruare cele-
ritatem si opus sit ipsos currere in calceis. Quo-
niam verò regimini ergo, & edes fabricamus,
aio eas quoque habita ratione necessitatis ex-
truedas esse, quo propulsent frigoris, propulsent
etiam estus seuitiam, sunt deniq; contra solē &
ventos paratū presidium indigetibus. In sum-
ma quem vsum præbeat specus, quē natura sic
finxit, qui habet mediocre receptaculum homi-
ni, eundem domus nobis debet præstare tanto, si
omnino velis, operosior, vt recondere cōmode li-
ceat quæ viciū hominis attinent. Quorsum ve-
rò vniūque columnis suffulsa regi e? quo varij
& multiplices vsus? quō aureo culmine nitida
tecta? Ad quid etiā sumptus lapidum? quorū
alij humi coaptantur, alij muris inseruntur: quo-



rum aliqui è longinquo aduecti sunt, & magnis impensis. An non hæc omnia superua canea, minimeq; necessaria? sine quibus & vita & sanitate frui licet: plurimum autem negotij faciunt, multasq; postulant pecunias, quibus possit quis & publicè & priuatim multos demereri. Atqui quanto præclarior est multos beneficijs afficere, quam splendide habitare? quanto etiam convenientius viro integro sumptus facere in homines, quam in ligna & lapides? Quæto denique vilis multos amicos possidere, quam amplam domum comparare? quod contingit ei, qui prompto animo beneficia confert. Quem verò tantum fructum ceperit quisquã ex amplitudine & pulchritudine domus, quantum perciperet liberaberit ciuitari & ciuibus è suis bonis impertitus.

Incerti auctoris. Mu-sonij tamè videtur, ex phrasi & sententia Stoicis.

Vacuò doloris existenti facere. Quapropter dico, non cerno, qui ipse res habeant vllam difficultatem, siue senium, siue paupertas, siue exilium. Sic enim Xenophon ait: Si tibi inter duos fratres qui parè substantiam diuiserunt, ostendam vnum quidem paupertate extrema premi, alterum verò facillimè, & in rerum abundantia agere, an non inde liquidum erit, non opes, sed aliud quiddam incertum esse? Pari modo si tibi ostendero duos pauperes, duos senes, duos exules, alterum quidem in omni tranquillitate, & absque pertur-

batio

batione esse, alterum verò omnino turbari: an non perspicuum est, quod non senium, non paupertas & exilij culpanda sint, sed, aliud quippiam? Et quod Diogenes fecit illi qui sumptuosam urbem Athenas esse dicebat. Acceptum enim eum duxit in pigmentarij tabernam, & percontabatur, quanti cypri hemina? mina, ait myropola. ibi exclamauit, sumptuosa sane ciuitas. Abduxit ipsum rursus in popinã, ac rogabat, quanti hæc perna? tribus drachmis: vociferabatur, sumptuosa ciuitas. Ad lanas rursus molles, & quãti, inquit, ouis? mina, inquit: proclamabat, sumptuosa ciuitas. Ad esdũ, ait, huc ducitq; eum etiam ad lupinos: quãti chœnix? chalcò, id est, areolo, ait, exclamat Diogenes, vilis ciuitas. Rursus ad caricas, duorum areolorum: & ad baccas myrti, duorum areolorum, vilis sane ciuitas, ait. Vt igitur hic ciuitas non est vilis & sumptuosa: sed perinde vt rixeris, erit vel sumptuosa, vel vilis: itidem res, si sic acceperit & gesserit, leues facilesque videbuntur: si sic, graues molestæq;. Sed tamen videtur mihi paupertas afferre quandam molestiam & difficultatem, Proin magis laudauerit quis eum qui pauper facile senectũ tulerit, quam qui idè fecit diuitijs affluens. Ecquid verò tandem molestie laborisque affert paupertas? An non Crates & Diogenes pauperes erũt? an quàm facile egerunt, alacres latiq;

d 5



existentes etiam mendicando, & frugali par-
coq; victu contenti. Inopia & ariditas te cir-
cūstant? concham & fabam collige, inquit
Crates, & si qua his similia. hęc si feceris, fa-
cile statues trophæū paupertatis. Aut cur pot-
tius laudare conuenit eum qui pressus pauper-
tate, facile senectā tulerit, quam eum qui idem
dies fecerit? In ea nempe facilius est cognitu,
qualis res sint opes, qualisue paupertas. Quis
diuitiis multū in senectute difficulter vtun-
tur, & paupertate illiberaliter, & cum que-
relis: & nec hoc facile, vt diuitiis liberaliter,
citraque molestiam vtantur: nec illud, vt pau-
peritate generose, sed eiusdem sunt vtraque hęc.
& sicut apud multos valet commode, ita apud
alios contrā. Et si quidem conducatur, cum pau-
peritate manent in viciis: suū minus, facile mi-
grāt, tanquam ē solenni conuēti ac celebri, ita
etiam ē vita. Non aliter quā ē domo, inquit
Bion, exigimur, si locator non accepto pretio
habitationis, fores reuellat, tegulam adimat,
puteum obstruat: ita etiam hoc corpuscu-
lo legor, quando quę locauit natura, oculos
ademerit, aures, manus, pedes, non moror am-
plius. Sed sicut ē conuiuio discedo, nihil indi-
gnans: itidē ē vita, cum tempus adierit, scaphā
vt traicias ingrediēde. Sicut bonus histrio, bene
prologū, bene mediū fabula, nec nō bene etiam
catastrophē agit: ita bonus vir quoq; primor-
diā

diā vite rectē, & mediā probē, sine q; congrue-
tem his administrat. Et vt palliū, vbi detritū
fuerit, depono, non procrastino, nec vitę tuendę
desiderio flagro: sed & cum liceret adhuc beatē
& feliciter degere, morior. Quenamodū &
Socrates, licebat ei, modo voluisset, & carere exi-
re, & iudicibus hortantibus multā pecuniariā
pendere: non acquieuit, sed multatius est Pry-
taneī demensor: ac triduo ei concesso, primo bi-
bit, & non voluit tertij diei postremam horam
expectare, donec sol iuga montium transcendē-
ret, sed animose primo die ebibit.

Nunquam equidem disidere me velim à Incerti au-
toris.
familiaris: suo disidiū intercedat, quam
primū reconcilier, velim. Absit vt cuiquā
insidiās struam: insidiās verō petitus, vtinā cla-
bar immunis ab omni perturbatiōe, minime
grauē aut irremediabilem quicquam perpetrare
coactus. Vtinam iram temperem: amem, desi-
derem, & assequar sola bona. Quę verō sunt
cupiditatis prauę, ea nec per errorem optanti
contingere velim. Optem omnes felicis fortunę
viti: nulli verō inuideā ex his qui frūntur pro-
spera fortuna. Nunquam quisquam me eorum
qui habētur temere fortunati felicēsq; attoni-
tum faciat, neque tristitia afficiat. Quid enim
attinet hęc quę fortuna largita est inuidere?
Amici potius me, quique pro dignitate rebus
secundis vtuntur, exhilarēt. Nunquam etiam



ei qui sponte odium suscepit contra me, ubi infortunio diuexatur, gesties insultem. Nunquam mihi ipsi conscius sim, quod occasionem illius mali cuiquam preberim. Si quando ignoras quicquam vel dixeris, vel designaueris, ne expectem dum alij carpant & obiurgent: sed ipsi me potius vituperent, donec emendetur. Norim fortiter ferre casus, & mediocritatem accipiam prout eorum fert natura: rebus vero altis & excellentibus ne, quod in me est, ipsum me applicem. Res prosperas norim gerere modeste, ne quando successis rerum in superbiam tenerariam efferat. Diuitias iudicem, quod satis sit vita temperanti. Infinitum & insatiabile studium pecuniarum nunquam quidem me inuadat. solisq; e discipulis, que animum in quo herent fixe adiuuat, velim eas mihi quas decet obtingere. Vincam victoria que nec mihi, nec contra disceptanti, noxia sit. Contenders intempestive cum amicis, & in disputationibus, prudens caueam. Ne contra quam sentiam, in disputationibus, studio vincendi, contentionem foueam amplecterque. Ne quando cum iactura veritatis, etiam secus quam ipse credam in animo, falsa argumentatione decipiam contra disputantem, aut saltem ad contendendum extimuler. Veritatem illustrantibus dictis, semper sociis defensorq; sim. Effrenis cupiditas nunquam ulla vel in mentem veniat.

niat. Convertere assidue prudentibus, liceatque mihi cum his colloqui a quibus discenda omnino aliquid boni adeptus. Nunquam inciter, ut lucri causa peccem. Amicos disidentes reconciliem. Amicos si queam & indigentibus necessaria suppeditem. Amicos in periculo extantes, si queam prodesse, nunquam destituam. Amicorum calamitates, quibuscumq; rebus id fieri queat, restituere propius paratusque sim. Dolentibus conuersans, placido & leniente eorum maestitiam sermone releuem. Norim me ipsum reuereri. Bona anide dicere assuescam. Quam non curiosa & acuta, sed que optima sint, & quibus perceptis usui esse queat. Deos colam & ritu civitatis, & cum diligentia. Domi habitum mente pia. Semper in ira commotum, placatum reddam. Assuesciam me ipsum ut sim mitis, neque res molesto & iniquo animo feram. Qui malus sit, & quid ab hominibus quovis paratum sit, ne curem: norim autem bonos, eosque secter. Ne cui quid debeam, sin eodem magna ex necessitate adigar, obtingat mihi ut statim queam liberari. Laudem bonos candidi: obrectatricem autem linguam cuiusvis exosam habeam. Norim tacere, que tacita esse prestat.

Neque navem unica anchora, neque vi- Socrates.
tam una spectulam esse operer.

Sic autem & hominem imbutum esse ne- Themistyl
ex libro de



esse est gaudium, & dolore, & reliquis omnibus affectibus, vehementiore tamen & magis durabili dolore. Atque hoc ipsum etiam Aesculapius affirmat. Lutu enim Prometheus, ex quo hominem effinxit, non maceravit aqua, sed lacrymis. Non igitur qui extirpemus eos, tentandum est: impossibile enim. Sed si quo modo detur, extenuandæ eorum vires, & mitigandi sed adique sunt, ferendi que quantum queas, & ratione regendi: curari enim colique nō admodum se difficiles præbent. Atque isto pacto si eos moderere, apparebunt viles & commodi ex inutilibus & noxiis facti. Nō enim Deus eos iniecit homini in hoc, ut noxam & probrum ei concilient, sed eos quoque ad durationem & salutē generis, anime atque uitæ commisit: iram quidem, ut nocitura propulsemus: appetitum vero cibi & potus, ad insitum & necessarium corporis nostri per diversos meatus effluxum. & sic sane aliud ad aliam certam destinatum est corporis sortem, conditionemque. Manere autem quemque oportet intra suos fines: si que præscriptus modus cuiusque sit virtus, partis quidem irascibilis, fortitudo: concupisibilis vero, temperantia: amoris pecunie & lucri, liberalitas, & magnificentia; facultatis vero que suscipit & admiratur honores, & potentiam, & primas dignitates; eius est mediocritas ipsi assignantur.

tas. Si autem reliquantur incompositi, nec ratio adhibeat cultum, perinde ut plantæ sativæ & bonæ, negligente agricola, statim esferantur & perulantes fiunt, & suppullulant vitia, seu spina horrida, noxiæ & venenatæ cum aliis, tum illi potissimum qui possidet. Sunt porro alij in quibus contra pereunt, & marcescunt, nec vigorem suum assequuntur, & illi egent ratione que comescat, cogat, & prenat ad incrementum debitum. Ideoque nunquamque virtutem circumsidet ex utroque latere duo vitia: alterum quod defestum affectus amat, alterum quod excessum amplectitur. Non autem convenit pranos & distortos respiciendo, omnes ex æquo suspectos habere & expellere: sed consilium indagare nature, & in quem usum affectus quosque infuerit, atque impresserit seu notam anime.

Aliæ virtutes sunt politici, aliæque ad contemplationem ascendunt, ideoque dicti cōtem. ex lib. de platini. aliæ item eius qui iam perfectus est speculativus, iamque intentus est contemplationi. Aliæ ad illa quoque virtutes mentis, quatenus mens, & intelligibilis ab anima pura. Virtutes politici viri in mediocritate affectuum ipsius irrationalis partis anime suæ, sequendo & sectando rationem de eorum in rebus agendis. propterea ad societatem suam spectant innoctiam eorum, qui vicij iun-



Et huiusmodi sunt, à congregatione & communione politicae appellantur. Ac versatur quidem prudentia circa id quod ratione ritur: fortitudo vero circa id quod mouetur & impellitur ira: Temperantia vero cuiuslibet harum peculiaris actio de imperio & obedientia. Virtutes autem eius qui proficit ad cõtemplationem cõtemplationi, posita sunt in recedendo ab ijs quae civiliter hic sunt. quare & purgationes hæc dicuntur, in abstinentia spectate actuum corporis, & cõpassionum cõsensuq; naturalis qui est ad illud. Hæc quippe sunt anime, quae discedit ad id quod reuera est. Ciuiiles autem moralem hominem adornat & componunt, quin & præcurrunt politice ipsas purgationes. Oportet enim iuxta eas informatum desistere ab agendo opera corporis tanquam principalia. Quapropter in purgationibus quidem corpori nõ consentire, sed solum operari animam, efficit sapientiam: quae per purum intellectum perficitur. At nõ simul affici, constituit temperantiam. Ceterum non timere, recedentem à corpore, cen in vanum quid, & nusquam extrã, fortitudinẽ. Præcunte autem ratione & intellectu, & nulla parte refragante iustitia id erit. Itaque affectio habitusq; secundum ciuiles virtutes, in moderatione affectuum spectatur, finem propositum habens, vt viuat tanquã homo nature consentaneæ. Affectio verò secundum contempla-

tias, in vacatione affectuum: cuius finis est, Deo similem reddi. Quoniam autem purgatio alia quidẽ est quae emaculat, alia vero ab omni fece & labe repurgatorii: virtutes illae purificantes secundum utraque hæc significata purgationis considerantur, nam animam & purgant, & purgatæ iam cõuersantur. Finis enim ipsius purgandi est, purgatum esse. Sed quoniã purgari & purgatum esse, est ablatio omnis alieni, bonum ipsum diuersum quiddam erit ab illo quod purgat. Itaque ad immundiciam sufficit quidem purgatio: quod autem reliquum sit, erit bonum, & non purgatio ipsa. Sed anime natura bonum nõ erat, sed tamen tale, vt particeps fieri boni posset, & specie boni præferens. alias enim à malo fuisset immune. Bonum igitur ei in hoc est, vt coniuncta sit ei qui genuit & produxit: malitia verò in eo, vt iungat se posteris. Ac duplex malũ est, illis se applicare, cum affectuum excessu. vnde ciuiles virtutes, altero saltem, ritio liberantes, virtutes iudicatae sunt, & in pretio habitæ. Sed tamen purgatius digniores, vt quae anime vitia eluant abstergantque, ideoq; ipsam ab omni labe purgatam decet cõuersari familiariter suo quasi progenitori. Atque virtus utique eius post conuersionem hæc est, quae constat cognitione & notitia ipsius entis, non quod ea desinit, a sit, sed quod sine eo quod ipsam antecedit, non videt.



que in se habet. Aliud igitur genus tertium virtutum post purgatiuas, & ciuiles, anima operante ex abstracto & libero intellectu: sapientia quidem & prudentia entis contemplationi dedita, mentem occupat. iustitia autem proprie actioni intèra, ea quæ ad mentem habet congruentia, etiam in hoc est, vt secundum intellectum agat. Temperantia verò est ipsa penitior & abilita ad mentis flexio: fortitudo verò, immunitas perturbationis, ad similitudinem eius quod respicit quod est sua natura perturbationis expertis. & consequuntur hæc se inuicem, sicut & alie. Quarta species virtutum est exemplarium, quæ versantur in mente, præstantiores quàm sint animales, earumque ceu exempla. In quibus scientia est ipsa intellectio, sapientia verò scilicet intellectus: quod ad eum tēdit temperantia. Peculiare verò iustitie opus, propria debilitasque: actio: fortitudo autē, similitudo sui, & manere quod in se sit, integrum sincerumque, beneficia excellentis. Quatuor igitur virtutum genera esse, ex dictis claruit. quarum hæc quidē sunt ipsius intellectus scilicet exemplares, eiusque commites essentia: alie verò animæ in entē iam inuentis, ab eademque implete, alie rursum animæ hominis purgatis se, & purgatæ à corpore, atque ratione carentibus moribus, alie denique animæ que cōponit instruitque hominem, eo quod certos limites irrationabilitati præsumit, & as-

sectum

sectum æquabilitatē indit. Atque quisquis habet præcellentiores, necessario habet & inferiores: non tamen contrā. Caterum qui maiores habet, non operabitur principaliter secundum inferiores, sed quantum præsentis vitæ necessitas requirit. Diuersi enim, vt dictum est, scopi sunt, generèque discrepantes. Politicarum siquidem, modis statuere affectibus, qui actionibus quæ nature et respondeant, congruat. Purgatiuum verò scopus, penitus ab affectibus animi alienare, segregareque, aliarum porrò, constantem intellectui agere, nec vnquam de affectibus, vt relinquendis quidē studio (vt quibus plane vacua sint) cogitare. Postremò alie minime habent actionem consentientem intellectui, sed sua essentia idem cum ipso sunt. Quare qui secundum practicas agit, dicitur vir virtuti deditus. Qui verò secundum purgatiuas, demonibus erit homo, aut etiā demon bonus, qui verò secundum eas tantum quæ mentem respiciunt, deus: qui verò secundum exemplares, deorum pater. Studendum itaque nobis potissimum virtutibus purgatiuis, cogitantibus, eas nos in hoc seculo posse adipisci, earumque ope etiam ad præstantiores illas euehi. Quæ propter considerandū est, & siquequo, quantumque queat recipi purgatio. Sita quippe est in disunctione corporis, & irrationalis affectuum commotionis impetibusque. Quæ ratione autem fiat, & quò usque, dicendū est, primum quidē quasi



fundamentum & basis purgationis est, ut quis
morit se animā esse, alienē rei alteriusq; substā-
tiē connexum. Secundum est quod ab hoc de-
pendet, ut contrahat se ipsum à corpore, peni-
tus utique nihil indulgens affectioni propēsio-
niq; corporis. Qui enim in agēdo usque sensum
sequitur, etiam si non afficiatur, nec voluptate
fiatur agendo, tamen spargitur ei cogitatio
circa corpus, & per sensum corpori cōnectitur.
Si quis autem indulget sensuum voluptatibus
aut doloribus, is cum propensione animi & cō-
sensu similiter afficitur. A qua potissimum
affectione animi purgāndus est, idq; fieri potest,
si necessariis quoque voluptates, sensusq; me-
dicinē tantum causa quis admittat: aut ut li-
beretur laboribus & morbis, quo minus impe-
dimento sint. Exuendi quoque sunt dolores, sin
hoc fieri nequeat, equanimiter ferendi erunt,
minores leuioreq; reddendo eos si non condo-
leat. Iracundiā verò quantum fieri potest exi-
mendā, prorsusque relegandā. Sin minus, at
certē voluntas applicandā non est: ut tanquam
obiter, & non consilio fiat: quicquid verò hoc
modo sit, debile est, & paruum. Metus sanē
prorsus euellendus, nullius enim rei sollicitudi-
ne terquetur. ceterum etiam hic nullus locus
electioni relinqui debet, Viti sanē licebit &
iracundiā, & metū in admonitione. Cupiditas
autem diuini prauitatis eliminanda, ceterum

cibi potissque non ipse tenebitur desiderio, qua-
tenus ipse: & rei venerē naturalis, ne nullo
quidem delecte, temerēque: sin omnino tangat-
tur, ferē quasi imaginatione tenerariā que
per somnum occurrit fiat. Planē autem ab
omnibus his anima intelligentiā prēmītes, eius
qui purgatur sit immunis & pura. Velit au-
tem, etiā id quod mouetur ad irrationabilita-
tem corporalium passionum, moueri sine con-
sensu & affectione, negligentēque, quo mo-
tus etiam statim soluantur, cum primū rati-
o accedit.

Reuera, inquit, o Simmia, qui rectē philo- Platonis in
sophantur, mori meditantur, & mors eis inter Phedone.
ceteros homines minime terribilis est.

His ego verbis optimē dictis, docibilem esse Eiusdem in
virtutem, & sui omnium maximē gerendam Clitophōte
esse curam, haud inquam ferē contra dixi,
nec in posterum que contradicam, habiturum
me puto.

Verum omnis rerum copia, omnes opes, vir- Eiusdem ē
tuti concedunt. Menexe-

Optimum sanē hoc dictum est, eritque sem- no.
per, Quod rite statim etiam honestum sit: no- Eius. lib. 5
cium verò, turpe. Maximē quidem. de Rep.

Vanus est homo, qui ridiculum aliud esti- Ibidem.
mat, quā malum: & qui risum mouere vo-
lens, non insipientis & mali, sed cuiusdam al-
terius vultum intuetur. Vanus etiam est, qui



cum honesto studeat, scopum sibi aliū virum, quam bonum, proponit.

Ibidem.

Inter prudentes enim & amicos, de arduis reb. vera quæ quis noverit dicere, grauis & securi constantisq; animi indicium est: dubitando autem & inquiredo simul verba facere, vt ego facio, timidum, & qui ridiculus haberi periclitetur, hominem arguit.

Platonis
legum 5.

Certet præterea apud nos quisque de virtute absque inuidia. Qui enim sic agit, ciuitatem suam amplificat, cum & ipse contendat, & alios calumniis non detineat. Inuidus verò dum ceteris derogando putat præstare, tunc ipse minus rectè ad veram tendit virtutem, & cõcertatores iniusta vituperatione tardiores efficit: idèoque vehemēs acquirendæ virtutis studium è ciuitate tollēs ipsam pro sua parte gloriæ amplitudine priuat. Oportet præterea nunquamque animosum esse, ac maxime mitem. Nam aliorum iniurias, quæ è difficile, vel nullo pacto sanari possunt, non possumus aliter effugere, quam pugna, defensione, victoria, & nullius peccati remissione, quod absq; animositate facere nemo potest. In his autem iniuriis, quæ tales sunt vt sanari possint, nosse in primis oportet, nullum iniustum sponte iniustum esse. Nemo enim vnquam maximorum malorum aliquid alicubi vellet habere, multòque minus in his quæ sibi præstantissima sunt. Est autem animus

animus, vt diximus, reuera in omnibus omnium præstantissimus. Quapropter in eo, cum maxime sit honorandum, nemo sponte summum accipiet malum, volens; per totam vitam id possidere. Porro miserabilis omnino est iniustus animus, & qui mali quicquam habet. Miseri autem decet eorum qui sanabiles sunt, & cohibere iram, ne aduersus eos muliebri iracundiæ feruore animus efferatur, duriusq; insistat. Qui autem ita sunt flagitiosi, vt incurabiles sint, eis ira vehementius immittenda. Propterea diximus animosum, id est generosè iracundiæ non expertem, ac simul mitem, bonum virum semper esse debere. Omnium verò maximum quiddam malum in multorum hominum animis est innatum: cuius quidem, cum facile sibi omnes ignoscant, remedium nullum excogitant. Est autem hoc quod dicere solent, quod natura sibi quisque amicus est, rectèq; est, ita id se habere. Sed reuera nimius in seipsum amor omnium peccatorum omnibus semper est causa. Occæatur quippe circa amatum, qui amat. Quapropter qui se amat, quam seipsum magis quam veritatem honorandum putet, quid bonum, iustum, pulchrum sit, malè iudicat. Decet sanè eum qui magnus vir futurus est, neque seipsum, neque sua diligere, sed iusta semper, siue à seipso, seu ab alio quouis gerantur. Et reliqua.

Nec rursus qui pecuniam iniuste cupit, aut Ibidem.



possidens iniuste non dolet, muneribus animum suum exornat, sed ab hoc longissime abest. Quod enim venerabile pulcherrimque in animo est, paruo pro auro prodit: cum totum quod super terram, quodue sub terra est aurū, virtute compensari dignè non possit.

Ibidem.

Honore dignū corpus existimetur, non quod formosum robustūmque est, aut velox, magnum, sanum, quamuis multis id videatur: neque quod contrariis modis affectum: nam que medio habent modo, longè moderatiora censenda sunt. Altera enim inflatos & audaces, altera deiectos atque illiberales reddunt. Similiter opū possessio se habet. Excedens enim & priuatim & in ciuitatibus, inimicitias seditionesque parit: deficiens autem, ut plurimum seruitutem. Nemo igitur liberorum gratia opibus cumulandis incumbat, ut locupletes eos relinquat. nam nec ipsis, neque ciuitati id conducit. Sed census iuuenum tum adulatione vacuus, tum rerum necessariarum non indigens, omnium optimus est. hic enim nobis ad omnia accommodatus, vitam à doloribus tutam reddit. Libris ego non auri, sed pudoris multum oportet relinquere. Putamus autem verbis impudentiam iuuenum castigando, id nos impetraturos. neque verò ex ea castigatione, qua iuuenibus incutiunt, adolescentem oportere in omnibus reuerendum esse. Sapiens itaque legum lator,

fatio-

senioribus precipiet potius, ut sint coram iunioribus reuerendi: ac summopere caueant ne quis iuuenū eos videat, audiatque agentes turpe aliquid, vel loquētes. Nam ubi senes minus pudici sunt, necesse est ibi iuuenes impudentissimos esse. præstans enim & iuniorum & seniorum disciplina est, non verborum increpatio, sed ut que increpando quis diceret & monendo, eadem ipse in omni vita facere videatur.

Veritas certè tum diis, tum hominibus dux. Et paulo omnium est bonorum: cuius qui felix beatusque futurus est, statim ab initio particeps esse debet, ut in veritate plurimum tempus vitæ agat. Fides hic certè est: infidus autem qui sponte mentitur: qui verò non sponte, amens. Quorum neutrum optabile est. Nam & infidus & amens ab amicitia admodum alienus.

Honorandus certè est, qui nihil iniuriatur. Et rursus. Qui verò nec alios id facere patitur, duplici honore, imò etiam magis est honorandus. ille enim cui, hic multis hominibus cõparatur, cū principibus ceterorum iniuriā nuntiet. Qui autem vna cū magistratibus iniuriā quoad potest vlciscitur, is magnus perfectusque in ciuitate vir prædicatur. nam virtute cunctis excelsit. Eadem quoque temperantie & prudentie laus est. Et qui alii bonis abundat que in alios



quoque transfundi possunt, si ceteros participes efficit, tanquam vir summus est honorandus. Qui autem id facere vellet quidem, sed non potest, secundo loco habendus est. Inuidum verò qui spòte nihil boni ceteris conferat, vituperare debemus: nec propter hominem qui malè possideat, rem ipsam vituperare, sed eam pro viribus adipisci. Certet præterea apud nos quisque de virtute absq; inuidia. Qui enim sic agit, civitatem suam amplificat, & cetera, quæ etiam paulo superius inveniuntur.

Somnus enim multus nec corporibus, nec animis, nec rebus gerendis natura cõducit. nemo quidem dum dormit, alicuius præcij est, nõ magis quam si non viueret. Quare quicumque viuere & sapere cupit maxime, quàm longissimo tempore vigilet sola sanitatis commoditate seruata. Ad hæc verò non multo opus est somno, si bene assueueris somniis. Magistratus profecto nocte in urbibus vigilantes malis hominibus, tum hostibus tum ciuibus terrori sunt: amandi, honorandique iustis & temperatis, sibi & civitati viles vniuersæ.

Cum ergo neq; natura, ò Socrates, nec institutione tales euadant, quõnam alio modo boni viri videntur tibi fieri? Quamuis id non facile indicari posse existimem: conicio tamen, virtutis possessionem maxime diuinam esse, ac bonos non aliter fieri, quàm diuini vates & fatidici fiunt.

Eiusdem
de Legib.
lib. 7.

Eiusdẽ ex
libello de
virtute an
sit docibi-
lis.

fiant. Nam isti neque natura tales, nec arte fiant, sed inspiratione deorum afflati tales existunt. Similiter autem & boni viri semper civitatibus predicunt, qui rerum exitus euenturi, & quæ futura sint, nimirum ex afflatu diuino, multo magis & euidentius quàm fatidici soleant. Enimvero mulieres quoque ita loquuntur, Iste vir diuinus est. Et Lacedæmonij magnificè quempiam collaudantes, virum esse diuinum aiunt. Quin & Homerus multis in locis, & alij poète, idem vocabulum usurpant. Et cum Deus beneficia in aliquam civitatem conferre voluerit, viros bonos in ea collocat: quæ ubi aliquid mali imminet Republicæ, Deus civitati bonos viros admittit. Sic igitur apparet virtutem non disciplina, neque natura, sed diuina sorte sui possessoribus accedere.

Virtutis officium in dubium vocamus, & *Ibidem.* deliberamus nobiscum, utrum fieri possit, ut aliquis ad sapiendum, ad bene agendum, aut bene viuendum doctrina institutur: & nihilominus miramur qui fiat, quòd cum innumera sint rhetorum opera, & gubernatorum, & fabricorum & agricolarum, boni dumtaxat viri nomine ac titulo tenus sunt, ut hippocentauri quoque & gigantes & cyclopes: opus vero virtutis integrum & sincerum nusquam reperitur, nec vllum ab affectibus liberum &



purum extet officium. Et si quid etiam boni natura sponte produxerit, id multis vitijs, ceu fruges sylvestri & impura materia permixta, obsecratur. Canere homines discunt, saltare, legere literas, agricolari, equitare, calceos & vestes induere, vina miscere, obsonia parare ydem erudiuntur: hæc nisi qui didicerit, non faciet commodè: (& reliqua. Libellus est breuis.)

Xenophō- *Quæcumq; virtutes ab hominibus nominan-
tis. libr. 2. tur, eas omnes si consideres, disciplina, vsu, &
de Soc. dic. exercitio incrementum capere videbis.*

Ibi. libr. 1. *Ad hæc autem Socrates: Apud nos ò
Antipho, inquit, sanctum est, pulchritudinè
ac sapientiam vendere partim honestum, par-
tim turpe existere. Pulchritudinem nanque si
quisquam pecunia prostituat omni volenti, for-
nicatorem eum appellant. Si quis autem quæ-
cumque senserit bonum & honestum sui ama-
torem esse, cum illo in amicis am coniungatur,
illum modestum putamus. Sapientiamq; si-
militer, si quis ut sophista solent facere, omni
volenti pecunia vendat, quasi fornicatorem no-
minant. Quicumque autem ingenio præditum
hominem docendo quodcumque boni ipse sciat,
amicum sibi efficiat, hunc illa arbitramur age-
re quæ bono honestoque civi faciendæ sunt.*

*Itaque ò Antipho, sicut alius quidam aut e-
quo bono, aut cane, aut anibus delectatur, sic*

& mil-

*& multo magis etiam ego bonis amicis dele-
ctor. ac eos si quid ego boni sciam, doceo: ceteris
quoque eos commendo, quos putem profuturos
eis ad virtutem percipiendam, thesauris que sa-
pientium priscorum, quos illi literis mandâtes
nobis reliquerunt, vna cum necessarijs meis re-
uoluens, si qui d reperiamus boni elicitimus, ma-
gnamque lucrum arbitramur, si amicitia con-
iungatur. Cum ergo ipse hoc audirem, & ille
mibi videbatur esse beatus, suosq; auditores ad
virtutem conducere. Cum autem iterum An-
tipho interrogaret Socratem: cur cum alios pu-
tet Reipub. gubernatores efficere, ipse nõ vacet
in ipsa ciuitate gubernanda, siquidem hoc face-
re sciat. Vtrum ò Antipho, inquit, solus Re-
publicam melius gubernarem, an si quam pluri-
mos ad hoc opus sufficientes efficiam?*

*Præterea qui sponte hæc patitur, bona spe du-
ductus lætatur: quem admodum illi qui seras ve-
nantur, spe capiendi libenter laborant. Atq;
talia præmia laborum parui faciendæ sunt. Qui
verò conantur ut quam optimos amicos ha-
beant, siue ut inimicos expugnent, siue ut for-
tes corpore animoque effecti, & suam domum
bene habitent, suisq; profuit amicis ac patrie:
quis dubitet istos laborare suauiter in huiusce-
modi rebus, ac cum letitia viuere? cum & se-
ipsum appropinquarent, & ab alijs laudentur.*

Ad hæc autem MOLLITIB. QVI-

Idem.



DE M & voluptates in præptis positæ, nec corpori sanitatē: ut hi asserūt qui gymnasijs præfunt, nec animo ullā sententiā cuiusquā existimatiōis præstare possunt. Studiū verò & patiētia, bonarū atq; honestarū artium causa sunt, ut optimis viris videtur. Dicit autē & Hesiodus:

Praviratem quidem simul totam licet eligere facile: plana enim ad hanc ducit via, cū valde propē habitet, Virtuti verò sudorem præposuerunt dī immortales. Longum enim & arduum iter ad eam. Quod cū asperum primum sit, amœnum postea sit, cū ad vltimum quis pervenerit. Epicharmus quoque his verbis hoc idem testatur: Laboribus omnia nobis dī vendunt. Nec non sapiens Prodicus in illo quod de Hercule edidit opere, similiter disputat de virtute in hunc modum, quantum ego memini, dicens. At nāq; Herculem cū a puerili etate ad adolescentiam perveniret (cū adolescentes iam sui arbitriū effecti, ostendunt siue per viam virtutis, siue vitiorū vitam suam ducēt) egressum à civitate in solitudinem, confedisse cogitationibus agitatū, vtrā viarū supradictarū præponeret: vbi duas ad eum apparuisse accedere mulieres magnas: (Et que sequuntur, donec vtraq; mulier suum absoluerit sermonem.)

Ibid. lib. 3.

Cum quidam verò eum interrogasset, quid ei videatur optimum homini. Studium, respondit, bene agendi. Cū autem rursus petisset, si etiam

etiam secundam fortunam studium putet esse: Totū, inquit, contrarium ego fortunā & actionem esse puto. Cum enim non queritanti quicquam boni cuiquam occurrat, secundum fortis nam hoc esse: cū verò doctrina ac exercitatione bene quis agat, hanc bonam actionem esse arbitror: quiq; hoc meditantur, hi mihi bene agere videntur. Optimos quoque ac Deo amabiles illos esse aiebat, qui in agricultura quidem, que agricultura sunt: in medicina, que medicinalia sunt: in Repub. que civilia sunt, bene agant. Illi verò qui nihil horum bene agat, nec Deo amabilem, nec in aliquo vitile esse aiebat.

Tum verò vitilis Socrates cunctis erat in rebus, ut homini cōsiderare volenti, etiam minus sentienti. palā pateat nihil vitilium fuisse, quā cum Socrate quocunq; locorum, de quacunq; re conuersari. Nam & absentis meminisse nō parum vitilitatis familiaribus eius, quiq; cum eo versabantur, asserere solebat. Non enim minus ioco quam serio loquens, suis necessariis proderat. Pluries itaque dixerat quosdam amare: palam verò patebat, nō eos qui pulchritudine corporis præstabant, sed illos quorum animus aptus ad capeffendam erat virtutem, amare. Acutus verò ingenia illorum esse putabat, qui celeriter ea discerent quibus studerēt, & memoria retinerent quecūque discerent: ac illas doceri cuperent disciplinas, que vtrique prodesse, & ad

Ibi. ab initio libri. 4.



domum ac ciuitatem quam optimè habitādā,
& simpliciter hominibus rebusque humanis
bene vrendum. Huiusmodi nanque adoleſcē-
tes opinabatur, si docerentur, nōn solum ipſos do-
mōsque eorum felices fore, verumetiam ceteros
homines atque ciuitates posse beatas efficere.
(Et cat. vsque ad hæc verba. Narrandum au-
tem nunc est.)

IO. STOBÆI COLLE-
CTANEORVM, DE MA-
litiā, Sermo. II.

Democriti

MALITIA res est quæ facile ca-
pitur. Nam dum in solum lucrum in-
tenta est, incircumspectè obuiā se que-
stui præbet, & temerè persuadetur.

Axini. c.

Cum quis improbo homini mutuas dederit
pecunias, non immeritò ille pro vsura multum
molestiæ accipit.

Antipha-
nis.

Si quis pecuniosus res turpes commiserit,
Quid illum, si inops foret, facturum putas?

Menandri
in Pallace.

Varias cogitationes malitiā voluit.
Odi improbum, qui fugi sermonem profert.

Eiusdem.

Inconsiderata res est malitiā.

Eiusdem.

Deus causam producit hominibus, cui fami-
liam aliquam penitus affligere voluerit.

Eiusdem.

Fac modo vt iusti existimatione adsciscat.
Lucra interim vel improbiſſimi hominis ita
tibi acquires.

Multis

Multis mortalium facies est ingenua, Mēs Scleræ.
verò intus illiberalis reperitur.

Asperimus etiā scyphanta, si duas minas Ithilippide
acceperit, agno mollior abibit.

Nulla sanctè iurantis gratia erit, neq; iusti Hesiadi in
neq; bonis: sed magis malorum autorem, & in- operibus.
iurium hominem colent: iustitia verò in mani-
bus, & reuerentia nulla erit: ledetque malus
meliorem virum, verba proferens obliqua, quæ
vel iurcurando firmabit. Inuidia autem homi-
nes erummosos omnes, obstrepera, malis gan-
dens, & odioso vultu sequetur.

Perpetuò celebratur virtus, viri autem ma-
li viventis simul & defuncti vita tacebitur. Zenodoti.

Nunc nec egomet inter homines iustus sim, Hesiadi in
neq; filius meus: quoniam malum est virum iu- operibus.
stum esse, si plus iuris deterior habiturus sit.

Tantum damni est ex malo vicino, quanti
ex bono commodi. Nacltus est præmiū quis-
quis nacltus est bonum vicinum. Ibidem.

Nunquam felicitatem mali hominis & su- Euripidis
perbas opes firmas existimare oportet, neq; no- Bellerophæ
uam iniustorum fortunam. Tempus enim anti-
te.
quisitum nec aliunde natum, iustam admo-
uens regulam, hominum tandem improbitates
mihî detegit.

O Iuppiter, quidnam auri quidem adulteri Eiusdē in
ni iudicia hominibus dedisti certa? Inter homi- Medea,
nes verò, quo malus discerni possit, nullum cor-

f



pori signum innascitur.

Eiusde in Tenne. Heu quam nihil iustum est hoc in seculo.

Dionis ex Euboico. Inter multos improbos vnus sapiens perit.

Res inprobe nunquam eodem in statu manet: subinde mouentur, & in maiorem petulantiā crescunt, nec vllum certum modum assequuntur.

Philippus à Bizantijs interrogatus, quidnā iniuriē causaretur, quod ipsos obsideret: Quos ille stolidos esse dixit, & similes illi qui formosam alens vxorem, frequētius & lasciuus accedentes ipsum, cur id faciant interroget.

Thales quid nocentissimum esset interrogatus, malitia dixit: nocet enim illa bonis etiam, si attigerit.

Demosthenes dixit, quod cum sepe ad exitium malis imprecandum incitaretur, timeret interim, ne plonē desolandam hac imprecatione ciuitatem efficeret.

Pythag. Legi diuina improbitas non obtemperat, ideoq; citius delinquit.

Lysia. Quisquis nō prospicit ne iniuste agat, sed curam impendit no luit pœnas, mala perpetrat.

Demosthe. Qui ea quibus ego capiar & agit, & appareat, is mecum bellum gerit, etiam si nondū telus vel arca vitatur.

Lycurgi. Papæ quā deprauata est hominis natura, profusus, non enim vnquam opus fuisse lege.

Putasne quicquam abis prestare seris hominibus?

nem? non tancillum, nisi forma. Prona sunt cetera, hoc autem erectum animans.

Cur Prometheus, quem dicunt nos formasse, reliquaque omnia animalia, brutis quidem dedit singulis, pro suo genere, vnā naturam? Omnes leones sunt robusti, timidi contra omnes ex ordine lepores: Non est vulpes alia quidem rasi a dissimulatrix sua natura, alia verò sui cuiusdam & peculiaris ingenij. Verum si triginta milia vulpium quis congreget, vnā naturam omnibus cernet inesse, modumque vite & tenorem parem. Nostrum autem quot corpora numero, totidem est & vite rationes cernere.

Difcedo: nā turpe esset, si quis audiat dictis increpare, cui vim inferre liceat.

Difcedo igitur: ne que enim tu mea dicta audes laudare, neque ego tuos mores.

Turpe est eum qui apum muneribus dulcem facit potionem, deorum munus rationem amarā reddere vitio.

Quicumque natura datis dotibus abuntur ad res malas, istis aduersæ sunt res prosperæ & inimicæ: veluti si quis sortis cum sit, malit prædonem agere, quā militem: ac robustus qui sit, alios spoliare, quā infirmis consulere: aut formosus adulterio se polluere malit, quā vxorē ducere: is eorum que natura sortitus est, bonorum proditor est.

Phileas.

Sophoc.

Aiace.

Eiusdem in

Phadro.

Epicteti.

Lycurgi.



Cur reos agimus tyrannos, longè deteriores
ipsis cum simus? Nam ipsidem quibus ipsi labo-
ramus affectibus, in dispari fortuna.

Theodorus ille Cyrenæicus, Lysimacho ty-
ranno mimitante ei necem. Ignorabam, inquit,
te non regis, sed cicutæ vim habere.

Theocritus interrogatus, quæ nam essent se-
uissimæ seræ, dixit: In montibus quidem, vrsi
& leones: in urbibus autem, publicani & cal-
umniatores.

Ex Episto Suis vitij sunt qui verba ornata & decora
la de amici confingant, ac prætexant: studium quidem cor-
tia. poris, simplicitatem: ceterum pecuniæ studium,
prospicientiam appellantes.

Ibidem. Versutum & callidum esse, ubi res postulat,
& fraudem contra hostem externum adhibere
utile ac necessarium est: sed ingenium subdolum,
& comminiscendis malis segax perpetuo habe-
re, & contra quosvis, non solentia, ut quidam
putant, sed pessimo ingenio attribuo.

Democriti Facile est laudare quæ non deceat, ac vitupe-
rare: sed utrunque mali est ingenij.

Dionysii Eadem mente homines tum ipsi despondent
Halicar- animum, tum alijs fidem non habent.

nasæi. Bion ait: Boni famuli liberi sunt: ac liberi

Biō in lib. mali serui multarum cupiditatum existunt.

de Seruit. Aequè tutum est furenti dare gladium, &

Iamblichi scelesto potentiam.

ex adhorta Socraticus ille Cynicus, cū audisset aliquan-
do ho-

do hominem moribus peruersis, maledictus in-
torijs orat.
cessere Platonem, Ohe desine, inquit: neq; enim philoso-
tu malè de illo dicendo fidem merere, neque is phis.
te laudando.

Simonides Muscus dicente quodam, quòd
multi ipsum apud se deferrent: Ec quando tan-
dem desines, inquit, tu auribus me calumniari?

Anacharsis Scythia, rogatus à quodā quid
hominibus esset infestum: Ipsi, inquit, sibi ipsis.

Igitur mala, & turpis disciplina in ciuita- Plato. lib.
te nullam maiorem potes coniecturam capere, 3. de Rep.
quàm summis iudicibus ac medicis indigere, nõ
modo abiectos homines & mechanicos, sed eos
etiam qui liberali disciplina educatos esse se
gloriantur. Nõne turpe videtur, & male edu-
cationis magna coniectura, ut cogamur ob pro-
prie virtutis inopiam instituta vitæ externa, ab
alijs videlicet tanquam dominis & iudicibus
iustè operari compulsi? Omnium profecto tur-
pissimū. An non hoc quoq; turpius esse putas?
quando aliquis non modo omne vitæ tempus
in iudicijs, tum accusando, tum defendendo con-
terit, sed & rudi quadam elatus iactantia in
his ipsis negotijs gloriat, quasi sit potens ad
iniuriam inferendam: suisq; relictis vsqueua-
deo tergiuersari valeat, ut nullas iniuriarū sol-
uat pœnas, qui sæpe minimarum utilissimarumque rerum causa tam anxium subit nego-
tium, ignorans quanto præclarior ac melior



esset, ita se cōparare, vt nullo observatore egeat, etiamsi stertat iudex. Certè hoc illo turpius est.

Xenophō
in lib. 2. de
Cyrī min.

At Menon Thessalus magnā & diuitiarum & imperij cupiditatem semper prae se tulerat. Is enim imperare cupiebat, vt vnde caperet haberet, & honores lucri causa ex petebat. Potētorum verò amicitias magni aestimabat, vt si iniuria quenquam affecisset, pœnas dare non cogeretur: & ad ea quae semel concupisset, se compendiaria admodum via peruenturū putabat, si peierasset, si mentitus esset, si sefellisset. Animi simplicitatem ac lenitatem quasi lenitudinem quandam & ignauiam esse existimabat. Neminem ex animo diligebat, neque si cuiquam amicum vniquam simulauit, quin insidias ei fecerit. Ex hostibus neminem vniquā ludibrio habuit: ac contra, quibus cum consuetudinem habebat, cum eis de rebus omnibus deridens atque illudens agebat. Hostium bonis non insidiabatur, quod difficile esse putabat, quae diligenter seruarientur erūpere. Amicorū res ita appetebat, vt solus nosse videretur, facillimè quae non custodiātur, adimi posse. Ad haec, quos periueros, quos insidiosos intelligere, esse eos tātū, quasi bene aduersus se armatos metuebat: honorum pietate ac fide eum hominum minimè strenuorum pro libidine sua abutebatur.

Ego

Ego enim clarè hoc assero, ea quae mala dicuntur Plato lib. tur, iniustus hominibus bona esse: iustus verò, ma-
2. de leg.
la: Bona rursus, bonis quidem verè esse bona:
malis autem, mala.

Cui ex mala animi sententia spes dependet, Socrates. similis est illi qui nauim infirmam anchora committit.

Vecordia est turpium rerum & sermonum Theophrasti. tolerantia. Vecors autem est is, qui aequè & an in chara-
dire malè & conuiciis lacessere potest. quippe Eteribus.
qui circumforaneo & impudente habitu sit, &
ad omnia scelera flagitiarū; natus: quiq; vel sobrius saltare, & quidem lasciuam saltationem, non dubitet: & in comico choro personatum esse. Eundem in scena & circulis assensum sigillatim ab auditoribus extorquere non pudet: & cum exhibentibus symbolum, gratifque spectare volentibus contendere. In campis exercens, & lenociniis exercendis, in relictigalibus conducendis tractandisq; summa peritū est. Nec vllum sordidum artificium a se alienū dicit. Est eiusdem hominis, praekonis officio fungicoquinariam gerere, ludere aleis, matri alimentata negare, accusari furti, carcerem diutius quā domum suam incolere. Hoc etiam rituum ad eos spectare videtur, qui multitudinem circumstant, & magna absōnāque voce enocant, conuiciis atque aliis dictis aduersus ipsos, contendentes ac interim alij aduunt,

f 4



alij priusquam quicquam audierint abeunt. Interim recors his initium, his syllabam, his partem rei dicit: nec aliter quam quum celebratus adeft, spectari patitur suam recordiã. Est etiã idoneus causis nunc quidem agere, nunc sustinere, nunc eiuare, & nonnullis interesse, echinum in sinu gerere, in manu verò fasciculos tabellarum. Nec flagitiosum putat in magna abiectissimorum hominum multitudine prætores agere, pecuniam mutuare, & de singulis denariis tres semiobolos singulis diebus usuram exigere: culinas item, & quibus in locis pisces & salsamenta veneant, percurrere: quique sibi ex negotiatione quæstus obuenit, in buccas colligere. Atque huiusmodi homines importuni molestique sunt, ad iurgia & contumelias lingua celeri atque exercitata. ita intentis & vehementissimis acclamationibus, ut forum sonus & officinæ ipsis resonent.

De petulã Petulantia quid sit, diffinire haud sanè distia, ut quã facile est. apparet eam illusionem esse apertam, vertit, sed & probro ignominiæque coniunctam: petulam potius imitem verò, ut, qui ingenuis mulieribus obuiam pulcètia di-procedens, summotis vestibus penem ostendit. xeris, scur-in theatro quum cessant alij, ipse collis manirilem, sordibus plausum significat, exhibat verò quos cãdã, intèpeteri intentius ac iucundius spectant: & quum stitit. Theo toto silentium est, ructum edit, ut sedè-phra. i cha-tium in se oculos conuertat. Tum referto foro-racteribus.

proce-

procedit in mediũ, atque ad nuces, aut ad mala, aut ad alios se conferens, fructus degustat, & simul vendentem alloquitur. Ex pretereuntibus aliquem, qui cõ nulla sibi familiaritas sit, nominatim appellat: & si quò videat quempiam prosperãtem, iubet expectare. Si quis magna in causa succubuerit, ei è foro abeunti consubulatur, & iocos dicit. idem obsonia emit, tibicinas conducit, occurrentibus sibi ostendit obsonia, ad eãque inuitat. Illisque quos aut ad tonsuram, aut ad vnguetorum tabernam offenderit se mero madidum fore narrat, nec dubitat si venale vinum habuerit, illud aqua dilutum amico vendere. quumque ad spectaculũ eundum sit, filios abire iubet, quum vel gratis qui theatro præsent, eos admiserint, publico munere missus quopiam legatus, pecunias sibi in profectiõnem erogatas, domi in questum relinquit: & quæ sibi opus sunt, à sociis legationis mutuatur. seruo maius onus, quam ferre queat, imponit: eidemque parcius suppeditat victum, quam natura & necessitas postulat. E muneribus suam portionem efflagitans, curat statim ut veneat. Dum in balneis vngi parat, puero accessito putridum ab eo oleum emptum esse dicit: & alieno perungitur. Asses quoque à seruis in via repertos, sibi iubet diuidi: quippe quò Mercurium communem esse dicit. Et æc igitur talia iniqua mensura, & cui ansa elisa sit, do-

f 5



metiscis metiens, subducit res necessarias: & que à se amici causa obsonia empta fuerit, eadem improbas statim redit. Quinque dissoluit triginta minarum as alienum, auertit ex eo quatuor drachmas. Quinque contribules accipit cōuiuio, ex communi siliis obsonium flagitat, cœnatus idem mense reliquias, dimidiatis raphanis (vel corticibus raphanorum) ne quid ministri accipiant, conscribit, atque reponit.

De morositate.

Morositas, in congressu & consuetudine difficultas aut rusticitas diffiniri potest. At morosum cum iure quis appellat, qui, quo aliquis in loco sit, rogatus: Ne pergas, inquit, mihi molestus esse. Ac ab aliquo salutatus, haud dignum existimat contra resalutare. Et quum sibi res aliqua venalis sit, ementibus quanti vendat, nunquam eloquitur: sed quid illi daturi sint, rogat. Et is qui honoris gratia aliquid ad celebritates mittunt, ait minimi fore ut exhibeantur. Nec verò quēquam vel inuitē impellentem, aut argentem, aut pede prenentem, venia dignum putat, iubente amico symbolum conferri, hoc etiam argentum sibi perire conueniunt. Si in via pedem offenderit, execratur lapidem. Nec ferre potest, ut quēpiam diutius opperiatur. Idem neque cantu, neque sermonibus, neque saltatione oblectatur: nec ut diis vota faciat, aut supplicet, facile adduci potest.

De ostētia- Nec ab re fuerit ostentationem diffinire, quā simula-

simulationem quēdam rerum & verborum cum tatione, vel benevolentia esse dicemus. ostentatorem verò curiositate. eum, qui que haud prestare queat, ea assurgēs proficitur. Cūque res ista esse assensu omnium comprobata sit, eam ipse ex parte argumentis refellere atque improbare aggreditur, plura quoque poculis seruauit iubet insundere, quā possint hi qui adsunt perpotare, prelium conferentes excitat: & per eam quā ignorat viam ducere se prebet: deinde nec qua proficitur inuenire potest, idem ad exercitus ducem veniens ab eo quærit, quēdam ad tempus in aciem instructis ordinibus descensurus sit, & quid post die faciendum imperet. Tum conueniens patrem, nuntiat matrem in cubiculo iam quietis se dedisse. iubente autem medico, ne vinum agrotato detur, periculum se facturum inquiens adhibendum hortatur. Et quum vxor e vita discesserit, in sepulchro eius, viri, ac patris etiam & matris, ipsiusque mulieris nomē, & cuius fuerit, inscribit: addit etiā, eos omnes optimos exiitisse. Si quid iureiurando firmaturus est, ad eos qui circumstant conuersus, se ait antē sapius esse iuratum.

DE PRVDENTIA,
SERMO III.

Quæ opus est presens dispice, ne presens Abschyli absis. Quis vitia nouit, non qui multa nouit, sapiens.



Sophoclis. Providentia nullum hominibus natura com-
paratum est emolumentum acquisitu præstan-
tius, nec animo sapiente.

Menædri. Multis fornis dij sophismatum & argu-
tiarum nos illicunt in errorem, præstantiores
cum natura sint.

Etiam si liquido noueris eum, à quo celari
aliquid uolueris, nunquam tamen aperias: pe-
riculosa enim res est, que celata quis velit, istac
sciri à quoquam.

Sophoclis & **Aiace.** Ex talibus certè moribus, haud inquam cõ-
stitui queat ulla lex, si eos qui iure uicerit ex-
pellemus, & posteriores priores faciemus. Tã-
men in his cedendum est. Non enim lati, neque
lati dorsis præditi uiri tutissimi sunt: Sed qui
recte sapiunt, illi ubiuis vincunt. Ceterum in-
gens lateribus bos, à parua tamen scutica re-
ctus riam ingreditur.

Menædri & **Theophot.** Mente præcellens uates erit plurimarum re-
rum, causa, Intelligentia prudens utique fue-
rit restitutionis in meliorem statum.

Sophoclis & **Alete.** Anima quippe beneuola, & que sentiat
quod iustum sit, melior est quouis sophista in-
dagatrix.

Menædri & **Imbrii.** Non est quicquam pater in hominum natu-
ra maius ratione & consilio. Nam componen-
dis & disponendis rebus, & rationem subdu-
cendo commode, unusquisque est princeps, im-
perator, dux populi rursus.

Cõsiliarius qui præstat ratione, omnia habet.
Est quando peccat vel sapiētissimus aliquis. **Menædri.**
Subiiciuntur omnia sapienti.e.

Tu uerò corpus meum imbecillum & mulie-
bre non bene reprehendisti: modo enim sapiã.
Potius id fuerit, quam brachium robustum.

Vt risus est in oculo, ita mens in anima. **Sophoclis.**
Boni uiri est, laborantes iuuare.

Recta prudentia magnus est **Deus.** **Agathonis.**
Non prudentiam, sed fortunam sequi oportet.
Non prudentiam, ut putas, conuicio affecisti.

Quod optimum est, honorari debet ubique. **Cheremo-**
Nam qui rectè sapit, omnia simul cõplectitur. **nis.**

Rectè à me petisti, morem tibi sili geram. **Euripidis.**
Iam enim sapi: & meminisse poteris, parens
que tibi consilia dixerit: si te sub mortem ad-
monuero de rebus bonis, & adolescentibus com-
modis. Sed agè breues, secūdas tamen dicam
sententias. Primum quidem oportet animo
miti & benigno præditum esse.

Diuiti case ne priores partes attribuas: sed
equale omnibus te, pietatisque studiosum ex-
hibeas.

Si duo negotia proponuntur, fac alteri ani-
mum applicans, reliquum oderis.

Non opes iniuste tibi condas, si studes multũ
temporis inhabitare regiam. Præter ius enim
ædes ingressæ, non salutiferæ sunt. Operam tu-
men dato ut possideas. Nam in hoc generositas



est sita. In paupertate verò ignobilitas est, & timiditas, & ignominia vite.

Ceterum amicos, quorū oratio tibi nihil indulgeat, conquire. Qui verò ad gratiam delectandi te causa mali sunt, illos excludant repa gula domus. Conuersationes autē seniles ama.

Breue voluptatis gaudium parit tristitiam.

Nunquā verò fili, in prospero tui imperij statu turpes amores ciuium perseguere. Ferrum enim & laqueos allicit, qui pauperum bonorum liberos affecerit ignominia.

Præterea homines improbos ne promoueas in ciuitate: Nam improbi, sine pecuniis auclī, siue ad aliquem vrbis promoti magistratum, exultant in acibus iniuria fortunatis. Sed porrige manum fili tangendam patri, & vale, pudore motus non admodū amplector te: Mollis enim animus viri non sapientis est.

Eiusdem. Optima suis qui largitur amicis, ille sibi stipit suum incommodum.

Pythago. Inter homines multi mali bonique sermones incidunt: quibus haud absterreatis, neque sinas ab insilituto te dimoueri. Si quis aduersum te mentiat, leniter cedes. Quod verò nunc dicam, vbi que sequi debes. Nemo tibi neque verbis, neq; factis imponat, vt facias dicāsne, quod tibi non consultissimum sit. Quin facito que tibi non obsint, & rationem ante factum inito.

Euripid. *Pelias.* Ne cōtra stimulos imperāt: immo tibi calcitres.

Cum

Cum quis tibi non quod plus est dederit partem, Menandri titulam accipe. Minus enim acceptum multo tibi plus erit, quam nihil.

Robur, & murum, & arma sapienti prudentia præstat.

SENTENTIAE MONOSTICHÆ:

Prudentia bonum semper est quā maximū.

Quis sit vniuersusque, sermone indicat.

Optimum est, honesta cuncta nouisse.

Si recte sapias, per omnia beatus eris.

Tutissimum quod est, idem semper optimum.

Sunt qui cum male sapiant, recte tamen agant.

Experientia enim vincit imperitiam.

Malis aliorum inspectis, sapientior euasi.

Suauius est pater qui prudentior quam iracundior fuerit.

Suauius est, si fortunati sapiant.

Odi sophistam, qui sibi nihil sapit.

Sapere melius est quam silere.

Cum sis prudens, fuge malitiam.

Prudentia præter etatem parit odium.

Nemo mentem tuam nouit, sed facta inspicit.

Non vbi que conueniens locus est prudenti.

Vtile fuerit vbi que vt ne quid agas temere.

Mens est hominibus magnum animi fructum.

Quam nihil est disciplina sine mente.

Indecorū est, prudentē apud imprudētes multū Theognis loqui: Perpetuū autē tacere impossibile est.



Hesiodi in operibus. Optimus ille quidem est, qui sibi cuncta prospicit. Sapiens, quæ in posterum quoque & ad finem potiora sunt. Bonus autem ille est, qui rectè dicenti pareat. At qui nec ipse sibi sapit, nec audita alterius animo verba complectitur, ut prorsus inutilis vir est.

Luciani. Tardum consilium longè præstantius est: præcepta autè semper habet comitem penitentiam.

INCERTI, IN IVVDNEM
prudentem.

In te mentitur verax alioquin Homeri liber, Iuniorum inquiring esse leuia cõsilia virorum.

Pythago. Consule ante opus, ne quid stulti committas. Fac autem ea que tibi nihil obsint, & ante factum delibera.

Assuefac teipsum ut nusquã sis imprudens.

Phocylidis Sapientiam ne iacta, neque vires, neque divitias: Unus Deus est sapiens, potens, & omnifariam diuus.

Eiusdem. Ratio homini telum est acutius ferro. Deus enim unicuique animali arma dedit: aëream naturam avibus, magnam celeritatem roburque leonibus, tauris autem sponte nata cornua, & aculeos apibus, ingenium telum largitus est: At hominibus propugnaculũ est ratio. Est verò optima ratio diuinitus inspiratæ sapientiæ. Vir sapiens robusto præstantior est. Sapientia gubernat agros, & civitates, & naues.

Nec somnum mollibus admittas oculis, priusquam Eiusdem. quam diurnorum operum ter singula æstimaveris. Quæ transi? quid ego? quid opportunum omni? Incipiens autem à primo percense quoque sequentia. Et malis quidem commissis, increpare: bonis autem, delectare.

Asi ego me polliceor thesaurum obtèperantibus diuite auro longè præstantiorem indicaturum. Requirit autem virum laboriosum, qui de gemmis singula promptus experiatur: aueatque laborretque: & qui discat, & à scientibus sciscitetur.

Magis quidem prudētis viri colloquium natus est delectarer, quàm aurum omnium princeps hominum. **Ibidem.**

O diui sapientiæ duces egregiè splendentis **Ibidem.** Audite.

Sapientis est, in malis quoque, ut decet, sapere. Euripid.

Equidem ego & canerem, & dicere aliquid **Hecuba.** cupio sapienter, nihil perturbans vnde egra **Euripidis** civitas laboreat. Misericordes sunt non quidem imperiti vspiam, sed viri sapientes. Non enim damno caret, mentem inesse sapientibus quæ nimum sapit. **Antiope.**

Nunquã laudaveris, priusquam videris, hominis ignoti affectum & animi, atque mores quosnam habeat. Multi adulterino ac furtivo ingenio præditi abscondunt, id animi in diè mutatum simulantes. Horum cuiusque mētē tepus p̄dit. **Theognidis** Ego quoque frequenter meo iudicio falsus sum.



Bianis. Considera, & postea rem agere.
Eiusdem. Aggredere tardus agenda, aggressus age constans.
Theobuli. Obscurorū coniecturā ex euidētibus facito. Socrates aiebat, aut quā rarissimē proceribus, aut quā gratissimē conuiuendum.
Periandri. Ea facito quorum te non pœniteat.
Democriti. Sapientia nihil admirans aut stupens, rebus omnibus digna est, vt omnium preciosissima.
Eiusdem. Vtilium ac inutilium termini sunt, iucundum & iniucundum.
Isocratis ad Demonicū. Fortitudo cum prudentia quidem iuuat, sine ipsa verò magis lædit habentes.
Ibidem. Deliberando, coniecturam de futuris facies ex præteritis.
Ibidem. De rebus tuis consulturus aliquem, vide pri- mum quo pacto res suas administrauerit. Qui enim negotiis propriis male prospicit, nūquam bene consulēt in alienis.
Socratis. Dolor te rectē sapientem procul fugiet. Imitare honestum, & optimus inter homines manebis. Deus lex est, hanc omnino semper cole. Hospes illorum esse debes qui bene sapiunt. Vbi vitam honestā agis, illic mane, & omnia tibi feliciter succedent. In omnibus, quæ decora sunt, obseruata imitare. Seruonem bonum, quem audieris, acceptum tibi serua. Hoc tibi placeat, ne quid indecorum aut petulans committas, vt per omnem vitā tranquillitate fruaris.

vis. Sanitatem deos ora, quando vixeris.
 Deposita apud te iustē reddito.
 Boni gubernatoris est, ventorum se mutatio. Ex Aristonibus accommodare: viri autem sapientis, for- stonyimi To- tune. Navigando gubernatori auscultandum maris. est: viuendo, illi qui plus ratione valet.
 Via eligenda planissima, vita autem iucun- Socratis. dissi- ma. Soli rationi, tanquam cōsultissimo tutori, vt vitam omnem, ita maxime iuuentu- tem credere conuenit. Vita cuiusque moribus apta, minori molestia fertur.
 Socrates interrogatus, quid esset prudentia, anime respondit concinnitas. Idem roganti, quinam prudentes essent, qui non facile aber- rant, dixit.
 Antisthenes interrogatus, quomobrem non opulenti sapientes adirent, sed cōtrā dixit, quoniā sapientes quidem nouerūt quibus rebus ad vitam indigeant, illi verò nesciunt, aliter enim magis sapientia quam pecunie curam gererēt.
 Qui serpentis prudentiam in malis, columbinę sinceritati circa bona miscuerit, is neque prudentiam sine malignam fieri, neque simplicitatem stolidam.
 Rerum omnium alia absolutē quodam modo se habent, vt terra, & cœlum, & astra: alia er- ra nos modo quodam affecta sunt, vt bonum, malum, eligendum, fugiendum, voluptas, do- lor. Vtrumque ratio complectitur. Superioris
 Gregorij Theologi.
 De prudē- tia et sapiē- tia ex libro Plutarchi de morali virtute.



generis scientia est & contemplatio. Ex altero, quod videlicet non respectat, deliberandi facultas oritur. Et agendi huius virtus est prudentia, illius verò sapientia. A sapientia autem differt prudentia in eo, quod à contemplandi genere ad actuum, affectionibusque agitatum, conversione & respectu quodam facto secundum rationem prudentia subsistit. Quapropter prudentia fortuna opus est: Sapientia verò ne consilio quidem eget ad suum finem consequendum, in æternis enim, & eodem modo semper se habentibus versatur. Et quemadmodum Geometria non consultat, utrum triangulus in ternos angulos abeat duobus relictis æquales, sed noui: (Sunt enim cõsilia earum rerum quæ aliàs aliter se habent, non autem firmari atque immutabili.) Sic mens contemplatiua prima stabilia, vnam sempiternamque naturam habetia, nullisque obnoxia mutationibus exercens, à cõsilio capiendi libera est. At prudentiam in rebus errorum ac turbulentiæ plenis immersam, sepe cum fortuitis misceri necesse est, & consultatione in rebus dubiis uti, & ubi consuluerit iam agere irrationali quoque assistente atque presente, & simul à iudiciis tracto.

Dissem.

Nam circa bonum prudentia quadrupliciter se gerit, quum aut adipiscitur bona, aut tuetur, aut adauget, aut prudenter vitatur. Et prudentiæ aliarumque virtutum sunt canones, quibus

quibus ad vtranque vtendum est fortunam.

Porro prudentia quidem non tam corporum Eiusdem ex quàm rerum est inspectio, priusquam ipsas res lib. an vti homo aggrediatur, vt quàm commodissimè eas lus sit preobuias, & quasi incidentes excipiat. Prospici notio futurum enim futura. Siquidem corpus anteriori sororum, lum parte oculis præditum est, posteriori verò omnino cecum. Cogitatio autè præterita quoque memoriæ beneficio conspicit. Hic est enim ille scriba, qui semper intus manet & residet, vt Plato inquit: Hæc est animæ pars siue instrumentum, quod res transeuntes apprehendit, conseruat, sistit, & circulum facit, id quod præterit reflectens, vt cum presenti iungatur, non permitens vt in infinitum abeat, & in natura non consistat, neque cogitione comprehendatur.

Oportet igitur virum, qui admiratione dignus haberi vult, sacrificandi studiosum esse, sibi. non quod sumptuose, sed quod crebro hunc honorem numini tribuat. Illud enim diuitiarum, hoc pietatis signum est. Deinde parentes honestè alere, suamque vitam ad ipsorum voluntatem instituire. Qui enim talis non est, sed nature & ciuitatis leges negligit, vtrumque iustitiæ modum transgressus est. Vxoriam etiam & liberorum honestè ac humaniter habenda est cura. Rependunt enim officia liberi in senectute. Vxor in morbis & quotidiana rei domes-



sticæ administratione beneficium reddet. Quod si cum quopiam contrahendum sit, cum aliquo constante id fieri studendum. Prudentis enim viri est, qui mutuum prudenter dedit, id amicum recipere non, postquam humaniter contractum est, odio se accipere.

Democriti. Prudentia est, futuram iniuriam præcauere: indolentia verò, quod factum est non vitæsi.

Incerti auctoris. E futurorum præfagis providentiâ iubemur inquirere: E medicandi verò simul & præfagiendi arte, restitutionem. Isti enim termini sunt scientiæ medicæ. Ex Musica sensus ex æteli & scitus petendus est. Ex mathematicis verò scientiis discenda est ratiocinatio, & demonstratio eorum circa quæ versantur.

Aristotelis. Aristoteles dixit: Quoniam euentus quidem rerum nostræ voluntati se haudquaquam accommodant, nos certè voluntatem euentibus accommodare oportet.

Eiusdem in lib. de virtutibus. Prudentiæ virtus est rationalis partis, ad scilicet spectantia preparans.

Ibidem. Prudentiæ autem effecta sunt, consilium agitare, discernere bona & mala, & omnia que sunt in vita sequenda & fugienda, honestè uti omnibus bonis, cum aliis rectè versari, præficere occasiones, solerter verbis & rebus uti, experientiam habere vitilium omnium. Memoria autem, peritia, & solertia, vel manant à prudentiâ, vel prudentiæ sunt. afficilæ: aut par-

tim

tim prudentiæ adminicula, vt experientia & memoria: partim tanquam prudentiæ partes, vt consilium & solertia.

Existimandum est scilicetatem non in magnitudine possessionis esse sitam, sed in bono statu animæ. Etenim neque corpus ornatum recte splendida beatam aliquis dixerit: sed quod sanitate fruatur, & bene se habet, licet nihil ex prædictis ei adsit Eodem modo si anima bene sit instituta, ipsam, & hominem huiusmodi scilicet appellare conueniet: non illum verò, cui ornatus foris magnificus nitet, cum ipse nullius sit precij. Quoniam ne equum quidem, licet phaleris aureis & reliquo apparatu precioso ornetur, magni faciemus, si natura malus sit. At illum, qui natura sit generosus, impensius laudamus. Quemadmodum enim ille ridiculus fuerit, qui seruis suis deterior est: ita non minus habendi sunt miseri, quorum possessio maioris est precij, quam ingenium proprium. Atque hoc reuera sic habet. Parit enim, vt pro uerbio dicitur, saturitas ferocitatem: imperitia autem potestati coniuncta, insaniam. Nam quibus male affectus est animus, illis non diuitiæ, non robur, non forma pro bonis sunt: sed quo maius augmentum acceperint, eo pluribus maioribusque damnis possessorem suum mulctant, cuiusque sine prudentia accesserint.



Amblichi Prudentia virtutum princeps est, reliquisque omnibus ritur, atque ipsarumque ordinem, ad modum, & occasionem in presentia, tanquam ex epistola ad Apha oculum quidam mentis vndequeque lucidissimus, ostendit. Generatur ergo hæc primum quidem à sincera perfectaque mente, atque sic genita in ipsam mentem intuetur, à qua perficitur, modumque & exemplar inde sibi pulcherimum omnium suarum actionis habet. Quod si quæ nobis etiam cum Deis intercedit communitas, ea maxime virtutis huius gratia consistit, & per hanc in primis ipsis astimulamur. Huius beneficio bona & utilia, honesta & turpia discernimus, factaque convenientia iudicamus, ac emendamus. Denique ut paucis omniam complectar gubernatrix est hominum, & omnis inter ipsos constitutionis princeps. Civitates quinetiam, & familias, privatamque singulorum vitam ad exemplar divinum referes, qua potest optima similitudine depingit, hoc de let, illud inscribit, retrahique assimilationis modo studens. Merito igitur Deo similes facit sui possessores prudentia.

Periandri. Querenti quid in minimo maximum esset, respondit Periander, bona mens in corpore humano.

Democriti Magna gaudia ex facinorum præclarorum spectaculo nascuntur.

Platonis & Phædro. Corporis amatorem invidum esse necesse est, ita

ita ut amatum cum à multis aliis studiis & conversationibus, iisque utilibus arcendo, ex quibus maxime vir evaderet, ingentis ipsi causa damni sit: tum in primis ab illa disciplina prohibendo, per quam sapientissimus efficeretur, nempe divina philosophia, à qua amator procul abducere amatum compellitur, metuens ne ab eo, si fiat sapientior, contemnatur.

Prudentia & magna vis natura coniungi solent. Semper se mutuo persequuntur, quarum & conveniunt. Eiusdem.

Recordare quod cum homines omnes maximum esse bonum in sapientia situm asserat, tam pauci interim ad possessionem eius amittantur. Pythago.

Socrates philosophus obiurgatus ab uxore Xantippe, quod multa misisset amicis nihil acciperet, dixit: Si omnia que dantur statim acciperemus, ne si peteremus quidem impoterum, ut darent, habituri essemus.

Diogenem quidam amentem vocabat, cui ille: amens quidem non sum, non tamen eandem, quam vos, mentem habeo. Idem in Corintho vendendus, interrogante præcone quidnam calleret, respondit: hominibus imperare. R. si præco, & magnum (dixit) artificium vendi, si quis sibi dominum velit emere.

Prudentius agit, qui sibi cauet priusquam Gai.



malum ingruat, quàm qui malo iam accepto ad accusandum conuertitur.

Dionysii. Cum hospes quidam seorsim se indicaturum ei diceret, quo pacto insidiatores prenoſſo poſſet, narrari ſibi iuſit. Tum ille: Da mihi, inquit, talentum, vt inſidiantium notas callere videaris. Dedit igitur, ſolertiam hominis admiratus.

Chryſippi. Chryſippus Stoicus cogitationem dixit orationis eſſe fontem.

Socratis. Vt qui nauigant ventis ſecundis, instrumenta quoque parata habent, quibus ſe contra tempeſtatem aduerſam muniunt: ita qui cum bona fortuna ſapiunt, etiam ad infortunia ſibi auxilia præparant.

Herod. hiſto. lib. 7. Idem, o rex, meo quidem iudicio, eſſe videtur, vel ingenio ſuo ſapere, vel rectè dicenti obtemperare.

Eiuſdem libro 8. Tu verò cum iam didiceris quantum inuidiam ſuſtinere quàm miſericordiam præſtet, & qualis res ſit parentibus & excellentioribus ſuccenſere, domum abi.

Platonis lib. 12. de legib. folio penultimo. Cum quatuor virtutis ſpecies poſuerimus, liquet ſingulas vnum quiſpiam nominandas eſſe, quamuis ſint quatuor. Quid ita? Sanè hæc omnia vnum appellamus. Fortitudinem enim virtutem eſſe dicimus, prudentiam virtutem, & reliqua duo ſimiliter, quaſi reuera non multa ſint, ſed vnum id ſolum, quod vir-

tus eſt. Omnino quidem. In quantum igitur duo hæc inter ſe differunt, & duo nomina acceperunt, atque alia duo ſimiliter, difficile dictu non eſt. In quantum verò in viriſque vni poſuiſmus, idque virtutem vocauimus, & in duobus reliquis ſimiliter, non ita facile. Quo modo iſtud auſ? Non eſt arduum, quod dico, explanare. Agè ergo interrogandi reſpondendique munus inter nos partiamur. Quo pacto? Interroga tu me, quare vnum appellantes virtutem, duo vtraque ruſum diximus, alterum fortitudinem, alterum verò prudentiam. Cauſam equidem tibi aſſero, quod alterum circa timores verſatur. Vnde belua quoque fortitudinis participes ſunt, & infantium animi. Natura enim quodam modo & ſine ratione animus fortis efficitur: ſed abſque ratione prudens anima & mentis compos nec fuit vnquam, nec eſt, nec erit. Aliud ergo hæc eſt, quam illa. Vera loqueris.

Quo modo amice poſſet quiſquam initio à Eiuſdem. falſa opinione factò, & ne particulam quidem exiguam veritatis adeptus, peruenire tamen propè ad prudentiam? Nullo pacto.

Prudenter facta tanquam in vas inane, alia Socratis. aliis ſuperinſicere oportet.

Prudens vir ad vitam, quaſi viam quandã, Critonis. non precioſius viaticum, ſed quod magis neceſſarium eſt, comparat.



*Cratonis, Prudentia & bona fortuna ita se habent in-
sue Da- uicem. Prudentia res est rationem habens, &
mippi Py- uerbis effabilis, ordinata & definita. Fortuna
thagorici, uerò neque sermone rectè cõprehenditur, neque
ex libro de ratione habet, inordinata omnino ac infinita.
prudencia Illa prior est dignitate, & potetia: hæc utroque
& bona posterior. Solet enim illa gubernare, determi-
fortuna. narèque: hæc uerò regi & terminari. Iunguntur
tamen aliquando, & simul utraque cõueniunt,
prudencia simul & bona fortuna. Ceterum
semper oportet naturã rationale, & que ser-
mone definiri potest, habere quod terminet ac
disponat. Irrationalem autem, & uerbis non
effabilem, habere opus est alteram naturam, à
qua definietur & ordinetur. Eadẽ enim ubi-
que est ratio de infinita & finitè natura. Si-
quidem infinita, ut materia & substantie ra-
tionẽ habentia, terminari & disponi apta sunt
ab aliis ratione & prudentia præditis: quæ cõ
artis efficientis que cause locum habeant, ordi-
nare ac finire cetera solent.*

*Ibidem. Nature quas diximus aliter atque aliter cõ-
iuncte, magnam atque uariam inuictorum dis-
ferentiam constituunt. Nã in uniuerso utrius-
que nature coniunctio, eius inquam que sem-
per mouet, & alterius que semper patitur, mû-
dum efficit: aliter enim rerum uniuersitas sal-
ua manere non posset, nisi genitum & diuinũ,
semper agens, semperque patiens certa ratione
conuenirent.*

*conuenirent. In homine partis irrationalis cum
rationali consensus, uirtus fit. Nam hic quo-
que si partes utrinque dissideant, uirtus consti-
tuitur nequit. In ciuitate, subditorũ ad principes
coniunctio, imperium & concordia parit. Vbi
nimium præstantiores imperat, inferiores pa-
rent: ex utrisque autẽ imperium & concordia
consistunt. Eodem modo ut uniuersum, sic fit
miliam unquamque consensus & disciplina
concordi ratione instituta conseruant. Porro in
uita hominum tristitiam & uoluptatẽ, letam
& tristem fortunã misceri oportet. Opus enim
habet uita, ut nunc remittatur, nunc intenda-
tur, modo mæsta, modo hilaris, iam fortunata,
iam infortunata sit. Nam que nobis aduersa
sunt, animũ contrahunt, ingenique uim cõti-
nent: exoptata, quiete permulcent, & letitia
diffundunt, unde recentior & promptior ad
actiones fit animus. Quod si alterutrum solum
in uita superet, nimium in alteram partem in-
clinabit, aut in tristitiam & molestiam nimis
uergens, aut ad negligentiam & leuitatem.
Debet autẽ omnium harmonia, id est, concin-
na coniunctio pro iudicio prudetie fieri. Hæc
enim est que res definit, ac infinita disponit:
ideoque ceterarũ quoque uirtutũ dux & ma-
ter est. Etenim uirtutes omnes ad prescriptũ
& rationem prudentie constituuntur. Ceterum
hæc ad infinitum mei pbationẽ sunt dicta sunt.*



quibus efficitur, rebus in omnibus naturam irrationalem & ratione præditam inesse, quarum illa determinatur & finitur, hæc autem terminatur & desinit: at quod ex utraque constat, totius & uniuersi harmonia est.

Archyle Vir prudens hoc maxime pacto nascetur. Primum nactus sit oportet ingenium solers, memor, & laboriosum. Deinde statim à puero de viro boni animi exerceat, ratiocinetur, circa mathematica, exactas speculationes & rectam philosophiam versetur. Postea de diis, & legibus, & vitis hominum experientia indispiscatur. Duo enim sunt, quæ prudentis habitum gignunt: quorum alterum est, ut mens disciplinis & cognitione sit munita: alterum, spectacula & negotia multa, quæ partim ipsum & unumquemque spectasse oportet, partim alio modo percepisse.

Nam neque ut qui mox ab incunabulis rationibus, disciplinis, ac exquisitis contemplationibus animum exercitauerit, ad prudentiam sat idoneus est: neque ille, qui iam dictorum quidem nihil consecutus, sed in multis aliis historiis & rebus experiundo versatus est. Prior enim ad singularia perpendenda cæcum habet animum.

Alter in uniuersalem contemplatione nihil videt. Quemadmodum enim aliquis computando partibus coniunctis, totum ex ipsis resultans colligere potest: ita in rebus quoque ratio quidem speculationem uniuersalem delineat, experien-

tia

tia verò singularia indicat.

Nullus qui pecunias & voluptates & gloriam amat, philanthropos, id est humanus dicitur Epicleti. potest, sed solus ille qui honesta amat.

Quemadmodum nolles in magna pulchraque: Eiusdem. nauis, & onusta auro nauigans submergi, sic etiam non desiderare debes, in ampla magnificaque domo sedens curis obrui.

DEMETRII PHALEREI SEPTEM SAPIENTIUM APOPHTHEGMATA. Cleobulus Euagore Lyndius dixit.

Modus optimus. Genitorem oportet reuereri. Bene habere corpore simul & anima, curandum est. Libenter audire quidem oportet, non quæuis tamen temere. Præstat multa discens studiosum esse, quam rudem. Linguam bene ominantem, non maledicam habere conuenit. Virtus est proprium iniusticiam odisse, pietatem custodire, civibus optima queque consulere. Linguam continere. Per vinum nihil agere. Liberos erudire. Inimicitias dissolvere. Populi inimicum, hostem existimare.

Cum uxore neque lites, neque blanditias, præsentibus aliis exercere conuenit: hoc enim stulti viri, illud autem insani signum est. Famulos ebrios ne castigaueris: sin minus, ebrius etiam ipse videberis. Uxorem duc ex equalibus. Si



enim ex superiori familia duxeris, non affines tibi, sed dominos comparabis. Ne cum subsamante alios temere videas: inuisus enim sis illis, quibus illuditur. In diuite fortuna ne superbias. Pauper, non animo deiciaris.

2. SOLON EXECESTIDAE
filius, Atheniensis dixit:

Ne quid nimis. Non sedebis iudex: sin minus, damnato inimicus sis. Voluptatem fuge, parit enim tristitiam. Morum probitatem serua vel inuicuriā fide digniorem. Sermonem quidem ob signa silentio, Silentium autem temporis occasione. Non mentiere, sed verum dices. Seria meditare. Parentibus iustiora dicere non conator. Amicos non cito comparabis: quos autem comparaueris, non statim reuicies. Parere cum didiceris, imperare scies. Quam alii penam prescripseris, tu quoque sustineto. Cuius non suauissima, sed optima consules. Non eris audax, vel arrogans. Malis ne conuersator. Consule deos. Amicos cole. Quod noueris, aut videris, non statim dic. Parentes reuerere. Mentem tibi ducem prescife. Sciens tace. Mansuetus sis in tuos. De rebus ignotis per notas & euidentes coniecturam fac.

3. CHILON FILIUS PAGETIS
aut Damageti Lacedæmonius dixit:

Nosce teipsum. Inter pocula non multum loquere, delinques enim. Liberis hominibus non mimitare: neque enim decet. Ne sis male dicitus in proximos: sin minus, audies que tibi molesta erunt. Ad amicorum conuiuia tardus accedas, ad calamitates autem cito. Nuptias frugaliter celebra. Bene ominare de homine mortuo. Natu maiorem reuerere. Curiosum in alienis, oderis. Lactura turpi lucro preferenda. Calamitosum non iriseris. Si robustus es, tranquillus esto, vt reliqui se vereantur potius quam metuant. Domum tuam gubernata. Fac ne lingua tibi mentem precurret. Iracundia moderare. Impossibilia non desideres.

In via non accelereis pergendo, neque manum moueas: insipientis enim indicium est. Legibus obtempera. Affectus iniuria reconcilia-re: contumeliam vero vilesere.

4. PITTACVS MITYLENÆVS

Sponde, noxa prestō est. Amicorum tum presentium, tum absentium memineris. Faciem reddere nitidam & speciosam nō laborabis, sed in actionibus studisq; tuis pulcher esto. Ne sis diues improbe. Ne te fama calamitatur erga eos, quibus astrictus es fide. Adulari parentibus non dubita. Malis non ad-



mitte. Quæ tu contuleris in parentes, talia profus à tuis liberis expecta. Difficile bonum cognoscere. Snavissimum est desiderio potiri. Molesta res est ociuum. Intemperantiâ malum est. Imperitiâ, res est intolerabilis.

Doce ac discce meliora. Ocius ne fueris, ne si locuples quidem fueris. Felicitatem tuam celato. Fac ne declinans invidiam, miserabilis fias. Modum adhibe. Non omnibus crede. Cum imperas, rege teipsum.

S. THALES MILESIVS.

Nosce tempus. Quod facturus es, ne prædixeris: frustratus enim spe, irrideberis. Amicus vtere. Quæ tu egre fers in proximo, ea ipse ne feceris. Infortunato ne quid exprobes: in his enim deorum vindicta sedet. Deposita redde.

Sustine quas proximi paruas molestias intulerint. Ama proximum. Si parum tibi decedat, non statim amico conuiceris, neq; inimico bene preceris: hoc enim rationi aduersatur.

Difficile est perspicere futura. Quod præterit certum est, futurum vero obscurum.

Fida est terra; infidum mare. Inexplabile lucrum. Honestatem acquire. Obsequium quere. Amato disciplinam, Temperantiam, prudentiam, veritatem, fidem, experientiam, dexteritatem, societatem, diligentiam, æconomiam, artem, pietatem.

G. BIAS TEVTAMIDÆ.

filius Priennis.

Plurimi hominum improbi sunt. Teipso prius inspecto, ad agendum aliquid accingi oportet: Et si pulcher videaris, pulchra facito: sin deformis, naturæ defectum morum pulchritudine pensato. Honestatem exerce. Serio aggredere: quod autem cæperis, constanter absolue. Celeritatem in loquendo oderis, ne aberres: sequitur enim pœnitentia. Neque simplex sis, neq; malignus. Imprudentiâ non admitte.

Dilige prudentiam. Deos esse nunquam non dicito. Considera faciendum. Audi multa, loquere tempestiua. Si pauper sis, diuites non reprehede, nisi magna sit utilitas. Virum indignum, propter opes ne laudaris: persuasionem cape, non vi. Cum quid bonum feceris, causam non tibi, sed diis ascribe. Compara in adolescentia quidem bonam fortunam, in senectute vero sapientiã. Curandum est, ut habeas in factis memoriã, in tempore cautionem, in moribus ingenuitatem, in labore patientiam, in metu cautionem, in diuitiis amicitiam, in oratione persuasionem in silentio decorum, in inente iustitiam, in audacia fortitudinem, in actione potentiam, in gloria principatum, in natura ingenuitatem.

7. PERIANDER CYPSELI
filius Corinthius dixit:

Rem omnem considera. Bona res quies.
Periculosa temeritas. Lucrum turpe, accusatio nature est. Imperium populare, melius est tyrannide. Voluptates quidem mortales sunt, virtutes autem immortales. In dextra quidem fortuna moderatus esto: sinistra autem prudens. Flominem parcum mori satius est, quam viuum indigere. Cōpara te, vt dignus sis parētibus. Da operam, vt viuens quidem laudabilis, defunctus autē beatus existimeris.
Amicus in leta pariter & trīsti fortuna eūdem teipsum exhibe. Si quid mali promiseris inuitus, trāsgredere. Sermones arcanos ne prodideris. ita conuitiare, tāquam breui futurus amicus. Legibus quidem vtitor antiquis, obsonis autem recentibus. Non modo peccantes castiga, sed peccaturos etiam prohibe. Infortunium tuum celato, ne gaudio inimicos afficias.

SOSIADIS SEPTEM SAPIENTUM CONSILIA.

Sequere Deum. Pareto legi. Cole deos. Reuerere parētes. Pro iusto etiam vinci sustine. Cognosce, postquā didiceris. Cum audieris, intellige. Nosce teipsum. Ducturus vxore, opportunitatē cognosce. Mortalia sapito.

pito. Hospes cū es, agnosce. Focum honora. Iuramēto abstine. Impera tibiipsi. Succurre amicis. Amicitiam dilige. Discipline incumbere. Gloriam sectare. Aemulare sapientiam. Quod pulchrum est, pulchrē dicitō. Nemine vitupera. Lauda virtutē. Fac quæ iusta sunt. Amicis esto beneuolus. Inimicos vlciscere. Ingenuitatē exerce. Abstine malitia. Esto cōmunis. Propria custodi. Alienis abstine. Verbis bene ominare. Audi omnia. Gratificare amico. Ne gdnimis. Pace tēpori. Prospice futurū. Inuiriā oderis. Famulos reuerere. Filios erudito. Si quid habes, alius gratificare. Dolū metue. Benedic omnibus. Philosophus esto. Quod bonum & equum est, iudica. Vbi cognoueris rem, actioni incumbere. Abstine cade. Opera possibilis. Vtere sapientibus. Ingenium & mores explora. Quod accepisti, restitue. De nemine suspicare. Vtitor arte. Daturus non differes. Beneficia honorato. Inuideto nulli. Posside iure. Honora bonos. Iudicem nosce. Nuptias admite. Fortunam ne neges. Sponsonem fuge. Colloquere omnibus. Vtere similibus. Sumptus facere ne differ. Acquisitis gaude. Verecundiam cole. Gratiās refer. Bonam fortunam optes. Fortunam dilige. Audiens vide. Labora pro rebus quæ acquiri possunt. Contentio-



nem oderis. Opprobrium detestare. Linguam cohibe. Iniuriam repelle. Iudica iuste. Vere pecunijs. Muneribus incorruptus res examina. Incusa presentia. Diescens. Vim non facias. Viue iucundè. Conuersare mansuetè. Finem captis intrepidus impone. Omnibus esto benignus. Filijs non confides. Impera lingue. Benefac tibi ipsi.

Affabilis esto. Responde in tempore.

Labora cum iustitia. Ea fac, quorum te non poeniteat. Peccans poenitudine afficiaris.

Oculo moderare. Consule utilia. Absolve cito. Amicitiam custodi. Sis gratus. Concordiam sequere. Arcanum non profer. Potentius time. Venare utile. Occasionem expecta. Inimicitias dissolue. Senectutè expecta. De viribus ne glorieris. Benedicentiam vsurpa. Simultatem fuge. Diuitias possideto iure. Gloriam non desere.

Maliuà habeat odi. Discèdo non desatigeris. Periclitare prudenter. Ea quibus gaudes ne desere. Oracula admirare. Dilige eos quos alij. Absentem impugnes. Maiorè te natu reuerere. iuniorè doce. Diuitijs non cõfide. Verere te ipsum. Iniurius esse ne cæperis. Maiores tuos corona. Pro patria mortem oppetas. Non pugna aduersus vitã. De mortuo non riseris. Cum infelice condolet.

Gratificare citra iacturã. Nõ quauis de cau

sa triseris, Ex ingenuis prolem suscipe. Neminipromitte. Ne fueris iniquus in defunctos. Suscipe beneficia, tanquam mortalis.

Fortune ne credas. Modestus esto in pueritia, & adolescens quidem sis temperans, vigente etate iustus, senex autem prudens. Moriari absque tristitia.

Quoruncumq; sermones audiui, nullus è vsq; Heracliti. peruenit vt intelligat sapientiam quiddã esse a rebus omnibus separatam. Homo solitarius, aut deus est, aut bellua. Imperitiam celare melius est, quam in medium proferre. Homini-bus omnia que volunt contingere, non bonum est. Morbum sanitas excipit, iucunda res: & bona: famè satietas, laborem quies. Temperantia maxima virtus est, & sapientia rerum dicere, & facere secundum naturam intelligentes. Sapere omnibus est commune. Cordatè loquentes re quadam omnibus communi confirmare oportet. Quemadmodum lege ciuitas confirmatur: Fouentur enim omnes humane leges ab vna diuina, que quidem tantum potest, quantum liber, & sufficit omnibus, atque etiam superat.

Anime ratio auget ipsa seipsum. Oportet in vita tãquam in fabula quadam, primas dicendi partes obtinere non ditissimum, sed prudentissimum. Pulchrum est in foco quidem ignem conspici splendendum, in felicitate



te autem animum. Oportet, sicut ex ciuitate qua bonis legibus administratur, seditiosum hominem expellere: sic ex animo, quem saluum uoluerimus, mentem ad mala inclinatam.

Platonis in
Gorgia. Multis quidem artes insunt hominibus ex peritiis, peritiè adiuuentis. Peritia enim efficit, ut uita nostra per artem incedat: imperitia uero ut per fortunam temerè circumuagetur. Illarum artium alij alias & alias, aliter atq; aliter consequuntur, optimas uero optimi.

Eiusdè in
Sophista. Tu uero per deos o puer fieri hoc posse putas? Fortè enim uos iuuenes acutius hoc inspicitis, senes uero nos obtusius. Quid istud, & quale? Neque enim quod nunc queris, intelligo. Quarebam utrum homo quispiam scire omnia possit. Beatum profecto hospes genus nostrum esset.

Socratis. Nec equo sine fræno, neq; diuitiis sine ratione tuò quis uti poterit.

Vita instar organi musici, dum intètionè & remissione sibi concinna redditur, suauior fit. Laudandum est, quod secundum artem fit.

Platonis. Maxima hæc esse cura debet, ut unusquisq; nostrum posthabitis alijs studijs, huius in primis imitatore & discipulum se faciat, sicut de discere & inuenire queat, quo pacto bonam uitam à mala discernendi potens sciensq; semper optima, quoad eius fieri licet, ubiq; feligat.

Eiusdè in
r sum
Placet etiam quod dicis, melius esse multo,

usum eius rei prætermittere, qua quis rectè uti Clitophorè nequeat. Itaque illi qui oculis, auribus, toto corpore nescit uti, præstare neque uidere, neque audire, neque uullo modo uti corpore, quam uti. Si militet & in artibus. Quicumque enim lyra propria uti nescit, patet ut ipse aus, quòd neque alterius lyra scit uti: & qui aliena nescit uti, nescit & sua. Eademq; est de cæteris instrumentètis & possessionibus ratio. Atque eò tandem præclare tibi sermo procedit, ut inferas, qui nescit anima uti, præstare huic, ut otium agat anima, neque uiuat, quam ut uiuat, & sui iuris in agendo ipse sit. Quem, si qua necessitas cogit uiuere, melius huic esse, ut seruus uitam ducat, quam liber.

Dicemus igitur, plures ab eo quod est optimè Eiusdè in aberrare, utpote qui opinioni absq; mente ut Alcibiaplurimum consenserint? Planè dicemus. Prodest igitur multis, neque nosse quicquam, neque putare se noscere: siquidem promptiores erunt ad illa efficienda, que uel noscunt, uel cognoscere opinantur. Agentes autem, sibi nocentur crebrius, quam conferent. Verissima loqueris. Cù ergo dicebam, reliquas omnes scientias: si absit scientia optimi, obesse sepeius, quam prodesse illas habenti, num rectè loqui tunc tibi uidebar?

Etsi tunc minimè, nunc saltem o Socrates. Oportet itaque ciuitatem, & animam que rectè uictura sit, hanc proculdubio còplecti sci-



tiam. Quemadmodū qui ægrotat, medicū: & qui prospere nauigare vult, gubernatorem.

Ex definitionib; Platonis inscriptis. Prudentia facultas est, per se hominis felicitatem efficiens. Affectio, quid agendum quid non. Scientia bonorum & malorum. Scientia felicitatis effectrix.

Dionis ex libro de ab amicis, et vocamus, et notis, et cognatis. credendo. Compertum ne tibi est damnā alicuius iam datum ab inimicis? Quid ni verò? Etiamne non temere ab amicis, ut vocamus, & notis, & cognatis. atq; ad eō coniunctissimis, nempe fratribus, aut liberis, aut patribus? Fateor. Quid igitur cause esse dicemus, cur non modo hostes hostibus noceant, sed amici etiam amicis, & quidem se penumero, & inter summas necessitudines?

Quid enim, nisi improbitatem, que, nisi fallor, effecit, ut ipsi sibi homines detrimentosi sint. Est igitur ab amicis cavendum, siue benevolentie, siue consuetudinis, siue sanguinis fuerit coniunctio? Sanè est, ut hæc euincit oratio. Ergo re Elè scripsit huius versus autor: Esto sobrius, ac memento nulli temerè credere. Fieri sanè potest, ut rectè, & c.

Epicharmi. Esto sobrius, memòrque diffidere: hi sapientie nerui sunt & artus.

DE SAPIENTIA QUÆDAM
scorsim: quanquam & in prudentia
superius sapientie vocabulo, vsus,
vel abusus sit Stobæus.

Ratio que in rebus versatur agēdis, affectuū Plutarchi commotionem moderans, virtutes morū in par ex libr. de te animi experte rationis constituit, inter ceteros mortali virtutes cessum atque defectum mediū obtinentes locum sapientiam. Non tamen omnem virtutem in mediocritate inesse, dicendum est: sed est quedam irrationalis anime partis minimè indiga, in parte constantiq; mente constituta sapientia videtur virtutes. Licet atque prudentia, si apte natura perfecta, tem de pris prestantiæque rationis & summitas ac virtutis, dentia.

qua summa diuinitas scientie atque beatitudo intenditur. Hæc verò corporis gratia necessaria, & affectuum & commotionum egens, quibus tanquam instrumentis & ministeriis ad res agēdas utatur irrationalis animi haudquaquam existens interitus, nec extinctio: ordo atque modus, sua quidem vi & ipsa qualitate summitas est, quantitate verò mediocritas circumcidens, & amputans quod redundat & deest.

Aristotelis mos est eandem scientiam & sapientie nomine appellare, & prime philosophie, & metaphysicorum, & theologice.

Aristippus Cyrenensis philosophus adolescentibus hortabatur, huiusmodi vaticina cōpararent: que naufragos enatantes sequerentur.

EXISTIMATIONES DE SAPIENTE & SAPIENTIA.



Aristote. Primum itaq; existimamus sapientem omnia scire, maxime quo ad fieri potest, non per sua in proœmio *Metaphy.* gula scientiam ipsorum habentem. Deinde sapientem eum esse putamus, qui difficilia homini, non facilia cognitu, cognoscere potest. Sentire enim omnibus est commune, quapropter facile & haud sapiens est. Præterea magis exactius magisque habilem ad principia tradenda, causasq; doctrina sapientiore esse, circa scientiam quamlibet arbitramur. Scientiam etiam eam quæ sui causa, sciendique gratia est expetibilis, magis sanè eam quæ est euentus gratia, sapientiam esse censemus. Et magis principem itidè, magis quam subministrantem. Non enim præcepta sapientum suscipere, sed præcipere: nec hinc alijs, sed huic minus sapientem obtemperare conuenit. Quæ igitur de sapientibus & sapientia persuasi sumus, tot & talia sunt. Horum autem primū, omnia inquam scire, ei competit necessario, qui maxime scientiam habet vniuersalem. Iste namq; scit, quodam modo, quomodo se habent vniuersa subiecta. Ferè autem & ea sunt hominibus difficilissima cognitu, quæ maxime vniuersalia sunt. Longissime namq; à sensibus distant. Exactissime præterea scientiarum eæ sunt, quæ primorum maximè sunt. etenim quæ ex paucioribus accipiuntur, exactiores iis sunt quæ ex additione sumuntur, quo pacto arithmetica exactiorè esse geometria cõstat. & c.

Non esse autem effectricem, ex iis etiam qui *Et paulo,* philosophati sunt, patet. Ob admirandos enim post homines & nunc & primò philosophari cœperunt, principid quidem facilia mirabilium admirantes, deinde paulatim sic procedentes, & de maioribus dubitantes, vt de lune ac solis affectibus, de stellis, de ortu etiam vniuersi. Qui verò dubitat, & admiratur, is ignorare se arbitratur. Quapropter & fabularum amator philosophus quodam modo esse videtur. ex mirabilibus enim fabula constat. Quare si vt ignorantiam suggerent, philosophati sunt, patet, ob cognitionem, & non vsus cuiusquam gratia, scientiam illos esse sequutos. Testimonio est id quod euenit. Cum enim omnia necessaria ad facile, cum voluptatè que viuendum adessent: quæritalis prudentia caput. Quo patet, ob nullà aliã utilitatem nos ipsam querere, sed vt hominem eum liberum esse dicimus, qui sui ipsius est gratia, non ob alium: sic & ipsam solam scientiarum liberam esse. Est enim hæc sui ipsius gratia sola. (& quæ sequuntur: vbi diuinam quoque ipsam, & omnium pretiosissimam esse adstruit.)

Bias dixit: Qui sapientiæ vacant inani, noctuæ sunt similes oculis. Huius enim oculi noctu quidem valent, sole autem splendente cæcutiunt. Et illorum mens arctissima quidem est in vanitate contemplanda: ad veri autè lumi-

Gregory
theolog.

nis obiectum motum obscuratur.

Non equidem illum sapientem iudico, cuius oratio sapiens videtur: neque illum cuius lingua volubilis est, mens autem inconstans. Et imperita: sed qui diu pauca de virtute verba facit: multa interim re ipsa & opere declarat, & verbis suis autoritatē vitæ honestate cōciliat.

Periander

Sapientibus vitæ.

Pauli Silē
tarij.

Non vita per se iucunda est, sed expectorare curas, ex animo canicium inducēs, Opes qui dem mediocres opto. Superflua enim insaniens auri cupidine cura semper animū excedit. Hinc fit, ut inter homines meliorē sepe inuenias, & paupertatem diuitiis, & mortem vitæ. Huius cognitis, animi vias dirige, oculis vitam insperem fixis, nempe sapientiam.

SENTENTIAE SINGVLIS
versibus absolutæ.

Menædri.

Nulla possessio preciosior est sapientia. Sapientia enim est, & discere quod nescis. Sapientē apud virū primum inuēta est ratio. Sapiēs enim nullus est, qui i omnibus offēdit. Sapientia diuitiis possessio preciosior est. Sapientes autem occultant propria dāmma. Sapiente à viro oportet sapiens quid discere. Optimum est honesta omnia scire.

DE IMPRVDENTIA,
SERMO IIII.

NUNQUAM imperitis hominibus in Phocylides
iudicium permittas. Sapiens sapientiam dirigit, & artes earundem peritus: Rudis audiens magnam eruditionem non capit. Nihil enim intelligunt, qui nunquam bona didicere.

Cognosces autem, homines habere spontanea
dāmma. Eiusdem.

Miseri, qui propinqua bona non cōspiciūt, neque audiunt. Sed per pauci malorū solutionem animaduertunt.

Nulla prorsus hominibus prudentiam curam
dā est cupido: sed statim venerandam scientiā contemunt. Orphei in
prefatione
de lapidib.Ah miseri, qui sapientiam, rem utilissimam
Ibidem.
contumeliose spernunt.

Vulgus hominum simile feris, indoctūmque
Ibidem.
mentis indigentia diuinæ, neque ad consilium diuinum splendens mortalibus fugit ex malitia. Neque diuinum aliquod opus vlla admiratione dignum nouit: sed nubes precordiū ipforum atra undique circumposita, progredi floridum virtutis in pratium, fertigerūque inuidet.

Mali viri est, imprudenter agere & loqui. Pythag.
Quin ista facito, quæ tibi non in posterum molestæ sint: Nihil autem illorum age, quæ ignoras: sed discere, quæcumque oportet: sic enim iucundissime viues.



Sophoclis. Quibus est aduersa fortuna, non surdi solum sunt, sed ne videntes quidem res conspicuas vident.

Euripidis. Quod ignarus sis eorum in quibus peccas, Id vero magnum est tibi temeritatis & audacia incitamentum.

Hesiodi. Imprudens est, quisquis prestantioribus certare vult: Et victoria priuatur, & dedecore sit pra dolorem afficitur.

Menandri. Amentia hominibus spontaneum est infortunium.

Sophoclis. Quam intractabile malum est inscitia. Quid tibi es iniurius animum tuum in culpa faciens?

Menandri. Nemo rem, dum peccat, cognoscit: sed quanta sit peccati magnitudo, postmodum videt.

Ibidem. Graue est peccata huiusmodi committere, quælia qui admiserunt, vel nominare verentur.

Euripidis. Multi mortalium per audaciam suas calamitates obtegere volunt, & celare mala.

Eiusdem Me tusis. Non sapit ille, qui in metu quidem infirmus est, animo autem paululum collecto, nimium est arrogans.

Eiusdem. De malo principio malus finis exit.

Aeolo. Defuncta iacebis. Nullamquam in posterum

Sapphus. tui memoria erit. Non enim participas rosis & ad mulierem Pieria: Quin obscura ad Orcum ibis, neque te

indoctam. quisquam videbit puellam euanidos reliquisse manes, aut ab inferis euolasse.

Res

Res mihi caeca videtur imprudentia. Menandri. Non viuunt illi, qui nihil sapiens intelligunt. Charemo. Prius alios spernere, quam recte sapere didicisti. Eiusdem.

Non decet mores nimium esse leues. Nullus enim ubi iam videt se lapsus, bene sibi consultasse videtur. Eiusdem.

Ne homo fortunatus, sed imprudens, omni est graue. Aeschyli.

Porro stultitia maximè soror est malitiæ. Sophoclis. Qui cum imperito sapienter loquitur, non bene loqui videbitur. Eiusdem.

Hæc animi leuitas & precipitatio in magnam calamitatem detrudit homines. Eiusdem.

Mala hominum omnia pontus abluat, At illa pariter in supersticiosos ingruunt. Eiusdem.

Sæpe etiam stultus fuit opportuna locutus. Eiusdem in

Optimus ille quidem fuerit, quicumque sibi Phrygiis omnia consuluerit, animaduertens ea, quæ deinceps, ac in fine meliora sunt. Hesiodi.

ille est, qui bene dicenti obtemperat. Qui vero neque sibi sapit, neque ab aliis audita animo recondit, hic sanè vir est inutilis.

Imprudentes homines, bonum manibus tenentes, non agnoscunt, antequam amittant. Sophocles & Aiace.

Consilio enim nihil peius est malo. Eiusdem in

Stultus enim stulta dicit. Minime imperitus homo inimicus fugiendus est. Sed con-

cedendum sapientibus & bene educatis. Eiusdem in Hercule furenti.



Theognidis Quicumque nihili æstimat alium, se que putat solum consilia varia nosse, desipit, atque bonæ mentis est expertus. Omnes enim ex equo varia scimus. Sed huic non libitum est astutias sequi: illi vero cæcilitas præ cæteris est cordi.

Menædri. Stultitia mihi manifesta videtur, intelligere quidem que oportet, non autem cauere ea.

Euripidis. Si quis in bona fortuna, & hominum benevolentia sortem querit præsentem meliorem, hic mala querit.

Eiusdem. Non potero replere pertusum animi, sapientes sermones homini stulto infundens.

Eiusdem. Hoc velim scire, etsi te latuerit antehac, & malitia magnæ sorsum sit imperitiæ.

Eiusdem. Alexædra: Infelix es ô princeps, qua parte te vincere oportebat: qua vero nõ felix es. Seruorum enim multitudini concedis, liberis vero minime.

Eupolidis. Age spectatores pluribus audite, & intelligite rem, ad vos enim reuera causæ nostræ dictionem eloquar. Nam cum peregrinos poetas audiuissetis, statim sapientes ipsos esse asseritis. Si quis vero nostratum nihil illis sapientia inferior, aggrediatur poemam, omnino desipere iudicatur. Quis vero insanit, & mæte non cõstat, ut vos clamatis. Sed agite mihi audite, & moribus planè immutatis, si quis è vestratibus musica delectetur iuniorum, non inuideat.

Rhiani. Omnes profectò erramus animis homines, &

& lance deorum distributa diuersa dona ferimus pectore insipientem. Nam qui victus inops fuerit, is grauem diis culpã impingit, mæstus: virtutem verò suam, animumque negligit: nec dicere quicquã fortiter, neque facere, præ timore audet, vbi viri locupletes adsuerint: Sed animum eius absumunt pudor & mæror. At qui secundã fortunam, & opes à Deo collatas habuerit, & regnum in multos: hic obliuiscitur, quòd telluri pedibus insistat, & mortales ei sint parentes: Sed arrogans, & animo peccans, Instar Iouis tonat, & caput supra ceruicem tollit: quamuis paruus homo, pulchrisque decoram cubitis Mineruam ambis. Denique: viam ubique requirit ad Olympum, ut numeratus inter deos epulis iungatur eorum. Ast Aleleuibus adcurrès pedibus, in vertice capitis insperata, nullique visa iam quidem vetulis ipsa iuuenili forma, iam verò contra iuuenibus semili insistit facie fraudulenter, Ioui deo terribili, & iustitiæ gratum faciens.

Non est quicquã audacius, quam imperitiæ. Menædri.
Miser, nimirum valde deplorat postmodum Hesiodi.
calamitatè suam lugens, quæ nõ renocabilis est.

Hac parte videlicet omnia laborant hominum negotia, cum remedia malis mala statuunt. Sophocles.

Hoc verò dolendum est, si cum res seruat se Eiusdem.
rectè institui, sua quis culpa sibi damnum comparat.



Menædri. Qui non bene fert, quæ in vita contingere sibi bona, stolidus est, non beatus.

Eiusdem i Theopulcia. Nullus peccâdi satis magnus est pretextus. Si quis mente sibi non constat, hic rectè quicquam neque audit, neque videt.

Phileno. Mentis est videre, mentis audire. Sed quomodo viderent sapientiam, licet propinquam, viri, quorum mentem lutum replent, & siccæ difficilis elui?

Asinus lyram suis audiebat buccinam.

Teognidis. Multos viros satietas perdidit insipientes. Vel parum enim intelligere difficile est, cum externa bona affluunt.

Rhegini *Vt solare lumen imbecillus & impotens vis* sermone de *suis aspiciere nequit: ita veritatem, idque multo magis, infirma mens & inualida conspectare non potest.*

Corneliani *Magna hæc & grauiâ facinora, de se ipsa* contra *Cæte confitebatur. Hoc enim solum in ipsorum* **Beronien.** *voluntate boni erat, quod malum est maximum, nempe quod improbè facta ab ipsis, audacter eloquerentur.*

Isocratis i *Non sum nescius, quod magna pars eorum* **Buſiride.** *qui aliqua de re mouentur, non suam utilitatem spectant: sed eo molestius, quæ dicuntur, accipiunt, quanto quis diligentius errata ipsorum examinat.*

Platonis i *In primis verò cauendum ne id nobis accidat.* **Phedone.** *Quid nam, inquam, Ne rationum, inquit, ofores*

ofores euadant, quem admodum nonnulli hominum ofores sunt. Nullum enim maius quam hoc malum nobis posset accidere, videlicet si rationes odio habuerimus. Fit autem eodem pacto odium & aduersus rationes, & aduersus homines. Odium quidem contra homines tunc maxime subit, quando alicui nimium creditus absque arte, putamusque ipsum omnino verum & sincerum fidumque virum esse, deinde verò mox prauum insidumque deprehendimus, rursusque alium eodem pacto. Itaque quando quis sæpius offensus ita decipitur, præsertim ab iis quos præcipuè familiarissimos amicitiosissimisque existimabat, odit tandem plurimum vniuersos, putatque nihil omnino apud quemquam esse sincerum. An te latuit id ita accidere consensuisse? Animaduerti equidem, inquam. An non turpiter, inquit, & absque humanarum rerum arte hic aggreditur hominibus rti? si enim ex arte rti studeret, cogitaret rti que rem ipsam ita se, vt habeat, habere, videlicet homines vehementer bonos aut malos, per paucos esse, medios verò plurimos.

Periclitator enim in presentia, ne me non vt Eiusdem, philosophum geram sed vt contentiosum atque ibidem, pertinacem, quod quidam homines à disciplina alienissimi facere solent. Illi enim vbi aliqua de re ambigitur, non vt res ipsa, de qua agitur, se habeat, curant: sed vt, quæ posue-



runt ipsi, presentibus videantur vera, obmixtè contendunt.

Demosthe. Demosthenes rhetor cum ridisset ineptum quendam demagogum, id est benevolentie popularis audium, magna voce concionantem, dixit: Non magna res statim bona est, sed bona statim est magna.

Crates. Crates stultos homines terebris comparabat, quòd nisi vinculis & aliàs coacti officii suum non faciunt.

Democriti. E bona mala nascuntur hominibus: si quib bona non recta ratione regere, neque facile ferre nouerunt.

Bion. Bion grammaticus aiebat errores Vlysius inquirentes, non animaduertere suos, neque videre, quod eodem, ut ille, modo errent, cum labores multos inutiles exhauriunt.

Platonis & Clitophôte. Et cum inquis eos, qui corpus exercent, negligunt animam, diuersum quiddam faceret: nempe principem partem neglectam finire, subiectam verò excolere.

Heracliti. Mali sunt etiam oculi, & aures stultorum hominum, qui barbaros habent animos.

Isocratis. Timidus quidem patriam, ambitiosus verò substantiam paternam deserit.

Socratis. Fugitiui, etsi nullo persequente, sibi metuumt: insipientes autem licet nihil aduersetur ipsis fortuna, perturbantur. Stulti temulenti debacchantur, aduersante fortuna insanunt.

Neque

Neque musices ignari instrumenta concinnare, neque indocti infortunia sibi accommodare possunt.

Indoctorum vita, tanquam histrio, multa fastus & arrogantia gerit indumenta.

Stultus sicut infantibus, vicunque leuis occasio satis est ad luctum.

Errant peregrini in viis, in rebus imperitis & rudes.

Idem est languenti onus imposuisse, & indocto bonam fortunam.

Neque nauigantes prater loci commoditatè appellere tutum est, neque viuentes prater legem vitam agere, periculo vacat.

Proteus quidem formam, imperitus verò animum vbique mutat & variat.

Multos ut in morbis, ita etià in successu fortune còuersantium multitudo afficit molestia.

Philippus Athenienses comparabat stultis quibusdam quæ nihil aliud quam os habent, & magna pudenda.

Demades tibiis similes esse dicebat Athenienses, quòd adempta lingua nihil residui rationis haberent.

Theocritus ad ludimagistrum quendam male pronuntiantem accedens, rogauit. Qui sit, quod Geometriam non doceas? Is cum respondisset, Quoniam ignoro. Quid tum? dixit: nam egere quoque nescis.



Democriti. Simulachra artificiosa, & belle ornata, ad sui quidē spectaculū alliciunt, sed corde carent. Malorum suorum obliuio gignit audaciam. Stulti erudiuntur per ingenij astutias: earum verò ignari, per sapientiam. Ipsa res quæ ad usum adhibetur, magis quam qui vitium homo, modum sui cognoscere ridetur (nimia enim exundat.)

Stulti cum vitam oderint, viuere tamen volunt mortis metu.

Stulti viuunt, non delectati vita.

Stulti desiderant iuuentutem, cum nullo iuuenite commodo fruuntur,

Stulti desiderant absentia: presentia verò, etsi meliora præteritis, negligunt.

Homines dii fugiunt mortē sequitur ipsam.

Stulti nihil approbant per totam vitam.

Stulti mortem timentes senescere cupiunt.

Gloria & opes absque mente, non tutæ sunt possessiones.

Multi quamuis plurima didicerint, mentem non habent.

Diogenis. Cum in Stoicorum gymnasio retrorsum incederet ridentibus nonnullis: Non vos, inquit, pudet viuēdi iter facere retrogradū, mihi verò deambulando tantum id facienti vitio dare?

Socrates adolescentulum intuitus diuitem ac imperitum: Videte, dixit, mancipium aureum.

Diogenes aiebat, de necessariis quidem ad viuē-

uiuēdum homines sibi prospicere: quæ verò ad bene viuendum pertinent, non comparare.

Aristoteles, illos qui res manifestas demonstrare conantur, perinde facere dixit, ac si solem adhibita lucerna vellent ostendere.

Bion interrogatus quid esset amentia, siue stultitia, proficiendi impedimentum, respondit.

Stilpon rogatus quid statua durius esset, homo stolidus, dixit.

Cleanthes dicere solebat, rudes homines sola forma à brutis differre.

Phauroinus homines partim esse ridiculos, partim odiosos, partim miserabiles dixit. Ridiculos quidem, qui per audaciam ad maiora aspirant. Odiosos, qui ea consequuntur. Miserabiles verò, qui spe fallantur.

Ad conuiuium quidem inuitati presentibus vitimur. Quod si quis iuberet hospitem apponere sibi pisces, aut placentas, absurdus videretur. At nos in mundo petimus à diis, quæ non dant: cum multa interim sint, quæ exhibuerunt.

Egregij verò scilicet sunt, qui sibi valde placeant in rebus externis, neque nostri arbitrij. Et si quispiam dicat, Ego te melior sum, possideo enim prædium, tu fame cruciaris. Alius se consolare, alius tutorem iactat. Est cui crispum suum capillitium placeat. Atqui equus equo non dicit, melior te sum, multum enim pabuli



habeo, & hordeum abunde, aureumque frannū:
sed quia te velocior sum. Siquidē omne animal
ex virtute, aut vitio sibi propriis, melius dete-
riusve iudicatur. An verò homini tantum
nulla virtus est peculiaris, sed ad comā, vestes,
& anos respiciendū est? Siquidem medicū nul-
lum dent consiliū, displicet agris, & nihil si-
bi spei superesse putant. Erga philosophum au-
tem nemo sic afficitur, neque metuit illum de
sapientia sua desperasse, si nullam ei vitile ad-
monitionem protulerit.

Eiusdem. Qui corpore sunt bene constituto, æstium &
frigus tolerant. Ita quibus bonus est animi sta-
tus, iram, tristitiam, gaudium, & ceteros affe-
ctus bene ferunt.

Platonis. Vellem equidem ò socrates, sed vereor ne
in Euthyphrone contrā contingat. Nam prorsus ab ipso statim
phrone ab initio mihi videtur huic viri nocere velle, qui
initio sere. iniuria te afficere tentat. Sed mihi dicas, quid
te agentē iuuentutem insicere predicat? Ab-
surdā quēdam auditu, ò vir mirifice. Inquit e-
nim, consicentem me esse deorum, novos quidem
inducentem deos, priores verò negantem.

Eiusdem paulo post. Atheniensibus nempe, ut mihi videtur, non
admodum curā est, si quem peritum esse putent,
modo ne sua perdoceat alios. Quem verò pe-
ritia propria ceteros imbuentem sentiunt, inse-
ctantur, siue id liuore quodam, ut asseris, con-
eiti, siue alia de causa.

Animus

Animus stultus, turpis & immoderatus ha- bendus est. **Eiusdem, Ibidem.**

Amentiam anime morbum esse conceden- dum: genus autem eius duplex, alterū insania, alterum inscitia. **Eiusdem, in Timæo.**

Homines multa potius scire videri, quam rerum dicere desiderio tenentur. Proinde mul- tum contrarias veteribus opiniones probāt, veri cognitionem de rebus maximē necessariis dubiam efficiunt: ita ut non amplius solidam fidem assequatur, sed tāquam ab antiqua per- suasione in contrariam ad hoc compositis illorū verbis, reuulsa instabilissimē pendeat. **Eusebii.**

Multi homines disputādo de rebus haud se- cus quā animantes brutæ pugnando, solam sibi victoriā proponunt. Ut autē nihil (quod nunquam in dicendis & faciendis pariter premeditari decet) præter utilitatem suam & presentium agatur, ac ne rerum veritas of- fendatur, eius rationem nullam habent. **Eiusdem.**

Græte sunt contentiones hominibus, & con- eradicando quacunque re proposita vincendi desiderium præter omnem rationem inexplēbile. Itaque multi intempestiue, præter decorum, in rebus grauisimis, in quibus deteriorem sententiam superare non cōuenit, victoriā Cadmeam, ut dici meretur, asserunt. **Eiusdem.**

Homines, eos qui præter naturam, & mon- strosi sunt, amplectuntur, usque multa pecunia



redemptis, tanquam maxima possessione gaudent, & sibi placent magnopere. In rebus autem serius, & plurimo studio comparādus, quānis exiguum sumptum facere grauantur.

Permulti sunt qui in reliquis omnibus parsimoniam nimium sequuntur, & si quicquam insumpserint, egrè ferunt: ad plausum verò popularem eliciendum omnia sua libenter exponunt.

Homines rari ac stulti, prædiuites quidem utunque malos colunt, & admirantur: bonos verò, ut primum inopes esse intelligit, contemptiui habent.

Aristony Non pauci rhetorum iniuriis affecti, filios suos artem rhetoricam docent. Nullus autem qui iniuriam à lupo accepit, ipse lupo fit, ut remordeat.

Zenon dixit, ridiculum esse quòd non minus quisque quo pacto viuendum sit, ipsemet in rebus suis consideret, tanquam omnino inscius: quorumuis autem aliorum laudem admiraretur, à iudicio pendens alieno.

Socrates. Luxuriosi cum egrotāt, stulti cum fortunam sinistram experiuntur, vix curari queunt.

Pythago. Sacrificia stultorum ignis solum alimenta sunt: eorumdem anathemata, victum sacrilegis suppeditant.

Ex Aristonis similibus. **Ariston** Chius eos qui cyclopedie & mathematicis disciplinis vacarent, neglecta philosophia,

phia, similes aiebat esse proci Penelopes: qui cum ipsa potiri non possent, ad ancillas se conuertebant.

Idem vulgus hominum Laerti comparabat: qui cum reliqua ruri diligenter omnia curaret, seipsum negligebat: sic & illos studiosissimos quidem esse circa possessiones: animum autē feris obrutum affectibus non excolere aiebat.

Diogenes dicebat se multos quidē videre coludentes, collucentes, & discursantes: nullos autem qui virtuti operam darent.

Num honesta cupientem bona cupere dicis? Omnino. Nunquid ita loqueris quasi sint nō- Plato, in
nulli qui bona cupiant, quidā verò qui mala? Menone.
Imò. Non omnes igitur, o optime vir, bona tibi appetere videntur. Mihi nequaquam. Quidem itaq; mala? Ita. An ita dicis, quasi quæ mala sint, bona esse opinentur: aut etiā noscetes quòd mala sint, bona esse opinentur: aut etiā noscentes quòd mala sint, nihilominus illa cupiant? Vtrumq; aio. An censēs aliquem cognoscentem mala, quòd mala sint, illa tamen appetere? Arbitror. Quid autem exoptare hunc dicis? Num hæc sibi adesse? Adesse sanè. nam quid aliud optet? Vtrum qui mala desiderat, mala esse cognoscent, prodesse eū adsint, existimat? an vnumquodq; potius sua presentia, ledere? Sunt certe qui mala prodesse putent, nec desunt qui obesse cognoscant. Videtur tibi mala nosse



quòd mala sint, qui mala pdesse cuiquã opinãtur? Haud sanè id mihi videtur, Ex iis igitur patet, eos non appetere mala, qui illa minime norint: sed illa potius, quæ bona esse putauerint cum tamen mala sint. Quapropter ignorantes illa, bonaq; existimantes, perspicuum est bona potius exoptare. An non? Sic isti se habere videntur. At verò qui mala quidem affectât, ut ipse inquis, eaque cuiunque accidunt, obesse censent, noruntne quod ipsorũ presentia lædentur? Necessariò sequitur. Quòd verò læsos homines, nõnne isti miseros esse, quatenus læsi sunt, opinantur? Hoc quoque necessarium. Miseros autem, nõnne infelices? Reor equidem. Esne aliquis, qui miser & infelix esse velit? Non videtur. Nemo igitur mala vult, siquidem talis esse minime velit. Nam quid aliud est esse miserum, quàm cupere mala, in eaque incurrere? Vera loqui videris ò Socrates: nemo enim vult mala.

At nunc aut genius aliquis infestus incidit, aut nefarium scelus aliquod impietati iuictum, & quod maximum est, audax imperitia ex qua omnibus omnia mala tanquam radice pululant, & amarissimum postea fructum suis autoribus produciunt. Hæc denud omnia inuertit & perdidit.

Timidus quidem arma cõtra seipsum habet, stultus autem pecunias.

Neq; vinum austerũ aptum est potioni, neq; Plutarchi mores agrestes conversationi.

Quomadmodum timidi, & qui nausæ nauigando obnoxij sunt, existimantes se meliuscule habituros, si ex acatio in gaulum, rursusmq; si in tirenem commigrarint: nihil tamen proficiunt bilem timiditatẽque secum circumferentes: ita aliud vitæ genus, non eximit animo ea quibus grauatũ, & perturbatur, hoc est rerum inscitiam, & rationis imperfectionem, ac id vitium quòd non potest, neque callet rectè presentibus vri.

Hæc sunt quæ diuites grauat, & pauperes. Hæ nuptis & innuptis sunt molestiæ. Hinc est q; multi forũ fugiãt, deinde verò tràquillitate nõ probant: ideo ad principum aulas cupiunt promoueri, quò cũ peruenere, mox grauantur. Sic ægotantium animus implacidus atq; perplexus est: nunc mulier est molestæ, nunc medicum accusant, aliàs grabato succensent: amicorum & qui veniãt, molestus est, & abiens grauat, ut Ion inquit. Deinde morbo soluto, melioris temperamenti beneficio sanitas accedit, omniãque grata facit & incunda. Quis enim oua heri, & amyli placentas, panemq; si ligineũ sustidiebat: hodie panẽ cibariũ cũ oliuis deuorat, aut nasturtio, & id auide. Quòd igitur egrotò sanitas præstat, idem recta ratio accedens, ut in vnoquoq; vitæ genere mutationem

animo lubenti, facillique seramus, efficiet.

Platonis & **Alcibiad** Eōsne sapientes putas, qui faciendā dicēdāq; cognoscunt? Hos ipsos. Quos verō stultos arbitris? Nō omne qui neutrum istorum sciunt? Ita sane. Igitur, qui vtrunq; istorum ignorant, imprudentes sese prodent, dicendo faciendōque eā que non conuenit. Sic videtur.

Socratis. Neque **Achillis** arma **Thersiti**, neque animi bona homini stulto conueniunt. **Victus** egrotantis, & bona fortuna insipientis, multum continet molestiæ. **Tonitrua** pueros in primis & minime stultos terriant.

Abidem. Imprudentia seu stultitia, rationis est vitium male viuendi causa.

Imprudentiæ autem est, indicare peruerse de rebus, deliberare perperam, vti nequire presentibus bonis, in falsam adduci opinionem, de iis que ad vitam sunt bona & honesta. Sectatur autem imprudentiam, inscitia, incontinentia, rusticitas, obliuio.

IMPRUDENTIAM, INSCITIAM
illorum esse, quorum scientia
est prudentia.

Alexan. Si prudentia faciendorum & non faciendorum sit scientia, eorundem inscitia fuerit im-
sophrod. prudentia: & imprudentes, qui horum aliquid
sei libro. 4. ignorant, & in hisce falluntur, quod si ita ha-
Questian. ber, non simpliciter omnes qui quepiam in re
sibi

falluntur, cum ob errorem imprudentes fuerint. **Haud enim** vel cognitio vel error omnis in faciendis aut non faciendis existit. Etenim neque cognitio aut deceptio huius aut illius figure mundum esse, de faciendis est: neque an mundus genitus, ingeniū sue sit, aut finitus, aut infinitus, aut vnus aut infiniti: neque an stellarum numerus par sit aut impar. Neque quod altera mundi superior, pars altera sit inferior: nec denique eorum quicquam, vt summam dicam, que solam cognitionem ac speculationem attinent. Ceterum huiusmodi rerum scientia virtus alterius est, non prudentiæ. Similiter quoque deceptio in ipsis, non imprudentiæ, sed aliud quoddam vitium est.

Beseleel rhetor dixit: Qui animo puer est, nihil ab etate puero differt.

Eadem quoque ratione imprudentiam inter se **Platonis** & plurimi patiuntur: & qui maiorem fortitūtur **Alcib. 2.** imprudentiæ partem, insani furentesque vo- paulo post
cantur: qui verō aliquanto minorem, stolidi at inuiuium.
que attoniti. Qui autem honestioribus vocabulis eadem significare volunt, partim quidem magnanimos appellant, partim ineptos, quidam non malos, innocuos & inexpertos & stupidos. Inuenies quoque alia multa nomina, quibus omnibus imprudentia significatur. **Discrepant** autem, vt in superioribus discrepare apparuit, ars ab arte, & a morbo in morbis.

Tibi verò quid videtur? Id ipsum.

Ibidem paulo superius insaniam & imprudentiam differre probat, hanc generis, illi speciei locum habere. Et circa finem ferè huius dialogi, magnanimitatem pulcherrimum inter imprudentiæ nomina esse dicit.

Eius lib. 9. Nōne fames ac sitis, & cetera generis eiusdem vacuitates quedam sunt corporis ipsius habitudinis? Quid nī? Ignorantia verò & imprudentia vacuitas quedam est habitus animi? Maximè. Impletur autem & illud dum alimenta capit, & hic dum intelligentiam. Quid nī? Quæ nam repletio verior? rtrum quæ per ea fit quæ magis veriusq; sunt, an quæ per alia? Quæ per ea quæ magis sunt.

Quæ nam censet purioris esse substantiæ? nūquid cibi, potus, obsonij, alimendorumque quorumcumque genera? an veræ opinionis species, scientiæq; & mentis, summatisque virtutibus? &c.

De stupiditate, Theophrasti. Stupor seu suspinitas, desinitur animi tarditas, in verbis simit & actionibus. Stupidus autem eiusmodi est, ut calculus computando, ac summam colligendo, cum qui iuxta sedeat interim roget quid agatur. Idem in iudicium vocatus, & ad dicendam causam accessurus, oblitus omnia, in agrum proficiscitur. Cum ad spectandum venit, in theatro solus relinquitur, agrimens, ac nocte se cibis obruens: & in sede

vicini cane excitatus, animi excruciat. Et quod ipsemet acceperit, atq; reposuerit, hoc idē nequit querens invenire. Tam nuncio sibi de amici obitu allato, & ut eò se conferat admonente, mæstus & lacrymans, felix faustumque fit, inquit. Nec ab huius hominis ingenio abest ut dum debitum sibi argentum dissoluitur, testes adhibere velit: & tempore hyemis non dubitet succedere seruo, quod cucumeres non emerit. Est eius quoq; filios suos pueros adhuc, ut palestra se exercent, & ut currant, cogere, & omnino defatigare. Et cum lentem coquit pro familia ruri, bis salem olla iniicere, & corrumpere cibum. At Ioue pluviam demittente, dicere, aëstorum illud sibi incundissimum videri. Et si ei quis dixerit, quot sacris portis cadavera exportata putas quod vinū, inquit, mea ac tua forent.

Rusticus inepta & deformis ruditas definiiri potest. Rusticus verò is, mea sententia, appellandus est, qui medicamento epoto in concionem descendat: suavisimāque rrguenta nihilo dicat suavisius olere, quam cepas, & maioribus pede calceis induitur, ac maxima vitatur inter loquendum voce, neque amicis, neque familiaribus fidem habet: de rebus verò maximis cum seruis communicat, ad operarios autem, quos in agro mercede conduxerit, quæ in concione sunt acta omnia defert, & supra genus



sublata veste sedet, ut aliqua pars nuda appareat. At in via neque admiratur magni quippiam, neque obstupescit inquam: quum asinum autem vel bouem viderit, aut hircum, tum gra dum sistens quam attentissime spectat, & ex penit aliquid nactus, quam audissimè comedit, & meracius bibit: eam verò quae pani praest fallere volens. (posthac sese cum illa ad molas frumentarias conferens molit, preparatque eas quae ad rei domesticae necessitatem spectant) dumque in prandio est, iumentis simul saxum iniicit, & quum quis ostium pulsat, ipse auscultat. Est etiam eiusdem hominis canem accire, & rostro comprehenso dicere, hic rus domumque custodit, & quod argentum à quopiam accepit, improbare, tanquam asperum, ob idque aliud sibi eius loco efflagitare. Si aratro, aut cophino aut falce, aut ad panem arca indigerit, haec omnia noctu voluat, ac si oppidum casu petierit, rogat occurrentem, quanti veniant diphterae, pelles pastorales, quanti salsamenta: & an hodie ludus nouilunium celebret. Tum se dicat velle in constrinam quamprimum descendere, capillumque tondere. Idem quoque in balneis canit, calceamentisque clauos affigit: & in via praeteriens, salsamenta à brachio de-

Eiusdem de missa portat.

importunitate. Importunitas est, occursum incidentibus molestus. At importunus ille est, qui adiens ho-

minem minime otiosum, aliqua de re cum eo communicat. Amicam quoque suam febricitatem non minus, quam alias, lasciuè tractat. Tum ad eum accedens, qui penam fideiusionis debuerit, se ut conuiuiam accipiat iubet: & re iam iudicata, testimonium dicturus adest. Ad nuptias inuitatus, in foemineum sexum inuehitur. Ex longo itinere redeuntes, ad deambulandum pronocat. Ac iam vendita re, ad eum, qui vendiderit, emptorem maiori empturum adducit. Qui audierint aliquid, didicerint, eos denuò ad audiendum impellit.

Promptus etiam est ad ea curanda, quae quis fieri nolit, erubescat verò negare. Ab iis qui sacrificant & sumptus faciunt, partem sibi petit. Dum seruus aliquis flagris ceditur, astantis propè commemorat seruum suum olim cum similiter vapulasset, suspendio vitam finisse. Eos quorum controversiae componendae adest, iam sponte conuenire volentes, impedit & committit. Saltaturus, socium nondum ebrium apprehendit.

DE TEMPERANTIA, SERMO V.

OPTIMVS hic vir est, o Gorgia, quis Menadri quis hominum plurimas iniurias ferre in Georgo nouit.

Ego nihil esse temperantia puto antiquius: Menadri.



quoniam semper bonis conuersatur.

Homines frugi timent diuina.

Ne mihi diuitias nomina. Non illum magnifacio deum, quem pessimus quisque facile sibi comparat.

Actus in honestis non possunt honesta proficisci verba.

Hæu mihi sacrum est omnino malum. bonum videre, non uti tamen ipso.

Quid enim aliud ad vitam requiritur, nisi duo sola, Cereris alimentum, & aque potus?

Eiusdem. Sic fata serunt, pro malis vt. consilis malam vicissim talionem lucentur homines.

Eiusdem. Penu virtutis est temperantia.

Compositum & modestum illum esse docet, qui aliena mensa fruitur.

Aeschylis Gratiola res est homo, si homo sit.

Sophocles in Decet virum bonum audientem esse magistratum.

Ætace. Dies inclinatur, iterumque refert omnia humana. Moderatos autem diligunt dii, & malos oderunt.

Eiusdem. Nunquam obscænis gaudendum est voluptatibus.

Euripidis Non Bacchus est, qui intemperantes esse cogit mulieres circa Venerem: sed in ipsa natura temperantia vis semper inest vbi que.

Eiusdem in Hippolyto. O felix heros Hippolyte, quantos nactus est honores ob temperantiam? nunquam inter

homines virtute vis vlla maior est: aut enim præcedit, aut sequitur pietatem bona gratia.

Calamitati aliorum, qui infortania passi erant, nunquam insultauit, metuens ne quid etiam ipse pateretur.

Colloquentium duorum, irato altero, iste qui verbis non refragatur, prudentior est.

Amet autem me modestia, Donum pulcherrimum decorum. Eiusdem Medea.

Pape, quam pulchra vbi que res est modestia, & gloriam bonam inter mortales producit. Eiusdem in Hippolyto.

Est quidam plane alius inter homines amor animi iusti, frugi atque boni. Eiusdem in Thessal.

Prospice, animum intendens & muniens ex auditu nostri sermonis, viam præ cunctis veram. Lini.

Noxas repelle, sortesque damnosas, que profanorum vulgus subuertunt, malisque per omnia implicant variis, fraudulentis sibi sumentes formas. Has tu custodia mentis ab anima arce. Hæc enim expiatio reuera te iuste purgabit: siquidem re ipsa oderis exitiosum earum genus. In primis verò illam malorum omnium largitricem, quam regit instar auriga cupidus, stolidis frenis.

Sed modum in cibo, potu, & exercitiis adhibeas. Modum apello, quantum nihil doloris aut molestie pariat. Assuesce victum habere parum, non delicatum. pythagore



- Eiusdem.* Moderari autem assuescito istis: Venti pri-
mū, & somno, libidinique, & iracundia.
- Phorylidis* Virginem custodias bene clausis thalamis,
neque ipsam vsque ad nuptias ante domum cō-
spici permittas. Liberorum pulchritudo diffi-
cilis custoditu est parentibus.
- Eiusdem.* Temperantiam exerce: & facili obsecrās
abstine.
- Eiusdem.* Moderatē cibum potumq; sumas, & loqua-
ris. Modus omnium optimus: excessus autem
vitandus est.
- Eiusdem.* Honestus est virtutis amor: veneris autem
dedecus auget.
- Eiusdem.* Passiones sint communes: nihil magnum ne-
que superbum sit.
Non bona est redundans mortalibus vtili-
tas. Nihil magnum autem luxuria ad immodicos tra-
hit amores.
- Pauli Si-
lentiarij.* Pulcher virginitatis thesaurus est: sed vir-
ginitas si seruaretur ab omnibus, vitam perde-
ret. Idcirco legitime vxorem duc, & aliquem
mundo hominem tui loco des: fuge autem scor-
tationem.
- Antipa-
tri Thessa-
lonic.* Antigene Gelous hunc sermonem aliquā-
do ad filiam dixit, cum iam esset moribundus:
O formosa virgo, & filia mea, sociam tibi re-
tine colum, sufficientes tenui vitae opes. Quod
si viro nupsersis, Graiae parentis mores observa-
to probos, firmissimam viro dotem.

Incerti

Castitas & amor, affectus contrarij, cum al-
ter alteri occurrisset, hominum animas vtrique tor-
perdiderunt. Feruidus Hippolyti amor occi-
dit Phaedram, Hippolytum verò casta tem-
perantia necauit.

Ventrem impudentem firmis rationibus ad *Pallada*.
vrecundiam redege, temperantia castigās mo-
lestum intestinum. Nam cum mihi mēs altius
supra ventrem sita sit, Quid ni superarem ven-
trem inferiorem?

Nullum pudicitiae manifestum est argumen-
tum. *Eiusdem.* Haec dico viris, qui decipi solent. Nam
neque deformitas omnino caret suspicione, nec
omnis pulchra luxuriosa est. Inuenias enim
quae multa dona pulchritudinis causa offeren-
tes non sequitur. Multas verò mulieres est vi-
dere informes facie, quae Venere nō satiari pos-
sunt, & volentibus sepe se prostituunt. Non si
quae supercilia contrahit, & nunquam ridens
apparet, & conspectum declinat virorum, non
inquā tales digni sunt mores, quibus castimo-
niam credas: sed est reperire meretricem laten-
ter, quae alioqui grauisima videtur. Hilares
autem, & quo suis humaniter aducentes, pudici-
cas, si modò vlla mulier publica est.

Legi, & principi, & sapientiori cedere, de-
corum est. *Democri-
ti.*

Optimum homini, vitam agere animo vt *Eiusdem.*
plurimum leto, rarissime tristato: quod fieri

lx 5



poterit, si voluptates non in perituris rebus locentur.

Eiusdem. Facinorum malorum sermones quoque sunt cauendi.

Theobuli. Iniuvis affectus, recōciliare, contumelias vlciscere.

Biantis. Sic vitam institue, tanquam & parum & multum victurus temporis.

Pythagora. Satius est humi cubantem viuere, & bono animo esse, quam perturbatū in aureo lecto.

Eiusdem. Nulla re indigebis, quam dare & auferre penes animam est. Quibus à corpore solutus non egebis, illa omnia contemne: & quibus etiā defuncto erit opus, illis tibi vacanti, deos adiutores precibus aduoca.

Chilonis. Multo magis damnum quam turpe lucrum elige. Quippe illud semel duntaxat molestum, hoc perpetuū futurum est.

Socratis. Maximā fortunā ceu minimā spectare oportet, & quod adest, non desiderare: neq; enim ad te pertinet. Vtrunq; pariter manere non potest. Nihil in rebus cōstans est. Si opulentus sis, & quotidie pluribus inhies, tā es inopiosus, quam copiosus. Vt pauper que possides, vis retinere: vt diues, accumulare plura ex æquo tā hic quā ille animum habet anxie sollicitum. Socrates aiebat, oportere voluptates non ex aliis, sed ex nobis ipsis aucupari: corpus autē, vt decet, preparatum & compositū esse volebat. Socrates dicebat,

dicebat, Nulla re indigere, Dei esse: quā paucissimis autē, Deo proximā. Socrates interrogatus, quibusnam rebus maximē abstinendū esset: Turpibus et iniustis voluptatibus, respondit.

Alexander, quum quidam eum hortarentur vt Darij filias & vxorem forma præstātem spectaret: Turpe futurum dixit, eos qui viciissent viros, à mulieribus vinci.

Frugalis & reb. suis contentus animi habitus, similis est viæ breui & amœne: multum enim gratis, parum laboris habet. Socrates.

Mensam preciosam fortuna apponit, frugalem & contentam temperantia. Democriti

Risus neq; multus sit, neq; ob multa, neq; solutus Ex Epiconiunia cum extraneis ac vulgaribus vt eteti enchiridion. plurimum declina: quod si quando tempus incidat, caue tibi. Scias enim necessarium esse, 39. qui cum inquinato cōversatur, etiamsi purus fuerit, & ipsum inquinari. Ibidem cap. 41.

Indignum esse aiebat Diogenes, athletas & citharædos ventre & voluptatibus superiores esse: hos vocis, illos corporis gratia: propter temperantiam verò neminem ista contemnero.

Robur anime est temperantia. hæc enim anime passionem expertis lumen est. Pythagore.

Socrates querenti quis ditissimus esset, paucissimis contentus respondit. Virtus enim rebus suis contenta, nature opulencia est.

Patris temperantia, optimum liberis præceptū. Democriti

Ex Aristonymi Tomariis.

In exercitio lassitudinem, in rerum successu inuidiam declinare oportet.

Dionysius Aristippo persuasit, ut deposita veste atrita, purpuram indueret: persuasus ille Platonem ut idem faceret, inuitabat: cui Plato, Stolum muliebrem non licet mihi sumere. Excepit Aristippus.

Eiusdem poetæ & hoc est. Pudica quanquam Bacchicis presens sacris, non esse casta desinet.

Ex Serini scriptis. Phocionis vxor mulieri aureum mundum suum & gemmis refertum ostentati dixit: Satis splendidum mihi ornamentum est Phocionis meus, pauper quidem, sed vicesimo iam anno Atheniensium dux.

Epaminunde.

Legati venerunt à rege ferentes aurum, animo corrupendi muneribus Epaminundam. Inuitati sunt igitur ad prandium ab ipso. intelligebat enim, qua gratia appulissent. Inuitat verò ut à prandio causam aduentus explicarent. Apposita est mensa vilis, bibebant vinum acidum: neque habebant quod ad hæc dicerent. Tum ille subridens: Abite, inquit, & domino vestro mea prandia narrate, ut intelligat, iis me contentum non facile ad proditionem allici posse.

Democritus. Temperantia que iucunda sunt, auget, & voluptatem maiorem facit.

E Nicolai Collectaneis de moribus. Aritoni nihil vita fruens occidunt. Oracula testis inscripta, in aureis inuolucris seruant. Dardani gens Illyria, ter duntaxat in vita lanant,

lanant, cum nascuntur, in nuptiis, & in funere.

Crates cum in forum incidisset, alios ementes, vendentes alios cõtemplatus: Illi, inquit, quod rem inter se contrariam agunt, se beatos iudicant: at ego me, quod viriusque, tum emendi, tum vendendi sim immunis.

Qui turpia non cupiuit, neque attigit, is non est temperans. Nihil enim existit à quo sibi tuis temperauerit, ut modestus & continens dici mereatur.

Sacrificium mihi maximum videtur, vitam quotidie modestam & temperantem prestare. Isai.

A quibus animam detineri turpe est, eorum continentiam meditare, lucri, iræ voluptatis, doloris. Continens autem horum euades, si primo ad Demonicum.

Lucrum existimes, quod gloriam, non quod pecuniam auget. Quod ad iracundiam, non aliter in peccates effici debes, quam alios velles erga te ipsum. In iucundis tibi temperabis, si reptes dedecus esse seruis imperare, voluptatibus seruire. In tristibus, si aliorum intuearis infortunia, & te hominem esse memineris. Imprimis verò ad bene faciendum incitare, si intellexeris inde etiam voluptates pedere. Nam in vita sobrii & epularum studiosa, mox dolores voluptatibus coalescunt: virtuti autem vacare, & vitam sobriam instituire, gaudia sincera semper diuturnioraque reddit. Deos time. Parètes honora. Amicos venerere. Voluptates auerere, pare,



IOANNIS STOBÆI

pave, que tibi gloriosa sint. Delectatio enim iuncta honesto, optima: secus, pessima est.

Eiusdem Nicole. Que ab aliis in vos fieri egere fertis, in vos ne afficitote alios.

Agapeti diaconi ad Iustinianū. Aio te reuera esse regem, vt qui regere possis voluptates, eique moderari, & corona temperantie sis redimtus, & purpura iustitie indutus. Etenim alios principatus mors sequitur: huiusmodi autem regnum in omne æuum extenditur. Item alij in hoc seculo soluntur: hic verò ab aeterno supplicio liberat.

Eiusdem. Dominus omnium rex est, & servus interiorum Dei cum omnibus. Tunc autem maxime vocabitur dominus, cū ipse sibi dominatur, & absurdus voluptatibus non subiicitur: sed cum auxilio pie rationis, que iniunctum in irrationales affectus imperium exercet, omnia domantes cupidines paroplia temperantie deuincit.

Hermip- Demetrius Phalerens ad temperantiam carpi, de Car-
minibus Et veteris cupide repetunt consortia lecti.

Homeri. Eam igitur que superest virtutum voluptatibus coercendis præficere oportet, que quidem liqua cote efficit, ne suum prudentia opus deserat. Quam-

Hieracis diu enim sapit aliquis & prudens est, cupiditates ad vitia ducentes emergere nõ permittet. **Iustitia.** Vbi verò mens tãquam præstigis sopita iacet, insignibus. statim exurgere selet imprudentia, & comitem sibi

DE TEMPERAN. SERMO V. 159

sibi vocare luxuriam. Quamobrè virtutem illam, que ambo illa vitia repellit, σὺν ἡσυχίᾳ, id est temperantiam, sapientes Græci vocauerunt, vt que sit σὺν ἡσυχίᾳ ἡ γενναίτης, hoc est, prudentie incolumitas: sed magis proprie à poetis appellatur σὺν ἡσυχίᾳ. illi enim σὺν ἡσυχίᾳ pro cõmuni verbo σὺν ἡσυχίᾳ, hoc est seruare vsurpant. Hanc igitur virtutem, que conseruatio & incolumitas prudentie est, si quis assumpsit, perfectam sibi iustitie possessionem habuerit. Sin minus, multum errabit, & multa iniuste committet, partim pecunie, partim glorie, partim voluptatum gratia.

Omnis etenim virtus quicquid mortale & Iamblichus caducum est, aspernatur, & immortalitatem ex epistola amplectitur. multo maxime verò temperantia de temperantia. hoc sibi studium habet, vt que voluptates, quibus anima corpori tanquã clavis affigitur, cõtemnat, castis immixta gradibus, vt Plato ait.

Temperantia enim cū exterminet à nobis quicquid imperfectũ & perturbationibus obnoxium reperit, quomodo nõ perfectos nos redderet? Quod autem ita se res habeat, vel ex. Bellerophonis fabula cognosces: qui cum modestia auxiliari, Chimæram, & belluinũ agreste ferinũque genus omne consecit. Omnino enim immoderata affectuũ vis, ne homines quidem sinit esse homines, sed ad rationis expertem, belluinam, & incompositam naturam eos trahit.

Ibidem.



Ibidem. Bona illa moderatio, qua voluptates intra certos limites coercentur, familias simul & ciuitates, secundum Crætetis sententiam, conseruiat: imò ad deorum naturam propius iam accedit. Quamobrem Perseus ad summam temperantiæ laudè aspirans, duce Minerva, Gorgonis caput, cupiditatem nimirum quæ deorsum in materiam trahit, & saxeos efficit homines stolidis affectibus repletos, amputauit.

Ibidem. Fundamētum igitur virtutis est, vt Socrates aiebat, continentia & moderatio voluptatis. Ornamentum verò honorum omnium temperantia spectatur, vt Plato asseruit. Munimentum denique honestissimarum animi affectionum hæc ipsa virtus est, vt ego dico.

Ibidem. Ergo audacter hoc assero, ceu verè confessum, temperantiæ decus in omnes virtutes extendi, & omnium ab ea virtutum vnā harmoniā, concentum, & commoderationem inter se constitui. Eiusmodi cum sit, occasionem quoque omnibus præstat, vt innascentur, & innatas stabili incolumitate confirmat.

Ibidem. Anni quoque partium constitutio, & mutua elementorum coniunctio, commoderationem seruant pulcherrimam ac temperatam. Denique vniuersum hoc, propter moderatiōem & elegantiā in rerum omnium modis atque mēsuris pulcherrimis, mundus appellatur.

Ex Telete Vt bonum histrionem, quamcūque ei poëta dederit

dederit personam, eius decorum seruare decet: ita bonum virum, quamcūque fortuna dederit. Nam & ipsa, vt Bion inquit, velut poëtria, nunc primi, nunc vltimi actoris locum nobis tribuit, alias regis, alias mendici personam. Ne igitur, si partes tibi cōtigerint actionis vltima, primas occupare velis: Aliter indecorū te dabis. Tu honestè præes, ego subicior, inquit ille. Tu multorum, ego vnici istius pedagogum ago. Tu diues largiris liberaliter, ego non dubito abs te accipere. Non præ inopie animi deiectioni & degeneris sum, neque de forte mea conqueror. Tu multis rectè vteris, ego paucis. Nihil ad alimentum sumptuose res faciunt. Neque ex ipsis fructum facere hominibus licet: paucis autem & vilis præcij rebus cum temperantia sine fastu vti non licet. Ideoque Bion ait, Si rebus oratio daretur, velut nobis, possentque iure nobiscum contendere, nonne paupertas dictura esset, Quid mecum homo pugnas? Quemadmodum seruus in sacro sedens, ad quod confugit, in herum suum iure contendit, Quid mihi aduersari? Num huius tibi furto sustuli? An non quæ præcepis exequor? An quæ tibi debeo non satis præsto? Itidem paupertas contra inculpatores ageret. Quid est quod te mihi opponis? Num aliquo bono mea culpa priuatis? prudentiæ? an insitiia? aut fortitudine? Ad metuis ne tibi necessaria



desunt? Quid? nōme vie sunt omnes oleribus referte, & pleni aqua fontes? non tibi tot lebetes exhibeo, quanta est ipsa terra? Stragula autem folia? An mecum animo leto esse non licet? Non vides Gradiaphytam cantillando cænare? Nōme tibi obsonium neque preciosum, neque delicatum comparo ipsam famem? An non suavissimus est cibus esurienti, & idem obsonio minime indiget? Nōme sitibundus suavissimè bibit, absentemque potum minime desiderat? putasne quempiam esurire placentam, aut stare inem? Nōme ista homines nimium delicati requirunt? Quid autem? Domesticiāne tibi non exhibeo? At hyeme balnearum, æstate templorum tibi copiam facio. Quam domum tam egregiam haberes æstate (Diogenes inquit) atque ego hanc Palladis ædem vêtis peruiam, & magnificam? Huiusmodi paupertas si tibi diceret, quid responderes? Equidem ego ceu minus obticerem. Sed nescio quomodo in culpa facimus omnia potius quam nostram morum & ingenij ineptitudinem, difficilemque morositatem. Itaque incursum infortunium senectam, inopiam, impostarem, diem, horam, & denique locum. Quod animaduertens Diogenes, auduisse vocem dicebat malitia culpantis seipsam.

Pythagorica.

Nihil planè adeo proprium est philosophiæ Pythagoricæ, quam symbolicum doctrinæ gen-

us, voci & silentio permixtum velut in sacra initiatione, vt non opus sit promerere, Cantabo doctis, claudatur porta profanis; sed statim quodlibet dictum exercitatis lucem & characterem sui in promptu ostendit, cecum autè & obscurum est imperitis. Quemadmodum enim Apollo in Delphis, non dicit, nec abscondit, sed innuit, iuxta Heraclitum: sic è Pythagoricis symbolis, & id quod dici videtur, absconditur: & quod abscondi, intelligitur.

Galactophagi Scythica gens, carent edibus, vt plerique Scytharum: alimentum autem solum sibi lac equinum habent, quod & potant, & confectos inde caseos edunt. Itaque impugnatu difficillimi sunt, cum victum semper secum habeant. Hi Darium quoque in fugam conuerterunt. Sunt autem iustissimi, communibus ritibus tum bonis, tum viciis. Quare seniores quidem inter se, patres nominant: iuniores autem, filios: & coetaneos, fratres. Ex horum numero etiam Anacharsis fuit, existimatus vnus è septem sapientibus, qui in Greciam profectus est, vt aliarum gentium leges exploraret. Meminit ipsorum Homerus Iliad. lib. 13. ab initio, cui ait: Misorumque cominus pugnatum, & Argæorum equos mulgètinum: & Galactophagorum, Abiorumque, qui homines sunt iustissimi. Vocat autem eos Abios, vel quia terram non colunt, vel quia domibus carent:



vel quod soli arcubus vterentur. arcum enim Homerius Bion appellat.

Apud hos nullus est qui invidia, vel odio, vel metu, moueri conspiciatur, vt ferunt, propter vite cōmunionem & iustitiam. Pugna- ces verò non minus ipsorum mulieres, quam viri sunt: & si opus sit, in bello se prabent so- cias. Ideoque Amazones esse fortissimas, aded vt olim ad vsque Athenas, & Ciliciã castra mouerint. Tum enim prope paludem Meotim habitabant.

Aeschini- nis contra Demarchi Epist. in Eucirri. Tam puram oportet esse hominis frugi ritã, vt ne suspicionem quidem criminis incurrat. Hoc modo versandum est in conuiuio. Cit- cumacto disco aliquid ad tuum locum perue- nit, id manu extensa molestè attinges. Prateris, noli retinere, Nondum appropinquauit, ne ni- mium appetitum tuum extende: sed expecta donec iuxta te sit. Eodem animo ad diuitias magistratus, & nuptias affici debes, erisque deorum conuiuio dignus.

Mufonij. Approbanda est voluptas tanquam ad re- fectissimam rationis regulam comparata, cui inter pulchra & incunda nihil quicquam tem- perantia suauis est. Sic & probandus est do- lor, cui inter omnia quæ declinari solent, nihil est intemperantia grauius.

Demosthe. al. Demo- Voluptatem non quamlibet, sed honestam
coniunctam eligere docet.

Iustus amor est, sine contumelia res pulchras Eiusdem. appetere.

Primum Socratis admirabilem doctrinam Xenopha- approbare debes, qui diuitias ex vsu metiri iu- nis. bebant. Non enim immensas possessiones diui- tias vocabat: sed tãtum quantum requiritur ad vsum decentem. Monebat autem ne iudicio sal- leremur. Illos enim quos diximus, reuera diui- tes, reliquos pauperes appellabat: & incurabilis paupertate ipsos laborare dicebat, nempe ani- mi morbo, non possessionis.

Nihil inuasci malum potest in homine, qui Ibidem. sapientiæ fundamenta tegerit temperantiã & continentiam.

Voluptates opus est preterire, veluti Sire- Socratis. nes eum qui ad virtutem tanquam patriam festinat.

Celebratus est Euripides, quod in theatro di Ex scriptis xerit, Quidnam est turpe, nisi quod vrentibus Serini, ita videtur. Et Plato occurres ei, ô Euripides, inquires, Est turpe semper turpe, seu videatur, siue non.

Sobrietas virtus est appetentis, per quam Aristo. in prauæ voluptates ne appetuntur quidem. libello de Temperantiæ autem est, nihil mirari cor- virtutibus. poris voluptates, & cuiusuis fœdæ voluptatis Ibidem. & delectationis minimè appetentem esse, & ti- mere etiam iustam licentiam, & intentum esse in vite rationem, similiter in paruis &



magnis. Affectatur autem temperantiam, ordo, moderatio, pudor, reuerentia.

Ex Christi Geloni Sicilie tyranno os sœtidum erat, quod Aristotelis. cum ei amicorum quidam dixisset, irascebatur uxori, quod nunquam indicasset ei. Illa vero dixit, Atqui virorum omnium os similiter olere putabam.

Aristot. Laudabilior est & magis necessaria temperantia in iuuenibus, quam senibus. Nam iuuenes plus quam senes cupiditatibus tentantur. Aristoteles libro tertio, capite decimo. Ethicorum Nichomachiorum ex professo de hac virtute agit.

Simplicis Ad temperantiam deinde prodest, quum ab præfatione ceat eam esse naturam voluptatis, vt non sit in acroasim antecedens illum aut per se, aut suapte naturam naturalem bonum, sed posterius quiddam & subsequens. Aristotelis, dum id quod vehementer mouere, & magnopere de Physicæ re extendendum videtur, multa etiamnum turba sciētiae vsu. pituidine præter naturam commixtum & coarctatum quinquatum appareat. Huiusmodi itaque studiis philosophiæ facile nos à corporis voluptatibus deterrebit, atque ab eorum omnium cupiditate: que externa cum sint, plurimum admirari, & præciosæ existimare solentur. Vnde illud enueniet, vt & iniusti, & continentes esse possimus, & in commerciis hominum, atque contractibus bene facileque versemur.

Epicleti. Examina teipsum, utru[m] ditescere malis, an beatum.

beati. Quod si diuitias velis, rem neque bonam esse scias, nec omnino in te sitam. Si vero beari, id & bonum est, & penes te. Opes enim fortuna ad tempus commutato dat. Beatitudo autem à nostra voluntate procedit.

Quomadmōdum viperam aut aspidem, aut scorpionem in oburneo, aureoq[ue] scrinio inspiciēs, non propter materiæ precium ipsa diligis, aut magnificas tāquā felicia animalia: sed potius propter naturæ ipsorū exitiale vim abhorrescas detestaris: Sic etiā in diuitiis & fastu fortunæ malitiā videns inesse, nō ad materiæ splendore[m] obstupescas, sed morum prauitatem contemne.

Diuitiæ non sunt de numero bonorum. Nimitas sumptuum mala est, temperantia autē bona. Vocat enim ad frugalitatem & possessionem bonorū. Diuitiæ verō ad sumptuositatem illi cium, à temperantia abstrahunt. Quamobrem difficile sanè fuerit aut diuitem esse temperantem: aut eum qui temperatus est, diuitiis affluere.

Quomadmōdum si conceptus aut natus esses in nauis, nō ideo statim eius gubernator fieri velles: neq[ue] enim natura ad te nauis pertineret. sic neq[ue] diuitiæ. sed ratio. Id igitur quod tibi naturale & cognatū est, videlicet rationē: propriū tibi censere, & eius curam suscipere debes.

Siquidem genitus esses inter Persas, non desiderares in Græcia habitare, sed illic felicitate frui. Cum autem in paupertate sis natus,

quid studes discere, & non potius in ea conditione manere, ac feliciter agere?

Quemadmodum in paruo humilique grabato angusti cubare hominem sanum melius est, quam in amplo lecto se voluntate agrotare. Similiter & in exigua fortuna melius est sese contrahente leto esse animo, quam in magna fortuna tristem.

Non paupertas molestia facit, sed animi cupiditas. Neque diuitie à metu liberant, sed ratio. Si tibi ratione igitur comparaueris, neque diuitias desiderabis, neque paupertatem accusabis.

Nec equus ob præsepe phaleras & tapetes, nec avis ob floccos ac nidum suum effertur & glorietur: sed utrumque animal ob celeritatem, hoc quidem alarum, illud vero pennarum. Quare tu quoque ob alimenta, vestes, & omnino ob externas operæ ne superbito, sed ob probitatem & beneficentiam.

Bene, & sumptuose viuere differunt. Alterum enim ex temperantia, frugalitate, disciplina, honestate, & animi moderatione rebus suis contenti prouenit. Altera vero ex intemperantia, luxu, ac ordinis omnis atque decori neglectu nascitur. Denique hoc, vituperium: illud, vera laus consequitur. Itaque si recte viuere & bene uolueris, noli laudem ex sumptuositate querere.

Prima repletio appetitionis, modus sit omnis cibi potusque. Ipsa autem appetitio obsonij,

& vo-

& voluptatis loco sit. Sic enim neque plura quam opus est, ingeres: neque instructoribus obsoniorum egebis, & potum quemuis approbabis.

Conuiuus utitur, non sumptuosus cum tristitia, sed hilaribus cum frugalitate, ut neque per corporea anime deceptæ perturbentur, neque corporeas voluptates cõtemnant: & deinde laudantur, diuitius quidem ad præsens luxuriatã, in posterum uero morbis affligenda corpora.

Operam da, ut nã solum ventri & intestinis gratificere, sed honeste animi letitie. In illis enim contenta excernuntur, & ut uides effluunt: hæc uero etiam anima à corpore seimctã, perpetuo incorrupta manet.

Inter epulandum considera duos tibi excipientes: corpus & animã. Tum quod omnino in corpus collatũ, statim rursus effluxurũ sit: quod autem in animam, perpetuo seruandum.

Fac ne preciosas epulas cum ira miscens assumeris. Eximie enim epularum postquam breuis mora corpus transilierint, paulo post abeunt. At ira cum animũ subierit, diutissime immorabitur. Vide sis igitur ne urgente ira in conuiuas eximie sis iniurius, sed potius cum mansuetudine & simplicitate ipsos exhilaras.

Turpe est muneribus apium potionem edulcare: rationem autem deorum manus uitiorum amaritudine inquinare.



Curæ ne cōiuiorū ministri plures sint, quā
quibus ministratur. Dedit enim paucis toris,
quibus accumbitur, multas animas inservire.

Optimum quidem fuerit, si etiam ipse in ap-
paratu laboraueris, & ferculis tibi propositis
aliquid presentium famulis quoq; comunicaueris.
Si verò tēpus non ita ferat, saltem memento
quod tibi ocioſo à laborantibus inservitur, edē-
ti à non edentibus, bibenti à non bibentibus, lo-
quenti à silētibus. Denique dissoluto & animi
remisso, à sollicitis, & accinctis. Hoc enim pa-
cto nec tute inflammatus absurdū quicquā pa-
tieris, nec alium commetus afficies molestia.

Litigare & contendere cum ubique indeco-
ram est, tum inter pocula maximè. Nam neq;
ebrius aliquis docere sobrium potest, neque so-
brius ab ebrio persuaderi. Vbiunque igitur nō
adsuerit sobrietas, tandem nequicquam te con-
tendisse apparebit.

Cicadæ animal sunt, musicum: cochleæ verò
mutæ. & hæ quidem humectari gaudent: illæ
verò caleſcere. Rursum hæ quidem ros elicit,
eiusque gratia prodeunt: illas autem solis vigor
excitat, & in ipso cantillant. Quamobrem si
vulneris vir esse musicus & concinnus, cum ti-
bi vino irrorata fuerit anima, tunc ipsam non
sines egressam inquinari. Sed cum in confes-
sibus à ratione fuerit accensa, tum raticinari
eam, & canere iustitiæ oracula inbebis.

Homi-

Hominem qui cum conuersaris, tribus modis
considera, nempe ut præstantiorem te, aut infe-
riorem, aut æqualem. Præstantiori quidē auscul-
tare & obtemperare conuenit. Inferiori non ob-
temperare. Æquali autem consentire. Hoc
sanè modo nunquam in contentionem incidēs.

Melius est, veritati concedentem vincere opi-
nionem, quàm locum opinionī dantem à veri-
tate superari.

Veritatem inquirens, non omnibus modis vi-
ctoriam quæres. Inuenta autem veritate, eris
inuietus.

Veritas apud sese vincit, opinio autem apud
exteros.

Melius est cum vno libero degentem, intrep-
dum & liberum esse, quàm cum multis seruire.

Quod pati refugis, eo fac te ipsum ne afficias:
fugis autem seruitutem, caue igitur subiici.
Nam si seruitutem subieris, ipsemet iam antea
seruus esse videberis. Neq; enim malitia quic-
quam habet cum virtute commune, neque ser-
uitus cum libertate.

Quem admodum sanus ab ægri ministro trahi
sibi, & familiares suos egrotare nolle: ita ne-
que liber aliquis sustinuerit seruos sibi inservi-
re, aut eos quibus cum agit, seruitutem pati.

Quisquis vuleris sciunctus à seruis esse, ipse
te primum à seruitute absolue. Eris autem
liber, si solutus fueris à cupiditatibus. Nam



neque Aristides iustus, & Epaminondas deus, Lycurgus autem seruator appellati sunt, diuitiis abundantes, & seruitute detenti: sed quia tenui fortuna contenti, Graciam à seruitute in libertatem asseruerunt.

Si domum cupis bene habitari, Lycurgum Spartanum imitare. Sicut enim ille non murus urbem muniuit, sed virtute ciues instruxit, & urbem perpetuo liberam conseruauit: ita tu quoque non magnum vestibulum circunda, nec turres altas erige, sed potius inhabitatores beneuolentia, fide, & amicitia confirmes, & nihil noxi domum ingreditur, ne si uniuersa quidem malitiæ turba restiterit.

Ne tabulis & picturis domum tuam circunda, sed temperantia ipsam depinge. Illud enim alienum est, & oculorum modo iucunda prestigiatio. Hoc verò, indelebilis, æternisque domui ornatus existit.

Pro bouum armentis studium tibi sit, amicorum greges domi tuæ congregari.

Veluti lupus animal est cani simile: ita & adulator, & adulter, & parasitus amico similis est. Animum igitur aduerte, ne canum custodum vice perniciosos lupos nesciis admittas.

Operam quidem dare, ut domus incrustata gypso albedine sua resplendens, in admirationem spectantes trahat, hominis est imperiti.

Inoz-

Ingenium verò comoda familiaritate lustrare, honestatis humanitatisque studium testatur.

Si res paruas ammireris, contemnes magnas: at si spreueris exiguas, ipse in magnam admirationem venies.

Nihil abiecius est luxuria, auaritia, arrogantiæ. Nihil autem prestantius magnanimitate, mansuetudine, humanitate, & beneficentiæ.

Allatis sibi pecuniis ab Alexandro, exceptisque suo more, illis qui attulerant, renuntia-
ri Alexandro iussit, quam diu hoc modo viveret, non opus sibi quinquaginta talentis fore. tantum enim ille miserat.

Quorumuis hominum refert nosse seipsum, & Heraclitum sibi moderari prudenter.

Vir inebriatus vacillat, & ab impubere puero ducitur, animam habens humidam, ignarus quorsum eat. Est autem anima sicca, sapientissima & optima.

Mulieres Iberorum quotannis telas suas publicè proponunt: viri autem, quæ ipsorum susfractis plurimum elaborasse visa fuerit, illi maximo honorem deferunt. Habent quoque certæ mensuræ zonam, qua si venter alicuius cinctum, gi nequeat, turpe habetur.

Moderati viri, qui cauta mente letam fortunam, dubiam reputant, & instabilem: si dis in cœco quid infortunij inciderit, sapientius forte non merentur.

Xenocratis.

Eiusdem.

Ex histo-

Thucydidi-
ne Lacedæ-
moniorum.



Menedemus, cum iuuenis quidam dixisset, magna res est assequi, quæ quis desiderat: dixit, multo maior est, omnino non desiderare ea, quibus nihil indiget.

Platonis
in apologia
Socratis.

Nemo enim scit vtrum mors summum bonorum omnium contingat homini: metuent autem perinde, ac si eam scirent maximum esse malorum. Cui verò dubiū esse debet, quin hæc ipsa inscitia sit maxime vituperanda, per quam aliquis se putat scire, quæ nescit? Ego autem ò viri in hoc forsitan à vulgo hominum differo: ac si qua in re sapientio rem me aliquo esse dicent, in hac vtiq; dicere, quod eam haud sufficienter quæ sunt apud inferos, norim, similiter me non nosse cognosco.

Eiusdem
paulo post.

Nihil enim aliud agens circumeo, quam suadens immioribus senioribusque vestrum, neque corporum, neque pecuniarum, neque aliarum omnino rerum curam prius vehementiusque, quam animi habendam esse, vt quam optimus sit, docens, non ex pecuniis virtutem, sed ex virtute pecunias, aliaque bona omnia & priuatim & publicè hominibus provenire.

Ibidem paulo post.

Sed ne hoc feceritis. Scitote enim, si me occideritis talem, qualem vobis modo dicebam, non me lesuros esse vos magis, quam vos ipsos. Me quidem neque Melitus neque Anytus vquam ladet. Neque enim posset. Siquidem nefas est, vt arbitror, meliorem virum à deteriore ledi.

Ledi. Interficere tamen possunt, vel pellere, vel contumelia quædam afficere. Eiusdem in tertio

Sed neque in risum nimium profusus nos esse Reipublice, non pro-
sportet. Nam effusum risum vehemens mutatio sequitur. Ita mihi quoque videtur. Nō igitur admittendum est, quando quis summe auctoritatis viros in risum solutos inducit, & multo minus, quando deos.

(Affectus aliquis irget prestantissimos.)

Quid autem? Temperantiæ nihil opus erit nobis iuuenibus? Quid mihi? Est autem, quod plebem attinet, hæc utilitas præcipua temperantiæ, vt magistratui quidem obediatur, imperet autem voluptatibus, quæ in cibo potuque, & veneratoris consistunt. Assentior. Ibidem.

Earum voluptatum cupiditatumque, quæ non necessarie sunt, videtur mihi quædam legibus in principio 9 de
repugnantes omnibus inesse quidem: legibus pio 9 de
autem & melioribus cupiditatibus pariter, cum Repub.
ratione castigatæ, in quibusdam hominibus vel omnino obsolescere: vel addeò reprimi, vt raræ admodum exilesque reddantur: in aliis autem vehementiores frequentioresque eucdere. Quas potissimum istas vocas? Quæ in somnis sepius excitantur, quoties animi pars illa quæ rationis particeps mansuetaque, & illius domina est, dormit: ferina autem & agrestis, cum sit immoderato potu atque pastu repleta, exultat, titatque excutere somnum, & solis libidinis indul-



gere. Tunc quippe nihil est, quod non audeat, veluti soluta & libera omnibus recediendi a prudentiâq; præceptis: ut aut cum matre corpus miscere nitatur, aut cum quouis alio homine, vel Deo, sepe & belua: atque etiam trucidare aliquem, & impiè cruentari, & à nulla profusus voracitate abstinere: nec, ut breui complectar, ab ulla insania vel impudentia temperare. Vera nimium loqueris. At cum quis rectè moderatèq; habens, quieti se tradiderit, ea parte animi in qua est ratio, excitata & recta, saturatèq; bonarum cogitationum epulis, & ad seipsam contemplan-do conuersa: ea verò qua voluptate alitur, nec inopia pressa, nec satietati affluenti, ut quiescat maxime, neque optimam partem illam aut gestièndo, aut mœrendo perturbet, sed sinat eam per seipsam solam ac puram considerare, indagare atq; percipere quicquid ignotum hæcenus vel presentium, vel præteritorum, vel futurorum: illa etiam tertiam partem animi, in qua irarum estuat ardor, sedata atque restricta, vsque adeò ut nulli insensata quiescat: atque ita inquam, partibus quidem duobus pacatis, mente verò erecta, somno se comparet: tunc demum mens pura veritatem attingit, neque in somniorum visa nefaria sese obliuunt. Sic profusus existimo. Quid plura? Id summam volumus, iniquique speciem quandam inesse cupiditatum ditam, agraestem, inquam

iniquam, atque etiam in his qui inter homines maxime moderati videntur, quod in somnis fit manifestum.

Quævis actio sic se habet. Ipsa per sese nec Einsdè ex honesta, neq; reprehensibilis est, ut quod nos in Symposio presentia facimus, aut bibere, aut canere, aut colloqui, nihil horum in sese laudandum est: sed modum actionis sequitur. Nam si quid bene rectèque agitur, honestum est: aliter verò, turpe. Sic etiam amare, & amor non omnis est honestus ac laude dignus: sed is tantum, qui ad amandum honestè impellit.

Etenim quemadmodum apud nos de amanti-bus lex illa relata est, qua dicitur, nullum voluntarium amatoris in amatum obsequium, adulatorium & infame putandum: sic & alia quedam secundum legem voluntaria seruitus restat, quæ infamiam nullam subit. Hæc autè est, quæ circa virtutem versatur. Nam nostris legibus est institutum, si quis velit aliquem colere, putans per illum vel sapiètia quadam, vel in alia quauis parte virtutis proficere, hæc rursus voluntariam seruitutem neque dedecori seruienti fore, neque adulationem vocari debere.

Optimum fuerit, nullo circa voluptates stupore sed leniter ac modestè tantum affici.

Concedamus quoque si vis, vaticinium futuri Idem in conscientiam esse, & temperantiam illi præsidètem vanos ostentatores vitare: veros autem va-

Ibidem.

Einsdè in Phedone.

Idem in Charmide.



tes ad futurorum praedictionem eligere. Ita profecto genus hominum institutum, quod scite ageret, viveretque, assentior. Nam custos vite hominum temperantia, nunquam subrepere insittiam, & viribus rei suae permitteret.

Platonis in
Gorgia.

Est autem, ni fallor, quod nunc affers eius sine di voluptatum: alias quidem bonas esse, alias vero malas. Nunquid? Proculdubio. Bonae vero, nonne quae vitales? male autem, quae noxiae. Ita certe. Vitales autem, quae boni aliquid afferunt: noxia vero, quae mali nonnihil? Assentior. Num igitur tales dicitur, velut in corpore, quas modo dicebamus edendi bibendique voluptates? Nunquid ex his illa quae valetudinem praestant corpori, aut robur, aut aliam quamdam corporis virtutem, bonae sunt: quae contrariae, male? Profectus. Et dolores eodem pacto alii boni sunt, alii mali? Nihil prohibet. Bonae quidem voluptates, & dolores bonos eligere oportet, & prosequi. Profectus. Contra vero, nequaquam. Manifestum est. Nempe alienius boni gratia nobis agenda sunt omnia. Quamobrem bonorum causa oportet & alia & voluptates sequi: non autem bona, causa voluptatum. Omnino. An ergo cuiusvis est eligere, quae nam ex rebus quae delectant bona sint, quae ne mala? An potius artificiosi vitae opus est utrunque? Artificiosus. Recordemur

ergo ego illorum, quae ad Polum Gorgiamque dixi. Nam si meministi, esse facultates quasdam preparatrices dicebam: alias quidem resque ad voluptatem duntaxat, quid melius deteriusve sit, ignorantes: alias vero, quid bonum malumve sit cognoscentes. Ponebam praeterea earum quae circa voluptates versantur, coquinariam circa corpus peritiam, sed non artem: earum vero quae ad bonum intendunt, medendi artem.

Equidem ita statuo, & vera esse assero. Quod si igitur vera sint, ei qui felix, ut decet, futurus est, exercendam sectandamque esse temperantiam: imperantiam vero, quantum quisque pedibus valet, fugiendam. Opus est enim ita se preparare, maxime quidem ut castigatione nihil egeat: sin indigerit, siue ipse siue aliquis familiarium, siue privatus quispiam, siue civitas, puniri & castigari debet.

Ibidem.

Idem de omnibus animae facultatibus assero, Iamblichi nempe mutua earum commoderationem, & ex epistola ordinem convenientem, ut parvis irascibilis, & ad Aretē concupiscentis, & rationalis, optimum & maxime decorum animae statum esse. Quod si earum partium, siue facultatum regnandi & obediendi debita fiat administratio, temperantia modis omnibus enascetur.

Porphyrus dubitat, an per dictum hoc, Nosce teipsum, nihil aliud insinuetur, quam si



quis diceret $\sigma\omega\phi\iota\tau\epsilon\iota$, id est, mentem & prudentiam serua. Verba eius quæ in sermone infra de Cognoscendo seipsum.

Sophoniste dicebantur viri per singulas tribus decem suffragiis creati, quorum erat censere & moderari iuuentutis mores.

Definitio- Temperantia, est anime partium mutua
nes quædã, consensus:
quarũ au- Temperantia est imperium in voluptates.
tores nomi- Temperantia est vniuersale cognomen om-
nati non nium virtutum.
sunt.

Posterioris Græci $\sigma\omega\phi\iota\sigma\tau\acute{\iota}\nu\upsilon$ vocant virtutẽ quæ circa voluptates & dolores versatur. Homerus autẽ hoc vocabulo $\sigma\omega\phi\iota\sigma\tau\acute{\iota}\nu\upsilon$, id est, prudentiam integram intelligit, quam obrem stultitiæ contraria est: & $\sigma\omega\phi\iota\sigma\tau\acute{\iota}\nu\upsilon$ stulto contrarius, quemadmodum & $\pi\epsilon\iota\sigma\tau\acute{\iota}\nu\upsilon$, id est valde prudens.

Temperantia est columna fortitudinis, Galea contra lasciuiam, oculorum auriga, beneuolentiæ custos, cogitationum circumsisio, luxuriæ castratio, à naturæ desiderijs resurgens effervescenti animo contraria, opera turpia impedit, continentiam promouet, cor flelit, precibus & votis rationem cui regulam adhibet.

DEIN-

DE INTEMPERANTIA,

SERMO VI.

SOPHOCLEM grandem natu interrogabat quidam, num adhuc rem haberet cõ uxore: at ille, Bona verba inquit, libentissimẽ effuzi hanc libidinem, tanquam rabidum & ferum dominum.

Antisthenes dicebat, eas quæ per fores non ingrederentur voluptates, necessariõ nec per fores iterum egredi: opus itaque fore, aut secari, aut veratro purgari.

Diogenes dicebat plerosque vinos quidem se ipsos putrefacere balneis humectantes, & reuenera tabefacientes, morientes autem demum mandare corpus in suffimentis aromaticis recondi, alios etiam in melle ne cito computrescant.

Diogenes dicebat, earum domorum in quibus copia alimenti, multos esse mures & feles: sic etiam corpora quæ multum cibi capiãt, morbos quoque pares asciscere.

Diogenes ad quendam iuuenem supra modõ sese comentem: Si quidem, inquit, ob viros, infelix es: sin ob mulieres, iniurius.

Eryximachus coitum, breuẽ comitalem esse dicebat, ac tempore tantum differre.

Vbi dulce est, propẽ alicubi etiam triste. *Vo-* Antiph^{is}
luptates enim non ex seipsis progrediuntur, sed iis.



sequuntur eas dolores & molestiæ.

Musonij.

Fons & origo male viuendi, non refugere obscena, & turpia loqui.

Socrates dicebat perinde facere adulteros, ac si qui nolint ex aqua supernè profuente bibere: sed ex illa que in fundo subsedit, ac deterior est.

Solonis.

Voluptatem fuge, que in posterum dolorem parit.

Democriti.

Nomnulli vrbibus quidem dominatur, vrbibus autem seruiunt.

Platonis ex Phædone.

Sanè quidam vocant intemperatiam seu luxuriam, à voluptatibus regi.

Eusebij.

Eorum qui fœdis voluptatibus dediti sunt, nullum tu liberum ducas. Hi enim multo seruioribus dominis, quàm sint qui fortuna seruos comparant, possidentque cogentibus eò seruiunt.

Crapula corpus pinguescit, stuporè inducit, animi verò quod optimum est, rationem sapit.

Eiusdem.

Animæ corpus hominis dii iunxerunt, vt animæ corporis seruitio vteretur. plerique autem contra faciunt, corpori ad omnia, atque adeò solà ipsius obsequia, id quod potius est deteriori, & mortali immortale, animam subiciunt.

Eiusdem.

Intemperantia animam corrumpit, & corpus perdit, quod sanè voluptatis gratia, vsq; ei gratum fiat, coget illam à quo habetur turpissima queque facere.

Velut

Velut venti nauem correptam, huc illuc ferentes quassant, & inobedientem efficiunt gubernatori: itidem animam agitans, & menti immorigeram esse cogens intemperantia; tranquillam esse, & in tranquillo ac tutissimo ceu portu quiescere non permittit.

Eiusdem.

Tu mihi dic quid sit dicendi libertas. Tunc loqueris inter homines, tanquam homo, & in vniuersum ita ambulas? an eundem cum aliis aerem hauris, dic mihi qui adeò luxu corruptus es?

Philemōis.

Quisquis rem turpem appetere sibi indulget, ille eam etiam designabit opportunitatem nactus.

Cleitantis.

Vnde tandem nascitur genus adulterorū? Ex viro in venereis nimium obæso & sanguine redulante.

Eiusdem.

Non est adultero vllum maius malum, in aliorum enim infortunis delicias querit.

Euphronis.

Atqui quicumq; vitam sic agunt, vt carnè saginent, si destituantur pecuniis, mali erunt ciues. necesse est enim eum qui assuetus sit vètris ingluuiis, sui similem permanere.

Euripidis.

Antiope.

Nunquam seruum voluptatis te ipsum facito. Libidinosè mulieris istuc est, haud viri. Fuge voluptatem, que ferat in posterum damnatum.

Anaxanto.

dridæ.

Alexidis.

Non est adultero vlla res preciosior: morte enim est venalis.

Menandri.

in ira.

Eiusdem. Probrum est turpis vita, tametsi suavis sit.
Aristophonis in Med. Meretricum nanq; ceu sacra domus non omnibus patent, sed inaccessa sunt iis qui nihil habent.

Apollodoro in calumniatore. Et ianua clauditur vectibus: nullus autē super tam munitum effecit ostium, per quod selet & adulter non ingrediatur.

Bathonis. Cum & alia multa sint in vita, ob quæ omnes merito perturbamur: Potissimum tamē mihi bilem cient, qui dicunt se mores valde amare, ac putant nos non intelligere, quod & fictis verbis narrant, nec verè. Quid enim per minervam obsecro, differunt mores adolescentum & imberbium à moribus hispidorum & ætatis pronectæ?

Phœnicidæ.

Per Venerem, non possum amplius Pythias meretriciam agere vitare. Valeat, ne mihi octinas, Ex cidi: nihil ad me, desistere volo. Statim enim ut ingressū suū, illum quæstum amatorē habuī militem quendam, hic vsque pugnas referebat: ostendebat inter narrandum vulnera, sed nihil assererat. Munus nescio quod à rege se accepturum dicebat, atque eadem semper dicebat, Pro isto, quod dico, munere ductauit me toto selestus anno gratis, Dimissi hunc, & alterum medicum nancisco: hic plurimos introducens secabat, vrebatur, pauper erat, & carnisfex. Grauior hic altero isto mihi visus est: illi enim narrationes exponebat

io

iucundus, hic verò faciebat mortuos. Tertio copulauit me fortuna philosopho, barbam habenti, & pallium, & sermonem: in manifestum incidit malum. Nihil enim dabat: & si quid peterem, respondebat, Non bonum esse argētum. Esto malum: propter id dā mihi, abiūce: non parebat.

Nec ignem vestimento oculare possibile est, Socratis. nec sædum peccatum tempore.

Ignem quidem ventus, amorem autem con-Eiusdem
suetudo accendit.

Diogenes irridebat eos, qui cellas promptuaris obserant vectibus, & seris & signaculis: mi corpus autem suum multis fenestris & ianuis aperiuunt, per os, & pudenda, & aures, & oculos.

Zenon incusabat plerōsq; inquiring, Cūm laboribus voluptates capere, eos ē popini potius petere.

Musonius dicebat extrema impudentiæ esse, Musonij. in subeundis vel sustinendis quidem laboribus memuisse corporis imbecillitatis, erga voluptates autem obliuisci.

De Euripide quidam dicebat, quod osor mī Ex libris
lium esset. Et Sophocles insert. At non in Serini.
lecto.

Cleantes dicebat, si finis est voluptas, in malum hominibus prudentiam conferri.

Intemperantia verò est vitium partis con-Aristo. de

m 5

virtutibus, cupiscibilis, quo appetunt frui voluptatibus illicitis.

In eodem.

Intemperantiæ verò est, eligere perfruitionem voluptatum perniciosarum & turpiù: & existimare eos vel solos bene & feliciter agere, qui in talibus voluptatibus viuunt: & esse amantem risus, & amantem cauillorum & studiosum faceri & lepidi sermonis, & in verbis leuem, & in factis esse. Cui sequitur autem intèpe rãtia, perturbatio ordinis, impudètia, indecètia, luxus, socordia, negligentia, incuria, dissolutio.

Diogenes, à diis quidem, ait, sanitatem præcatur: omnia autem pleriq; contra quàm valetudini conducant, faciunt.

Crates visa aurea imagine Phrynes scortis Delphi erecta, exclamauit. Hoc Græcorum incontinentiæ trophæum erectum est.

Aesopus ad eum qui forma male utebatur, dixit: Quali veste amictus, male eam exuis.

In Philos.
sermone.

Atqui intemperanter agere iam olim vitio datur, quia in ea relaxãtur fræna cupiditati vt libera sit vltra quàm par sit.

Plutarchi
ex li. cõtra
voluptatè.

Quia corpora resoluit voluptas, in dies emolliens delitius, quarum assiduus vsus tollit rigorem, relaxãt vires eorum, vnde morborum & lassitudinum copia egregie proficit, & senectæ rudimenta in iuuentute præcludunt.

In eodem.

Fera est mancipans sibi homines, voluptas, sed non fera. nam si aperte pugnaret, cito caperetur.

retur. nunc autem etiã ideo inuisa magis, quod celat inimicitiam, induta habitum benevolentie. Ita q; dupliciter auersanda, & quòd nocet, & quòd, fallit.

Iustas igitur voluptates non iam voluptates In eodem. vel appelle mus, vel agnoscamus, sed curas, obsequia: quæcumq; verò præterea sunt, omnes superuacue & petulantiæ fuerint, & contumeliæ plene, & violentæ: quæ dum varietate blandiuntur, clam ledunt. Lex autè eadem nos nostrãq; teneat quæ & bruta animantia: vt cum expleuerimus desiderium, nihil vltra appetamus, sed satietas sit rerum necessariarum voluptatibus non violentis.

Nun quisquã proditores laudat? at talis est In eodem. voluptas. Prodit, quæ virtutis sunt. Num quis tortores? tale est voluptatibus indulgere, torquet quæ sunt temperantiæ. Num quis auaritiã? insatiabilis est vtraq;. Quid huiusmodi oblectamur bestia? quæ assentando conficit.

Cur non omnibus videntibus luxuriaris, quã In eodem. do & te adeo, ipsum reueritus fugis, nocti solũ & tenebris sine testibus contumeliam & libidinem committens? nemo quippe honestis actionibus caliginem obtendit, lucem earum testem reformidans. Imò totum mundum solem esse optaret, erga ea quæ præclare agit. Vnumquoduis autem crimen nudum conspicicauer, prætercessit affectus iis ergo amputatis, nu-



das intueamur voluptates: sunt ebria ad stuporem, scortantur perpetuo, dormiunt ad negotia, ciuitates negligant, non curam gerunt parentum, non reuerentur leges.

Pythagora Seruire affectibus grauius est, quam tyrānis Nequis liber esse, quisquis affectibus seruit, & affectibus regitur.

Ex lib. Senecæ Plato dicebat, difficile esse inuenire, intemperantibus quidem bonam voluptatem, egrotantibus autem salubrem.

Ex lib. Epicuri Molestos autem philosophos in medium producamus, quibus non videtur secundum naturam voluptas esse, sed accedere natura cōsentaneis: iustitiæ, temperantiæ, liberalitati. Quid et ego anima quidem bonis corporis existentibus minoribus gaudet, & tranquillatur, ut inquit Epicurus, suis autem bonis, quæ sunt maxima, non delectatur? Quis & natura largita est, mihi verecundiam, & crebro erubescere, cum quid turpe dici à me puto: iste me motus nō finit voluptatem statuere bonum, & finem vitæ.

Pythagora Nullus liber, qui sibi ipsi non imperat. Diogenes nihil vilius constare adultero desinit, qui vitæ pfundit ob res drachmar venales.

Diogenes dicebat, homines edere ut voluptate fruantur, nolle autem desinere eam ipsam ob rem.

Cato Maior luxū perstringens dixit, difficile esse loqui contra ventrem, aures non habentem.

Diur-

Diurni somni corporis turbationem, aut ani Democriti. me merorem, aut pigritiam, aut imperitiam denotant.

Cato magno studio & serio agentes in ridiculis, dicebat grauius viris fieri ridiculos.

Coius est breuis apoplexia, prorumpit enim Democriti. homo ex homine.

Romæ mulieres Platonis de Republic. libros circumferunt, quia communes vult esse uxores. Ex epicureti memorabilibus dictis. verbis enim intèr sunt, non sententiæ viri: nam non iubet nubere & cohabitare vnum vni, ac deinde vult communes esse uxores: sed tollens huiusmodi nuptias, ac nouam quandam formam nuptiarum introducens. In summa homines gaudent, si suis peccatis patrociniā inueniant. Siquidem philosophia docet, quod nec digitum porrigere abs re conueniat.

Ex voluptariis ea quæ rarissime contingunt, Eiusdem. imprimis delectant.

Si quis excedat modum, quæ suauissima sunt Eiusdem. ingratiſſima fient.

Pars quidem voluptatis non minima etiam Musonij in re venerea est, quod variis indigent amoribus homines voluptarij, non solum licitis, sed de venereis etiam enormibus & nefariis: nec sceminis tantum, sed etiam maribus, modo hos, modo illos amores reneando paratis & obuiis non contenti sunt, sed raris cupiunt, & congressus indecetes querunt: quæ omnia sanè magna crimina



sunt hominis. Oportet autem illos qui nec voluptarij nimis, nec improbi sint, solam illam Vererem existimare licitam que in coniugio sit, et ob procreationem liberorum fiat: quia & legitima est, que verò nihil aliud quam voluptatis seclantur, iniqua & illegitima, etiam si in matrimonio sit. Coitus autem alij qui adulterio committuntur, scelestissimi: nec quicquam his tolerabiliores ij quibus vir viro miscetur, quia contra naturam est flagitium, quicumque item præter adulterium sunt cum mulieribus non secudum legem, ij ruiuersi turpes sunt, vt qui peragantur per intemperatiam. Nam salua temperantia, haud quisquam poterit cum meretrice rem habere, neque sanè, libere citra nuptias, nec per Ionem ancilla sue, illegitime enim ac indecoræ tales consuetudines, & turpitudines & probrium ingens captantibus eas sunt. Vnde nec agere palam quicquam huiusmodi rerum festinet, si vel paululum erubescere quis queat, sed occultantes & clam (qui nõ omnino sunt perditii ac dissoluti) hæc perpetrant, atqui vel conari vt lateant que quis agat, est satentis se peccare. Sic est per Iouem, inquit. At non sicut adulter iniuria afficit virum, corruptæ mulieris, sic etiam qui cum meretrice aut aliqua non nupta consuescit, quenquam iniuria afficit: nec enim spem proles cuiusquam perdit ille. Ego autem id possim dicere, quod quisquis peccat,

eat, idem & iniuria afficit statim, etiam si proximorum nullum, at seipsum omnino, dum se peiorem exhibet, & magis infamem. Nam qui peccat, quatenus peccat, deterior & magis infamis est. Nam vt omittatur iniuria, at intemperantiam omnino necesse est inesse ei qui succumbit turpi voluptati, & gaudenti contaminari: perinde vt sues: qualis vel maxime est etiam is, qui cum propria ancilla consuetudinem habet, quod nonnulli putant vel maxime culpa carere, quod quinius Dominus ius & potestatem habere videatur agendi cum seruo suo pro libito. Ad hoc simpliciter dico: Si cui videtur non esse turpe, nec inconueniens dominum suæ ancilla miseri, & maxime si sit vidua: reputet quale ei videatur, si hera cui seruo rem habent, an vno videretur intoleranda res esse, non solum si copulata viro legitimo mulier admittat seruum, sed etiam si viro carens istud agat. At viros nemo puto dignabitur vsquam esse inferiores feminis, nec minus posse moderari cupiditates suas, fortiores animo imbecillioribus superiores subditis. Multo nanque præstantiores esse viros conuenit, si modo præesse mulieribus postulant. Si enim appareant esse magis incontinentes & deteriores, (imperare indigni sunt.) Quod autem solius luxuriæ opus sit, herum, enim ancilla conuerti, quid attinet dicere, cum si notum.

Ex libr. de
tonsura.

Dixit etiam perinde virum debere capiti adhibere tonsuram, ut riti adhibemus putationem: nampe solum gratia auferendi quod inutile sit. Capillitium enim esse quoddam tegmen, à natura nobis suppediatum capiti ut barba mento. Barbam verò etiam signum esse viri, tanquam gallo cristam, & leoni iubam. Vnde coma quidem praecidenda, quae diu ex barba verò nihil, eam enim nihil molestare, dum corpus sit sanum, aut non eo morbo laboret, cuius gratia auferendi sunt pili. Rectè enim dictum est isthuc Zenonis, quod eadem de causa tondendi sunt pili, qua etiam nutriuntur, scilicet quatenus natura postulat, ne quis grauetur à coma, nèue turbetur in vlla actione.

Natura enim apparet magis cauere, & auersari defectum, minus autem excessum, tam in plantis, quam in animalibus: eo quod auferre superfluum, quam quod deficit instaurare, multo facilius & proclinius sit. Opus est autem ut in vtrisque ratio hominis naturae optuletur, ut quae sarciat defectus, quatenus licet explere: & ut auferat superflua. Vnde & tondendum est tantum, ut quod nimium est auferas: non etiam ornatus gratia, quod putant nonnulli conuenire, mentum quidem leue facientes, & imitantes imberbes, aut per Iouem modo pubescentes: capite autem non itidem

dem raduntur, sed aliter à fronte, aliterque à tergo. Id cum decor quidam videatur, multum habet deformitatis, neque quicquam differt à mulierum cultu, elegantiaque. Haec enim partes quasdam capillorum plicat, alias verò demittunt rursus, alias alio componunt modo, quo formosiores videantur. Itidem qui sic tondentur viri, produnt se quod cupiant videri pulchri ijs quibus placere student: dum pilos alios quidem omnino tollunt, alios verò fingunt eo modo quo inter mulieres & pueros videtur aspectu pulchri, à quibus laudari querunt. Tam etiam reperias qui eò quod grauetur, tondentur, & radant barbam: aperte illi quidem fracti voluntate, & penitus eneruati: qui non verentur semiviri & mulierosi conspici, quod erat quouis pacto fugiendum, si reuera viri essent. Quod namque sunt pili hominibus onus? nisi per Iouem etiam aibus quispiam suas pennas oneri esse dicere velit.

Sufficiet nunc scientiam esse, quod ad eam re. Plat. i Pro
sponsonem spectat, quam ego & Protogoras tag. circa si
vestrae eramus questioni daturi, Haec autem si nescientiam
recordamini erat questio. Nos quidem cõsensisse esse quae vo
sumus, nihil scientia potentius esse, imò semel
per vbiicumque adest voluptati, cunctisque ceteris dominatur.
ris dominari. At vos obiecistis voluptate se
pe etiam scienti dominari. Quod cum vobis ne
quaquam daremus, statim ita rogastis: Si hoc



ò Protagora & Socrates, non est à voluptatibus superari, sed aliud quiddã, declarate quid sit. Hic si illico respondissemus inscitiam esse, protinus nos risissetis. Nunc autem si nos deridetis, etiam vos ipsos deridebitis. Ipsi enim vos paulo ante confessi estis, defectu scientiæ aberrare illos, qui in voluptatum & dolorum electione delinquant. ea verò bona sunt & mala. Neque defectu scientiæ tantum dixistis, sed addidistis etiam, defectu scilicet scientiæ metiendi. Actio autem erras, & quam scientia non regit, ut & vos non latet, ab inscitia provenit. Quapropter quod dici solet, à voluptatibus superari, extrema inscitia est.

Eiusdẽ in Socrates. Secundum quodlibet igitur horum Philobonum de voluptate & sapientia indicemus. Viciniam enim, utriusque quodque trium cognationis de voluptate asseramus. Protarchus. Num de pulchritudine & prudẽtia, veritate, mensuramque loqueris? Socrates. Certè. Primum igitur veritatẽ sume Protarche. cumq; sumptis, ad tria iam respice, nempe bono contentem, veritatem, voluptatem: & postquam dignationis & maturè considerationis, tibi ipsi respondeas, utrum preciosior sit. voluptas an mens veritati propinquior. Protarchus. Et quod rochius. Quid diuturna meditatione opus est? voluptas in permultum, ut arbitror, interest. Voluptas enim quanto ac vel maxime omnium temeraria. fertur enim de rectissimo bono-nereus voluptatibus, que incentissimè omnium gradum gradu estimantur, quod peccantibus illis, diu profusus sit.

ignoscunt, quasi pueri quidam sint, nullius intelligentiæ compotes. Mens autem aut idem est quod veritas, aut omnium certè simillima, atq; verissima. Socrates. An posthac mensuram illam moderationemque considerãdo restat, voluptasne an sapientia eius sit capaciore? Protarchus. Id quoque quod nunc inferis, exploratum facile est. Reor equidem nihil voluptate, eiusque exultatione immoderatus invenire posse, nihil contra, mente & scientia moderatus. Socrates. Præclare, verumtamen tertium quoque responde. Mensne pulchritudinis magis est particeps, an ipsa voluptas? Quidne pulchrius, an mens voluptate, an contra? Protarchus. Mentem quidem & sapiẽtiam ò Socrates, nemo unquam, aut revera, aut falso deformem vel vidit, vel aliquo pacto cogitavit, aut fuisse unquam, aut esse, aut deinde futuram. Socrates. Rectè. Protarchus. Si quem verò voluptates præsertim maximas profecquerẽ aduertimus, vel quod ridicule, vel quod obfæcne sunt, ipsi quidem erubescimus, atque celamus, non estis tenebris talia concedentes, quasi sereno diurni luminis indigna conspexerint. Socrates. Cunctis igitur ò Protarche, et per nuncios, & voce præfenti declarato, quod voluptatis possessio neque primum est, neque secundum bonum. Sed primum circa mensuram & moderatum, & oportunitum, & quecumque talia sempiternam



quandam naturam sortita esse putare decet. Protarchus. Apparet utique ex iis que modo sunt dicta. Socrates. Secundum deinde circa commensuratum & pulchrum, perfectum atque sufficiens, & quodcumque huius ordinis sunt. Protarchus. Videtur. Socrates. Tertium, ut ipse vaticinor, si mentem sapientiamque posueris, haud procul à veritate distedes. Protarchus. Fortè. Socrates. Quarta verò sunt que ipsius anime propria posuimus, scientia & artes, opinionès que recta: que ideo tribus illis statim succedunt, quia bono sunt quàm voluptati cognatióra. Protarchus. Forsitan. Socrates. Quinto loco pone voluptates eas, quas expertes molestie definitinus, quas puras nominabamus anime ipsius scientias, sensus autem sequentes. Protarchus. Fortassis. Socrates. In sexta verò progenie, inquit Orpheus, cantilene ornatum finitè. Nostra quoque oratio in sexto iudicio finire videtur.

Ancilidis.

Est autè somnus alter quidem iunior & puerilis deus, facilis persuasus ac declinatus; alter autem canis & senex, grandævis hominibus potissimùm innatus pertinax & inexorabilis. Ab hoc deo difficile est liberari, si semel aduenerit; neque enim verbis quicquã attendit, neque audire omnino potest; surdus quippe est, neque rursus ostendendo es quicquam demonstraueris, & osulù subieceris: quippe cum cæcus sit.

DE FORTITVDINE,

SERMO VII.

IDVCIÀ autem contra calamitates multum valet. Euripidis ex Bellerophonte.

Licet etiam occumbentem, virtutem Eiusdè in Aegæo ostendere in morte.

Turpe etenim, virum optare longam vitam, cui nulla malorum vicissitudo sit. Quid enim inuat dies dies additus, atque mortem procrastinã? Huius nõ facio hominè, qui spe bona fouetur. Sed aut bene viuere, aut honestè mori. Sophocles 7 Aiace.

Ingenuum decet. Omnem iam habes sermonè. Cum quid sanctũ agis, bonã spem tibi propone, certus quod conatũ iustum etiã deus adiuvat. Menãdri.

Vnum hoc tibi pronuncio, ne ad seruitutem Vnum hoc tibi pronuncio, ne ad seruitutem Euripidis 7 Archelao

inquam viuis libens accedas, si liceat tibi libero oppetere mortem.

Papæ generosos ut ubique decet signum impressum & nota egregia magnanimitatis. Eiusdè in Danaë.

Virorum enim fortium pectus non languescit. Sophocles 7 Eriphyle.

Quisquã audacter periculum adit, recta quidem & lingua est, & mens firma, certaque. Idem in Creusa.

Vtrum sanè vtilius, an esse prudentem sine audacia, an audacem & furentem? Alterum quidem horum inhumanum est, sed mala repellit: alterum verò tranquilla res: in vtroque tamen est vitium. Euripides 7 Hercule.

Aeschylus Viri enim septem feroces ductores cohortū,
 taurum maclantes, in scutum ferro compactū,
 & attingentes manus bouinum sanguinem.
Martem & Bellonem, & sanguine gauden-
tem Metum sancte iurauerunt, aut vrbe euersa
 perdituros se oppidum Cadmeorum vi: aut ter-
 ram mortuos prius commixturos sanguine. Se-
 pulchra autem suis parentibus domi ad plau-
 strum *Adrasti* manibus coronarūt, lacrymas
 fundentes: luctus nullus erat in ore, *Bellicosus*
 enim animus fortitudine ardens spirabat, tan-
 quam leonum, *Martem* tuentiū. *Hæc* ipso sta-
 tim factō comprobant. Sortitos autem relique-
 runt, vt sorte quiuīs illorum ad portas ducat
 manipulum.

Mimmer-
mi.

Non quidem illius robur, & animum fortē.
 Similem iis qui ante me fuerunt, credo: qui ip-
 sum viderunt.

Lydorum equitum confertas disturbare pha-
 langes, *Hermi* per campum virum hastatum,
 Illius quidem nunquam omnino culpauit *Pal-*
lus Minerua, acre robur pectoris: quando in
 prima acie furebat, atq; sanguinary in pugna
 belli acerba per vim repellentis hostium tela.
 Non enim illo hostium alius præstantior vir
 erat, percurrendo pugne valida opus, quando
 luce fruebatur solis velocis.

Melinnus
 vel potius

Salue mea Roma, filia *Martis*, aurea mitra
 decora, bellicosa regina. *Augustum* vtinam
 sis

sis super terre *Olympum*, semper infracta tibi *Erimue*
 soli antiqua ea largita est *Parca*, gloriam fir-
Lesbie in
 missimi regalem imperij, vt præpotens habens *Roman.*
 imperium, modereris & ducem agas. *Tuo* au-
 tē sub iugo qua habent fortia lora pectora ter-
 re & cani maris constringuntur. Tu autem
 tuto gubernas vrbes populorum.

Omnia autem quod labefactat tempus, &
 immutat vitam variis vicibus rerum, tibi soli
 secundam ventum imperij non mutat. Certē
 enim inter omnes tu sola fortissimos viros bel-
 latores egregie paris, scēdum *Cereris* vt com-
 portes fructum a viris.

Non quidē mihi fugienti dorso hastam infu-
 ges: sed ex aduerso ruenti per pectora adige.

Socrates interrogatus, quid robur esset: dixit,
 Motus anime cum corpore.

Ob hoc merito laudāndus *Agrippinus*, quod *Epicleti*.
 in magno precio cum haberetur, nunquam lau-
 dauit seipsum: sed etiamsi alius quispiam cum
 laudibus reheret, erubescēbat.

Hic etiam, ait, talis vir erat, vt eius quod
 illi accidisset mali, encomium scriberet: si quidē
 febrēt, febris: sin notaretur infamia, infamia,
 si exularet, exilij. Et quondam ei iamiam præ-
 suro superuenit qui diceret, quod eum *Nero* pro
 scriberet: & ille ait, Ergo in *Aricia* prandiū
 sumemus.

Diogenes nullam bonum dixit esse laborem,

cuius finis non sit magnanimitas, & intentio
firmitasque anime, non autem corporis.

Thucididis
è concione
Periclis.
Nam tranquillitas & ocium nequit seruari,
nisi iungatur promptitudo & alacritas in
agendo.

Antigonus autem dixit, summa bona magnis
malis non cavere.

Dicebat autem **Chrysippus**, Dolere quidem
sapientem, sed non torqueri, seu cruciari: nihil
enim submitti animo. Ac agere quibusdam,
non ita tamen ut admittat.

Democriti Fortitudo dispendia minuit.

Musonij. Et si vitale in primis cupias assequi, noli ta-
men iniquo animo ferre presentes casus, repu-
tans tuo cum animo, quam multa iam tibi in
vita, non ut tu volebas, acciderunt, sed ut con-
ducebat.

Eiusdem. Arripe mortem honestam dum licet: ne pau-
lo post mori quidem tibi necesse sit, at honestè
non amplius liceat.

Eiusdem. Non potest qui multorum cum utilitate vi-
xit, digna morte cadere, nisi plurimorum cum
fructu & vsu etiam moriatur.

Democriti Fortis est, non qui hostes modo superat, sed
& qui voluptatibus superior existit.

Aliqui autem licet civitatibus imperent,
mulieribus seruiunt.

Plato dixit, viros bonos vita non longa, sed
clara & illustri opus habere.

Darius

Darius ille **Xerxis** pater, seipsum laudans
dicebat, in bellis, & in rebus periculosis fieri se
prudentiorem.

Lacena mulier, filio in acie claudò factò, & **Ex Dio-**
id molestè ferenti, Non, inquit, ò fili doleas: in nis **Christis**,
quouis enim gressu propria virtutis recorda-
beris.

Anaxarchus **Physicus**, dicente ei **Alexà** **Ex Aristo-**
dro, Suspendam te: Minare his, inquit, è vul-
tatu **Christis**,
go: mea autem nihil interest: super terramne
an infra terram computrescam.

Gorgone **Lacedæmonia** **Leonide** vxor, filio **Ibidem**,
in militiam proficiscenti scutum dans, inquit:
Aut hoc, aut super hoc.

Iustitiæ laus & gloria, mentis fiducia & **Democriti**
animi bonus status: iniustitiæ autem fuga, ca-
lamitatis terminus.

Magna quippe res, etiam magnis cum peri-
culis volunt percipi. **Herodoti**
histo. lib. 7

Dicat forsitan quispiam, an nõ pudet te ò **So-**
Platonis ex
crates, quod tale studium exerceas, quod tibi apologia
necem iam conciliet? At ego illi iustum ser-
Socratis,
monem respondero. Mi homo, non rectè loque-
ris, si putas oportere periculi rationem habere,
seu vitæ, seu mortis, virum, cui vel modica uti-
litas sit: ac non hoc potius spectare, cum agit
aliquid, utrum iusta an iniusta agat, & viri
boni opera aut mali.

Atque animositate nullus dolus contra pe- **Thucididis**

in concione
Cnici.
Eiusd. ex
epitaphio.

ricula valet. metus enim memoriam stupefacit,
dolus autem sine ea nihil prodest.

Acerbior namque viro preclato mente animi
fracti cum timore afflictio videtur, quam ea
mors que cum robore & communi spe obruit
sine sensu doloris.

Ibidem.

Hoc enim pre ceteris primum habemus,
ut & audeamus ipsi maxime, & deliberemus
de his que aggressuri sumus, nam ceteris imperi-
tia audaciam, consultiatio autem pigritiam affert.
Prestantissimi autem animo iure censi queant,
qui cum dura & iucunda liquido cognorint,
tamen propter illa a periculis non declinant.

Zenoni.

Zenon Eleathes a tyranno tortus, ut indicat
ret coniuratores: Si fuerunt, inquit, certe tyran-
num agebas.

E Nicolai Ombrici in pugnis aduersus hostes, turpissi-
de moribus mum ducunt victos vivere: sed necesse est aut
collethaneis vincere, aut mori.

Eiusdem.

Celæ Oceano vicini, turpe est in pariete
aut domum corrumpentem fugere: inundatione au-
tem externi maris aduentante, armati occurren-
tes sustinent donec vndis obruantur, ne videan-
tur fugiendo mortem permissere.

Iacobli ex
epist. ad O-
lympium de
fortitudine

Fortitudo primaria intelligatur quecumque
immota intellectualis facultas, & maxime vi-
goris intellectualis actus, mentisque constantia,
& immutabilis habitus intra sese. huiusmodi
sanè fuerint species que in vita spectantur for-
titu-

titudinis, siue per se subsistentes, siue suum ro-
bur communicantes ad eum qui in verbis elu-
cet solidum firmumque statum.

Post hæc demum, ea que circa graua & non
Ibidem.
Graua, & circa metum & confidentiam, &
circa voluptatem & dolorem fortiter resistunt
affectibus, & semper cōseruant, easdem rectas
opinionem atque cōpetentes & mediocres habi-
tus animi seruant, & mansuetum reddunt eum
qui rationi pareat, & excitant eum pro tempo-
re: atque his communia ex affectu & ratione,
& electione, iudico esse multiplices fortiundi-
nis species, de quibus in vitam hominum deman-
nat strenuitas rerum agendarum omnino in-
uicta & inexpugnabilis, que sponte honesta
& propter seipsa eligit & peragit, queque bo-
norum causa omnes labores & pericula per-
fert, seque ipsum alacriter dat ad ea que vi-
dentur difficilia, & que mortem meditantur,
subitque magno animo, & cruciatus facile fert
& capefit.

Plato interrogatus, quomodo affectum esse con-
ueniat aduersus calamitates: ita dixit, ut prou-
dens aliquis non incidat in eas: si tamen inci-
derit, condemnationem etiam sui non curet.

Nam vita maxime est facienda, sed bona vita. Eiusdem.
Zenon cum iam senex impingens cecidisset,
pauis, inquit, cur me impellis? ac ingressus, sibi
ipsi mortem conscivit.

Leonides cum audisset solem obumbrari Perse-
farum telis, Gratum, inquit, quod etiam sub
ymbra pugnabimus.

Diogenes cernens Megarenses longos ma-
ros educere. O vos (inquit) nequam, non mo-
lem murorum curate, sed eos qui super muros
collocabuntur.

Agis rex dicebat, Lacedæmonios non in-
terrogare quot sint, sed ubi sint hostes. Et quo-
dam interrogate quot essent Lacedæmonij, in-
quit. Sat multi ad malos arcendos.

Xenophōti in Scialunte coronato, & sacri-
ficanti quidā annunciant Gryllum filium ad
Mantineam præliantē interemptum esse. Ad
is deposita corona rogabat, quo pacto dimicantem
mortuus esset? ad hoc illo dicente, fortissimè
imposita iterum corona, sacrificium peregit.

Demosthe- Mors quidem hominibus est vitæ terminatio,
nes in ora- etiā si quis inclusum in cauea sese seruet. Opera-
tione de co- tet autem bonos viros semper omnia bona capi-
rona. pessere, bona spe sultos, & serre interim quicquid
quid Deus dederit, fortiter.

Platonis. Verum etiam bona capessere decet, & per-
peti quodcunque accidat. In Ilio sacra facien-
ti Alexandro, sacerdos dixit, se ostensurum
Paridis lyram. at ille, imò Achilles, ait, si la-
bes ostende, ac ante lyram potius hastam.

Coriscus admodum senex, cum à quodā gra-
ui morbo conualuisset: Apage, inquit, quam
intra

inuitus reuersus sum, iam magnam partem ite-
neris emensus, quod oportet omnino proficisci.

Cleantes sub lingua vlcere ei enato cibum
nequibat transmittere. Cum verò melius scule-
haberet, & cibum ei medicus adhiberet: Tu
verò me, inquit, vis maiore parte vie superata,
reverti: deinde iterum eandem denno ingredi:
atq; è viuis excessit.

Clitomachus morbo correptus, cum in vetera-
num incidisset, ubi euigilauit, Nihil me (in-
quit) sallet amor vitæ: seq; ipsum enecauit.

Socrati reo Lysias orationem quandam à se
compositam adferens, iubebat ea vti. ad hæc
Lysias adiciens, eam esse elegantissimā. Etiā
rosas ait esse pulcherrimas, at sibi non conueni-
re inde contextum sertum. Morieris igitur, in-
fert Lysias, nisi ista ratione te defenderis. Tum
ille: Certè etiam si nunc deitem, tamè omnino
breui moriar.

Erasistratus ille Chius iam grandævus, huius
cus in pede immedicabile cum haberet: Bene-
habet, inquit, quod patriæ memoria refricatur:
& cicutam cum bibisset, diem obiit.

Demaratus hæc dicit: Quoniam veritate om-
nino in dicendo nos vti iubes, ne quis postea
mendacij conuincatur à te: Græcia paupertas
quidem semper conuulsa conuersatur: Vir-
tus autem aduentitia est, simul per sapientiam
efficitur, simulque inueniuntur & sanctam:



ea dum Græcia vititur, & paupertatem propulsat, & dominationem.

Philippus venit ad Spartam, & ante eam castris fixis, misit nuntios multa & dira minitans, ni faciant imperata. Quidam ergo ex Lacedæmonius, auditis minus, gratiam inquit se ei habere, quod non obstat quo minus pugnantibus liceat mori.

Pyrro exercitum ducente contra Lacedæmonios, & multa minante, Dercyllidas unus ex senioribus, exurgens in concione dixit: Si quidem Deus est qui minatur, non timeamus. nihil enim inuisse agimus: si homo, nōrit quod riris minetur.

Alexandrum Pheræorum tyrannum Thebe mulier iugulauit, itaq; Pheræos asseruit in libertatem. accidit autem, ut illi qui oraculum consuluerant, reuersi, voce perperam enunciata dicerent eis, Ammonem iubere ut Hebes fatuam extruant. Seniorum autem quispiam, obaudisse inquit eos: Ammonem enim Thebes iussisse eadem extrui, quæ ipsos vendicari esset seruitate.

Ex Plut.
narrationi
bus, vel Pa
rallēis.

Darius Persarum rex in Marathone castrametatus est cum triginta myriadibus. Athenienses autem nouem milia miserunt, duces eisdantes Polyzelum, Callimachum, Cynegirum, Militadem. Acie autem inter se concurrente, Polyzelus quidem spectrum supra hominem cum

cum vidisset, visum amisit: & iam cæcus intererit quadraginta octo. Callimachus autem multis undiq; confixus hastis, & mortuus, erectus stetit. Cynegirus autem Persicam vecliam nauem deinens, manu truncatus est. Unde & in eos hæc Pantelæ scripta esse feruntur: O ritum laborem, & insectum bellum: nostro regi quid dicemus obuiam euntes. O rex, cur misisti contra mori nescios hostes? Iacimus, non cadunt: vulneramus, non metuumt. Vnus vir spoliavit totum exercitum. In medio autem cruenta stetit indomiti Martis imago.

Arbor autem velut stat ferrea firmata radicibus, nec vult cadere. Mox autem veniet intra naues: Solue o gubernator, hominis mortui emitemus minas.

Xerxes, cum quingentis myriadibus cum appulisset Artemisio, bellum indigenis denuntiauit. Athenienses autem confusi, exploratorem miserunt Agesilaum Themistoclis fratrem, quannus Neocles pater eius per somnum vidisset, eum vtrunque manum amisisse. Cum autem is venisset ad turbam barbarorum, habitu Persico, Mardonium unum est satellitibus intererit, existimans Xerxem esse. Comprehensus autem a satellitibus, ad regem vinctus perductus est. Cumq; is immolaturus esset bonem super aram solis, dexteram iniecit manū: & cum sine gemitu pertulisset angustiam illo-

Agatastis
de Samy, &
4. rerū Per
sicarum.

rum tormentorum, è vinculis etiam solutus est, dixitq; Tales omnes sumus Athenienses: sin fidem non habes, etiam sinistram immittam. Metu autem concussus Xerxes, custodiae mandari Agesilaum imperavit.

Aristide. Persis cum quingentis myriadibus in Græciam venientibus, Lacedæmonij trecentos ad Thermopylas miserunt, præfecto eis duce Leonida. Hic cum vidisset aduentare hostium numerum, ad socios conuiuantes ait, Sic ò trecenti prandete, tanquã in Platonis domo cœnaturi. Cum igitur venissent in conspectum barbari, Leonidas multis vndiq; fixis iaculis, cum impetu in Xerxem delatus est: cùmque ei diadema abtulisset, ante vulnera obtinuit, & sanguine manans exhalauit animam. Cum autem rex pectus illius dissecuisset, inuenit cor obsumm pilis.

Calisthen. Philippus Macedonum rex, cum triginta in. 3. rerum duo oppida Calcidica suæ ditioni subiiecisset, Methoneos, & Olynthios diripere incipit. Cumq; esset in ponte Sardonis fluij, & in remotiorem ripam traicere anniteretur, à multitudinedine Olynthiorum inhibitus est. Sagittarius autem quidam Aster nomine, arcu intento excecavit Philippum, tali cum dicto, Aster Philippo letiferum mittit telum. Amisso oculo, rex in fluum sese præcipitavit, & ad suos cum enatasset, periculum euitauit.

Atho-

Athenienses cum Thracibus bellum gerentes, imperatorem elegerunt Codrum. Hic cum 2. rerum audisset, quòd hostes oraculum acceperunt, ipsos Thracie potituros esse victoria, si duci parcat Atheniensem: lignarij habitu commisit pugnam cum quibusdam Thracibus ligna colligentibus: & cum fulce letaliter unum ex ipsis percussisset, occidit. At reliqui stratagematis rationem ignorantes, interfecerunt Codrum lubentem: commisso autem prælio, Athenienses victoria potiti sunt.

Lacedæmonij & Argini de agro Thereo, *E scriptis Thefe.* in consinio sito aliquandiu totis exercitijs cõtra sese acies instruebant: tandem visum est ipsis deligere ex vtriusq; trecentos, quibus pugnantibus, penes victores fore ius illius agri. Quo factò, Othryades Lacedæmonius miles multos cum interfecisset, & multis vulneribus factis, iacebat inter cæsos Lacedæmonios, solus superstes. ex Argiuis autem duo, Agenor, & Chromius: quibus digressis Argos, ut nuntiant victoriam, Othryades interim multis hostium spoliatis trophæum erexit, cui illincius vulnere suorum sanguinem, titulum fecit, Lacedæmonij contra Argiuos. atq; hoc præcò, mortuus est.

Eubuli & Aristophante uxores, qui mihi Ex Phal. insidias struxerunt, misisti tanquam perituras: epist. ad Pe & nunc mirari valde quòd iram remisierim. rithenem.



Quod si causam audieris, quod ob ingenuitatis exitium respōsum, nihil à me passa sint, magis etiam admiraberis. Interrogate siquid à me, num conscie fuerint viris insidiarum: Non id solum, inquit, sed etiam simul operam dedisse, ut tyrannum tollerent. Quam ob iniuriam, me sciscitante: Ob nullam privatam, verum ob publicam responderunt. Communem enim iniuriam esse, quod seruitute premantur liberae ciuitates. Rursum me interrogante, quo tandem supplicio afflēt, meritis pœnas mihi luant huiusce cōy: Capitis, addiderunt. Viuere igitur & non mori, statui dignas eas que cum tali virtute mori voluissent.

Calisth. in
2. transfor
mat & plu
tarch.

Iuxta Celanæ urbem Phrygiæ vasto terræ hiatus aque pleno, ob Ionis iram Idæi, facto, multe domus cū ipsis habitatoribus immerse sunt. Itaq; populo periclitante, Midas rex oraculum accepit, coituram terram, si voragini, quod in humana vita preciosissimum est, iniiceretur. Celanitis autem aurum & argentum mundumq; seminarum barathro immittentibus, malo interim minime cessante.

Aggesteus Midæ filius cum secum reputasset nihil in vita preciosius haberi quam hominis animam, mox patrem amplexus, cum valedixisset uxori Timotheæ, eques cum impetu in hiatus insiliit. Et cum iam terra ad pristinum habitū rediisset, Midæ Ionis Idæi ur̄a exiit.

xit, quā aureā reddidit manibus suis attactā. Hæc ara illo anni tempore quo contigit hiatus lapidea sit, eōq; elapso rursus aurea visitur.

Peste Lacedæmonios occupante propter ne- Ex Theſeo
cem legatorum, quos Xerxes miserat, terrā & aquam petens cœu primitias prædæ, oraculū datum est, liberandos ipsos, si qui modo Lacedæmoniorum regi sese occidendos obtulissent. Tumbules & Sperches adierunt regem, cū suæ mortis petitione. Ille hominum virtutē admiratus, domum reuerti iussit.

Fortitudinem itaque mediocritatem esse dicunt timiditatis & temeritatis, quarū alia superatur à modo, altera ei præstat in irascentiæ Plutarc. de
virtute mo
rum.

Aggestus de fortitudine atq; iustitia perōtatus, vtrū melior esset: Nihil, inquit, fortitudi- Eiusdē in
Apoth
Aristo. in
lib. de virtū
tibus.
ne indigeremus, si omnes iusti essemus.

Fortitudo virtus est animosi, per quam nō facile mortis metus ingruit.

Fortitudinis verò est, inconcussum à mortis metibus, & cōstantē in malis & intrepidū ad pericula esse, & malle honeste mori, quam turpiter seruari, & victoriæ causam præstare. Præterea autem fortitudinis est, & laborare, & in animo instituere, & posse. Accedit autem fortitudini & audacia, & animi præstantia, & fiducia, & confidentia: ad hæc, industria & tolerantia.

Ibidem.

Simplicij Sed e phisicū etiā fortis effici potest aliquis, *præfat. com.* quum didicerit ex naturæ speculatione hominē metariorū vix esse portiuunculam sensilem vniuersi, & in Arist. a- viuendi spatium vix totius temporum esse mo- croasim phi- mentum. Item genitum omne corrumpi, dissol- sicā, de vti- uique in simplicia oportere, & partes propriis litate na- elemētis reddi, atq; restitui vniuersitati. Nihil tur. cōtēpl. enim aliud est corruptio, quā dissolutio dissi- patioq; compositi, per quā, vt dixi, partes in ge- neralitatem, id est, naturam suam recurrentes, reciprocantēsq; quasi acceptæ feruntur vniuer- sitati, renouantur ea quæ conseruauerunt, confir- mantur ea quæ debilitata fuerunt atq; prostrata. Caterum nunc, siue paucis post annis emori, in nulla esse ponēdum ratione ei qui temporis nu- merū, atq; adeo infinitudinē estimarit. Quod si illam à materiæ seimētam animi sublimita- tem quis cōsideret, & negociis molestiissq; quat corporis causa toleramus, eam conferat, penitus mortis amore capietur. Quis verò ita est animo constituto atque composito, vt mortem contem- nat, quid esse potest tam graue, quod illius men- tem perterrefacere queat?

Xenophō. Fortitudinem o Euthydemē, virū putas esse condecens? Puto equidem. Vtile igitur non ad minima, putas esse fortitudinē? *Hercle,* inquit, ad maxima. Num tibi ad aspera & periculosa videtur vtile, ignorare quæ nam ea sint? *Mini- me* inquit. Quicumq; ergo non timent huiusce- modi,

modi, quia ignorent quidnam sint, hi non sunt fortes? *Non,* inquit. Multi enim hoc pacto in- sani & formidolosi fortes essent. Quid ergo nūc & quicumque non aspera timet? *Minus,* inquit, mehercle. Quicumque igitur ad aspera & peri- culosa boni sunt, fortes sunt: & qui mali, iidē & formidolosi? *Maximē.* Bonosne ad hæc alios tu putas esse, quā hos qui his bene possint vti? *Non,* inquit. Sed istos malos verò, qui nō possunt bene vti eis? Quos alios putem? ait. *Sir- guline eis vtuntur, vti putat oportere? Quidni? Qui verò non possunt bene vti illis, sciuntne bene illis vti? Minimē.* Qui ergo sciunt, qui il- lis debeāt, vti, illi & possunt? *Soli,* inquit. Quid tum, qui non id peccant, malēne illis vtuntur? *Non puto,* inquit. Qui ergo male vtentur, pec- cat? *Versimile isthuc.* Qui ergo sciūt asperis & periculosis bene vti, fortes sunt: qui verò in hoc peccant, formidolosi? *Mihi isthuc videtur,* inquit.

Iterum quaesitus, vtrum doctrina fortitudo, *Ibid. lib. 5.* an natura pararetur: *Opinor,* dixit, vt corpus corpore robustius nascitur, sic etiam animum a- nimo ad graues casus fortiozem natura fieri. Quis & eisdem legibus moribusque educatos longē alios aliis audaciores video. Non tamen est dubium, omnem indolem disciplina & exer- citatione promoueri. Hinc fit, quod *Seytha* & *Thracēs* non auderent cum scutis & hastis



se Lacedæmonis opponere: neque Lacedæmonij contra Thracas cum peliis & iaculis, aut contra Scythas cum arcubus pugna inire vellent. Similiter & in aliis rebus omnibus, & natura hominum alios alius restare, & diligentia multum proficere video. Hinc adeo constat, quod siue ingeniosi siue tardi homines fuerint, quibuscumque in rebus insignes haberi voluerint, eas addiscere & meditari ac exerceri in iis oportere.

Xenophō. Aderat autem Apollodorus quidam, Socratis quidē amantissimus, sed alioqui simplex & ignarus, qui tum dixit: At istud o Socrates egerime sero, quod te iniuste damnatū video. Cuius capite cōtreclato, Socrates respondisse fertur: An tu amicissime Apollodore, malles me iuste quā in iuste damnatū? Simulq; rississe dicitur. Item cum Anytum prætereūtem videret, Socratem his verbis usum aiunt: Vir ille triumphant, quasi facinus magnum & præclarum egerit, me ita occiso: & quod filium nō amplius corariam docendum existimet, cum tanti sibi deseruauit à civibus homines. Sed quā stultus. et improbus est ille, dixit, quoniā ignorat iter nostrum in omne enim utilior & melior extiterit. Deterior verō est, qui in tali genere certaminis victor fuerit.

Plut. in A-
polog. A. So
cratis. Athenienses: Quo quisq; in loco vel seipsum constituit,

tuit, arbitratus id optimum esse, vel à superiore iubetur consistere; in eo ut mihi videtur permanere oportet; periculūmq; subire, neque mortem, neque aliud quicquā magis quā turpitudinē formidantē. Equidem o viri Athenienses grauius aberrare, si cum illis paruerim præfectis, quos ipsi mihi præposuistis & in Potidea, & in Amphipoli, & in Delio: tūc enim vbi illi me consistere iusserant, ibi constitui, ut quisquā alter, mortisq; discrimen subiui: vbi Deus me posuit, permanereq; voluit, ut opinatus sum atque existimaui, videlicet philosophantē me vivere, ac me ipsum aliōsq; scrutari, ibi ob mortis alteriusve rei metum, ordinem desereram: Pergrauē, inquam, id esset delictum, & tunc reuera me iuste quis in iudiciū traheret, quasi deos non putantem, videlicet, oraculo non parētem, atque mortem timentem, putantēque me sapientē esse, cum sapiens minimē sum. Nā mortem timere, o viri, nihil est aliud, quā sapientem videri eum qui non sit sapiens. Quippe cū id sit, scire videri quæ nesciat.

Neque enim in iudicio, neq; in bello, vel mihi vel alteri, omnia quibus vitemus mortem, sunt faciendā. Nam in præliis sepe constat interitum vitari: si quis abiectis armis supplex ad insequentes se cōuertat. Alia quoq; in singulis periculis machinamenta sunt, quibus interitum quis effugiat, si quem nō pudeat facere

Ibidem.

quolibet, atque dicere. Sed considerate, o viri Athenienses, haud id quiddē difficile esse, mortem effugere: sed multo difficilius, prauitatem. Velocius enim illa currit, quam mors.

Eiusdē in Protogora Ego autem nusquam in presentia potentes homines robustos esse confiteor. Robustos tamē potentes esse autumo. Nō enim idem esse robur & potentiam arbitror. Nam & à sciētia, & ab insania, & ab ira potest potētia provenire. Robur autē à natura duntaxat, & debita corporū nutritione venit. Similiter & in illis nequaquam idem esse censendum fortitudinem & audaciam. Quapropter contingit, sortes quidem audentes esse. At verò non omnes audentes fortes sunt. Audaciā enim ab arte hominibus, ab ira, ab insania datur, quemadmodum de potentia diximus: Fortitudo autem à natura, debitaque educatione provenit animorum.

Xenophōtus in Apologia Socratis.

Vnde mirandum mihi videtur, qua ratione dignus morte vobis sim visus. Nec tamē quod iniuste moriar, ob hoc minus de me sentiendum est, non enim mihi, sed condemnātibus hoc turpe. Solatur, quod Palamedes ille non absimiliter condemnatus est, qui etiam nūc maiores & pulchriores laudes reportat, quam Ulysses, qui per iniuriam ipsum interfecit. Scio autem, mihi testimonium perhibebitis in presenti & in praeterito temere, me nulli unquam iniuriā intulisse,

lisse, neque deteriore fecisse quēquam, sed multis profuisse, qui mecum disputauerunt: gratisque docuisse, quicquid potuerim boni. Quae cum dixisset, maxime consentaneus verbis suis abibat, & oculis, & gestu, gradu letus. Vt autem animaduertit illos qui sequebantur lugere, Quid hoc est? inquit. nōne iam dudum sciebatis me, ex quo genitus eram, ab ipsa natura morti fuisse damnatū? Atqui bonus aduentantibus praeipi ē vita, mihi nimirum meisque beneuolis lugendum foret. Si verò malis impendentibus, diem oboeo, arbitror tanquam pro felicitate quadam à vobis omnibus esse letandum.

Vir fortis est qui omni metu caret. Errat igitur, qui fortitudinem ait moderationem esse timoris. Magnanimus est, qui omnia facile fert: pusillanimus verò, qui ne parua quidem.

DE TIMIDITATE,

SERMO VIII.

DOLOS autem & obscuras fraudes ad Euripidis usum minime virilem remedia mortales in Bellerophonte repererunt.

Clamātne hic aliquis? heus heus, audite. Sed Sophocles temere forsā gannio: homini enim timido nihil non obstrepit.

Euripidis Viri enim timidi nullum habent in pugnis
Meleagro. numerum, sed presentes al sunt.
Homerus Quid est quod bellum metuis & pugnam?
Iliad. 12. Nā quamuis ceteri omnes interfecti fuerimus
 ad classē, tibi tamen nihil est de morte periculi: non enim tibi fortis est, neque bellicosus animus.

Sophoclis Generosos & fortes, o fili, solet, occidere
 in Phry- Mars. Quis verò lingua sunt audaces, cladem
 gibus. fugientes securi sint a malis. Mars namque timidos pro nihilo reputat.

Euripidis Haud sanè sapientem illum esse iudico, qui
 in Iphige- moriturus, misericordia metum mortis superava-
 in Tau re vult.
 ris. Tu quidem te virum esse dicis: sed indignam
 Einsdem i est vivo timidum vocari: & morbo labora-
 Phryxo. re turpi.

Menædri Quorsum attinet hominem multum timen-
 i adelpis. tem servare multa?

**Theogni-
 di.** Multa proferre solet oratio mortalibus hominibus errata o Cyrne, cum animus perturbatus est.

**Philemo-
 nis in En-
 dia timida.** Est trepidus vultus, & latent intus praecon-

chirido. Timidos fortuna non iuvat.

Sophoclis. Timiditas, ubi quid periculi est de vita, locū
Euripidis. habens dicendi contrariā causam, & os ipsum
 coram hominibus obstupescere. Elum reddit: &
 animum ea qua libet dicere non permittit. Nā
 qui

qui secus fecerit, periclitatur: hic verò manet
 illaesus. Atque hoc pericli subterfugore me o-
 portet: premium enim vitam meam proponi
 video.

Vita mollis, & mala timiditas, neque domū
 neque civitatem recte gubernaverint. in Arche-
 Quisquis alios metuit, servus est, licet ne- lao.
 sciat. Antisthe

Omnia sanè mala plus terrere solent eos nes.
 qui ipse futura expectant, quam ubi iam ac- Diogenis.
 ciderint molestare. Metus enim tam impro-
 bus est, ut multi rem quam metuunt, ipsi-
 met anticipent. Ut qui in navi tempesta-
 te periclitantur, non expectata submersione
 navis, manum sibi prius inferunt. Rhetor
 Hyperides timorem esse vinculum orationis
 aiebat.

Vbi clades accepta est, ibi non possunt viro- Thucid. li.
 rum animi ad eade n pericula subeunda simi- 2. i. cōcione
 liter, ut prius erant, affecti permanere. Phormio-

Morbis timidus hominum est loco festi. nis.
 Agrotantes enim ad agendum prodire non Antiphō
 coguntur. tis.

Atq̃ videamus, an ut homines timidi iusti Hieroclis
 sint fieri possit. Nam qui animo ipsis contrario ex libro de
 sunt, hoc est, audaces iniustos esse deprehendi- iustitia.
 mus, eo q̃ plurima per vim faciant. Est autem
 timiditas corruptio legitimi iudicij de rebus
 metuendis, aut non metuendis. Aut ignorantia



terribilium, non terribilium, & neutrorum. Quomodo igitur qui corruptis & illegitimis opinionibus in vita detinetur, iusti esse possent? Nō enim quasus res recte estimabunt, nō permitte ipsos animi timore quamlibet questionem aggredi.

Demetriy. Fingamus exempli causa belligeranti & in acie stanti hinc fortitudinē, illinc timiditatem assistere: quātum putas diuersas orationes habebunt? Nōne fortitudo quidem permanere iubebit, & ordinem suum conseruare? Sed ingruunt tela: Sustinendum est. At vulnerabor: Tolerato. Sed moriar: Morere potius, quā relinquas aciem. Hæc oratio dura videtur, & immitis. Contrā verō timiditas humana, per Iouem, atque mollis. Nimirum enim recedere iubet trepidantem. Sed scutum egre fero: Abiicias. Molestat me thorax: Ergo resolue. Cui non hæc verba benigniora viderētur quā illius? Similiter in aliis rebus vsuuenit. Ne capias, inquit continentia, vnde non decet. Ne comedas. Ne bibas. Sustine, tolera: denique moriari potius, quā quicquā indecori committas. Luxuria verō sic suadet: Ede, cum libet, quodcumque tibi suauissimum fuerit. Placētne vicini tui vxor? Misere cum ipsa. Pecuniis eges? Accipe mutuo. Mutuatus non potes restituere? Nihil reddito. Non credent tibi amplius ad mutuo dādum? Rapito. Viden' vt hic etiam

etiam magnum sit vtrinq; discrimē? Sed quis nescit huiusmodi quidem munus perniciosum suscipientibus esse, contrarium verō salutare?

Qui recte philosophantur, mori meditantur: Platonisim & mors ipsis inter homines minimè terribilis est.

Ignauia vel timiditas, vitium est animosè Aristote-partis, quo cōsternatur periculis, presertim morlis in libellis. Ignauie autem est, quouis metu facile perlo de virtutibus, & mortis maximè, & noxarum corporis: & arbitrari prestabilius esse quomodocunque seruari, quā pulchrè mortem obire. Comitatur autem ignauiam mollities, effeminatio, torpor, vitæ studium. Subest etiam quedam timiditas, & contentions detrectatio.

Sufficiens ergo coniectura erit, inquit, si quæ Platonisim videris moleste mortem ferre, eum non esse philosophum, sed corporis amatorem, & pecuniarū honorumq; cupidum, ac talem vt alterū horum affectet, aut vtrunque. Omnino ita est, vt ais, inquit Simmia. Proinde quæ, o Simmia, fortitudo nominatur, amon viris eiusmodi maximè conuenit? Maximè. Nōne & temperantia, cuius plerique aiunt officium esse, nequaquā prosterne se libidinibus, sed parvipedere illas, modestiāque seruare, his dumtaxat conuenit, qui corpus despiciūt maximè, atque in philosophia viuunt? Necessè est. Si enim cōsiderare velis fortitudinem, temperantiāq; aliorum, tibi



per absurda videbitur. Quanam ò Socrates ratione? Scis utique ceteros omnes mortē unum ex maximis malis existimare. Et maxime quidem. Nōne igitur maiorum metu malorum, quicumque inter eos fortes sunt, sustinent mortem, quando sustinent? Hoc pacto. Metuendo igitur, atque metu fortes ita sunt omnes, præter philosophos: etsi absurdum est metu, vel timiditate aliquē esse fortem. Nimiū certē, inquit Simmias. Quid autem? qui inter eos moderati dicuntur: inquit, nōne simile quodā pacto affecti sunt, intemperantia videlicet quadam temperati: quanquā impossibile id esse dicimus: revertuntamen illis cūenit affectio quadam huic similibus, in istā hac eorum fatua temperantia. Timentes enim, ne alius careāt voluptatibus, easq; appetentes, à ceteris abstinent, ab aliis superati: est vocatē intemperantiā à voluptatibus superari, verū tamen accidit eis, ut superati à voluptatibus, alias superet voluptates. Tam verò id illis simile st, quod modò dicebatur, scilicet quodam modo per intemperantiā fieri temperatos. Simile quidē, inquit Simmias. Animaduertendū est ò beate Simmia, inquit, ne hæc haudquaquā recta sit ad virtutē via, voluptates videlicet voluptatibus, doloris doloribus, & metum metus, & maius minori tanquā nummos commutare: sed ille duntaxat rectus si nummus, cuius gratia hæc omnia oporteat commutari, atque

atque vendari, scilicet sapientia, prudentiā, pro qua, & cum qua omnia empta ac vendita reuera sunt, & fortitudo, & temperantia, & iustitia, ac summam vera virtus cum sapientiā, siue prudentia, & accedentibus & recedentibus voluptatibus, & timoribus, ceterisq; generis eiusdem. Sin autē à sapientia segregata inuicem commutatur, adumbratio quadā sit eiusmodi virtus, ac reuera seruilis, nihil sani veriq; possidens: virtutis autem veritas in horum omnium purificatione reuera consistat: & temperantia, & iustitia, & fortitudo, & sapientia ipsa sit purificatio quadam. Quomobrem hi, qui mysteria nobis constituerunt, minime contentendi videntur: sed reuera iam dudum occulte nos admonere, quicumq; non expiatus neq; initiatus migrabit ad inferos, eum iacere in luto: quicumq; verò purgatus atq; initiatus illuc accesserit, cum diis habitare. Sunt enim quemadmodum dicit, thyrsiferi quidem multi, Bacchi verò pauci. Hic verò, ut equidē opinor, non alij sunt, quam qui rectē philosophati sunt.

DE IUSTITIA

SERMO IX.

Viri iusti fructus non perit.
I rectam viam si iustus est.
Vita iusta bonus fit exitus.

Ia hominē
iustum. Ser-
uauit.



Iustus esto, ut iusta etiam consequaris.

Iustus esse malis, quam benignus.

Iusta faciens, Deum auxiliatorem consequeris.

Iudicare velis iusti respectu, non utilis.

Bene dicentibus nihil habeo quod contradicam.

Mores iusti, possessio preciosissima sunt.

Oculus iustitiæ omnia quæ sunt inspicit.

Euripidis. Iustitia non est in oculis mortalium.

Eiusdem. Possideto res tuas iure sine reprehensione, & in humili sorte maneto, semper cum iustitia coniuncta.

Eiusdem in Hecuba. Boni viri officium est iustitiæ inferuire, & malos ubique semper afficere malis.

Eiusdem in Theseo. Potiores sunt diuitiis, & luxuria affluentem auro, bonorum virorum & iustorum conuersationes.

Sophoclis in Aiace. Ne te violentus animus villo modo cogat, disce quempiam tantopere, ut iustitiã conculces.

Eiusdem in Halaesi. Iusto resistere non est facile.

Menædri. Si iustus fueris, mores habebis tamquam leges.

Menædri. De probo viro mali nihil cogites. Iusti mores iniuriam facere nesciunt.

Ex Orphei hymnis. O iustissima dea mortalibus, beata, optabilis, quæ semper iustis hominibus propter æqualitatem gaudes, veneranda, felicissima, gloriosa, iustitiæ suffitus. Iustitia: quæ pura mente semper digna cuiusque distribuis, integra conscientia fruens: semper autem comminuis omnes quotquot stateram tuam non subeunt, sed ultra ipsam lancibus duris in-

explebiliter

explebiliter declinant. A seditionibus aliena, amica omnium, conuiuia diligens, amabilis, studiosa, pacis, vitæ stabilis amula. Semper enim quod nimium est odisti. gaudes autem equalitate. Per te sapientie totum virtus finem assequitur. Exaudi nos dea, improbitatem hominum iuste comminuens, ut equali momento semper bona vita procedat mortalium hominum, qui frugem telluris edunt: & omnium animalium, quotquot alit in sinu diua parens tellus, & marinus Iupiter.

Oculum iustitiæ canto, retrò videntis formosæ, quæ etiam super Iouis principis sacro sedet. Eiusdem iustitiæ vindicæ, exaltus despiciens vitam mortalium in varias gentes diuisorum, iniustorum vltrix, cis suffragium supplicis grauens iustis, veritatis equalitate concilians dissimilia. Omnia enim quæ mala mente homines committunt temerè, nimium concupiscentes malis consiliis, tu sola puniens, poenam sumis ab iniustis. Hostis improborum, beneuola autem versaris cum iustis. Sed ades o dea iusta propitio in nos animo, ut semper adueniat dies vitæ fatalis.

O Nemeſi, aduoco te dea, regina maxima cuncta videns, inspicies vitam hominum per varias gentes. Aeterna, veneranda, sola gaudes iustis, immutans sermonem variis & semper instabilem, quam omnes mortales agnoscunt ceruice iugo subdita. Tua enim semper est omnium mens,

Eiusdem Nemeſis hymnis.

neque te latet anima superbiens temeraria verborum iactatione. Omnia vides, audis que cuncta, & nihil non dispensas. Penes te sunt in alicia mortalium ò supreme dæmon. Veni beata sancta, semper opifera mystis: da verò mentem bonam vt habeant, extinguens odiosas cogitationes profanas, nimis superbas, ac sceleratissimas.

Hesiodi in
Operibus.

Iustitia virgo est Ioue prognata, casta, et veneranda diis cælicolis. Et quando quis ipsam laeserit obliquè iniuriam inferens, statim apud Iouè patrem Saturnium sedens, iniustam narrat hominum mentem, donec luat populus peccata regum, qui malè sentientes alio desolè sunt iura, obliquè interpretantes.

Eiusdè in
Theogonia.

Secundam uxorem Iupiter duxit pulchram Themidem, quæ peperit Horas. Eunomiam legum præsidem, Iustitiamq; & floridam Pacem, quæ opera inter mortales homines obseruant.

Incerti.

Homicide ruinosum iuxta murum dormiens nocte astitisse aiunt Serapim in somnis, & vaticinatum fuisse: Hens tu qui iaces hic, surge, & alio transiens, ò miser, cubato. Hic autem excitatus mutauit locum: at marcidus ille Murus subito lapsus, humi iacuit. Porro manè salutis sacrificia malignus ille gaudens diis faciebat, delictari putans Deum homicidus. Sed iterum Serapis per noctem astans vaticinium dixit: Putasne miser iniustos mihi curæ esse? Etsi nunc mori te non permisi, non tem enim sine do-

sine dolore futuram nunc effugisti: scias tamen in crucem te referuari.

Quondam in lucido dum volat æthere niger, scorpionum è tellure videt prodigijs cornus: quem vt raperet festinauit: ille verò in terram delati non tardus acuto pedem vulnerauit stimulo, & vita priuauit eum. Ita quàm alij struebat ab illo miser mortem ipse passus est.

Non oportet iniuriam esse in supplices, cum alijs, tum si beneuolo animo, non maligno lapsi fuerint. Effet enim valde indecens.

Nemini iuriam facere omnes homines decet.

Omni tẽpore quod iustum est, vincere debet.

Vnus iustus infinitos non iustos vincit, Deo

& iustitia adiuuantibus.

Non u qui legem metuit, dicendus est timidus: sed fortitudo in pugna aduersus inimicos æstimatur. A iusto autem etiam superari pulchrum est.

Pape, quàm valde pulchrum est vincere iure, iniuste autem, quàm vbique malum est. Et lingua iactabunda, & inuidia, quàm non inuidere, quanto peiora sunt in hominibus indecenter elatis.

Qui nemini facit iniuriam, non indiget vlla lege: id quod rectè habet, etiam lege præstantius est.

Si affectos iniuria, ò pater, fugerimus, quibusnam alius facile feremus opem?



Philemonis. Iniuriam nulli facere ô Laches didicisse, in vita, studium esse indicato ciuile.

Eiusdem. Nihil iniuriari parit humanitatem.

Eiusdem. Iustitiæ tum apud mortales, tum apud deos immortales perpetuò gloria solius perdurat.

Eiusdem. Vir iustus est, non qui non facit iniuriam, sed qui cum iniuriari possit, non vult tamen. Nec qui à paruus capiendis abstinet, sed qui magna sustinet non accipere, quamuis habere queat, & possidere sine periculo. Nec qui ista facit omnia, vt gloriam sibi venetur: sed qui sincero & candido præditus ingenio, esse iustus, non modo videri vult.

Aeschyl. A fraude iusta non alienus est deus.

Hippar. Sepulchrum hoc Hipparchi est.

Solonis. Perge iustitiam animo complectens.

Memoria & Iouis Olympij inclite filia, Musæ Pierides, audite me precantem. Felicitatem à diis immortalibus mihi præbete, & ab omnibus hominibus semper bonam habere gloriam: & iucundum hic amicis esse inimicis autem acerbum: illis quidem venerandum, his autem dirum aspectu.

Pecunias equidem desidero: iniuste verò possidere nolim. Profsus enim in posterum vindicta venit.

Diuitiæ à diis collatæ, manent homini firmæ ab extremo fundo ad verticem vsq;. Quas verò solunt homines ab iniuria, nõ ritè proueniunt: sed

sed iniustis operibus adductæ sequuntur iniuriæ, & statim calamitati permiscetur.

Iniiium autem à paruo momento fit, tanquã ignis. Primum quidem calamitas est exigua, sed valde grauis desinit.

Non enim diu mortalibus iniuriæ opera permanent. Sed Iupiter finem inspicit omnium, atq; repente, vt ventus nubes illico dissipat verus, qui fluctuosi maris immensi agitans fundum, & per terram frumenti seracem letas segetes vastans ad deorum sedem in altum peruenit cælum, & rursus serenitatem efficit, relictæque vis solis per terram opimam pulchra, nubium verò nihil superest reliqui.

Talise est quoque vindicta Iouis. Non fit autem ob quamlibet causam, vt mortalis homo solet. Iupiter iracundus.

Ceterum non semper latet in perpetuum, quicumq; scelerosum pectus habet: sed omnino tandem arguitur. Dat autem pœnas alius statim, alius in posterum. Et si videatur effugisse aliqui, neque satum ipsos deorum inuasit: omnino tamẽ venit, atque immeriti facinora luunt: vel liberi primorum authorum in posterum.

Nos autem mortales ita cogitamus, idem vales bonus & malus: Quam sententiam vnusquisque tandiu retinet, donec aliquid patitur: tum rursus luget, antea verò oscitantes leuis spe fouemur.

Quid si quis morbis difficilibus implicetur, sanum se futurum animum inducit.

Alius cum timidus sit, fortis sibi esse videtur & pulcher sibi videtur homo deformis.

Alius carens pecuniis, & paupertate profusus, multas se tamen possidere putat opes.

Accelerat alius aliunde: hic quidem per mare vagatur in nauibus cupiens lucra referre domum: per mare in qua piscosum ventis delatus periculosis nihil penitus vitæ suæ parcens.

Terram scindens alius arboribus conscitâ in annum collit, cui curua sunt aratra curua.

Est qui Mineruæ, & multas callentis artes vulcani instrumenta tenens, manibus sibi coligit victum.

Alius Olympiadum Musarum munera delus, amabilis sapientiæ modum assequitur.

Alium venerabilis iaculator Apollo ratem effecit, qui malum multo ante homini imminens prænoquit, quo cum dii conuersati fuerint. Verum fatalia profusus nec vllum soluet augurium, neque sacrificia.

Sunt qui Pæonis multa tenentis pharmaca, opera exerceant medici, hos quoque nullus finis consequitur. Sæpius enim è modico dolore morbus fit magnus, quem nemo soluerit blanda remedia præbens. Alteri malis ægritudinibus & molestis agitatum manibus cõtingens quispiam, illico sanum reddit.

Fatum profecto mortalibus adducit mala, simul & bona: nec dona diuum fugeris immortalium.

Inest autem factis omnibus periculum, neque certo dignoscat aliquis quâ se cõuertat in principio negotii. Est enim qui rem agere quàm optime sibi proponit, sed improvidus in magnâ noxam, difficilemque cadit. Alteri autem opera sua bene instituenti, Deus in omnibus largitur successum bonum, & liberationem ab imperitia.

Parro diuitiarum nullus est inter homines constitutus terminus: nam qui nunc inter nos plurimum possident victum, bis tantum quaerunt. Quisnam satiauerit omnes?

Æstua quidem consilia dedere dii immortalibus: sed emergit ex ipsis noxa, quam cum Iupiter miserit ut pœnas sumat, aliâs alius ipsam experitur in se.

Ne dubita, si aurum quidem inquirendâ proponeretur, nunquam alterum alteri sponte cõcessurum in inquisitione, & inuentionem eius perditurum. Cum autem inuestiganda sit iustitia, res auro longè preciosior, an non absurdum est tam temere alios alius inuicem cedere: non autem vnianquenque id studere, ut sibi in primis appareat.

Fortitudinis quidem absente iustitia nullus est usus, at si omnes iusti fierent fortitudine nihil indigeremus.



Socratis cōtra sophistas. Nemo autē me dicere censeat iustitiā acquiri doctrina. Prorsus enim nullā huiusmodi artem esse puto, quæ iustitiā in illis ingenii parere queat, quæ infeliciter ad ipsam nata sit.

Demosthenis. Homines illi sanē laudari merentur, qui nullam utilitatem iusto preferunt. Pecunias enim non adeo difficulter comparare licet. Bonam autem famam pecuniis redimere non facile licet.

Platonis. Scientia quæuis, à iustitia & reliqua virtute seiuncta, calliditas, non autem sapientia videtur esse.

Democriti. Bonum est, non iniuriam non facere, sed ne velle quidem.

Soli Deo chari sunt qui iniurias oderunt.

Pittacus dixit, *Honestas voluptas iusta res est.* Idem dixit: *Depositum quod acceperis, iuste reddito.*

Aristides ille iustus interrogatus, quid iustum esset, aliena non concupiscere, respondit.

Platonis & **Protagoræ.** Equidem mea sententia iustitiā esse sanctam, & sanctitatem iustam esse dicam. Arbitror enim te permissurū, ut pro te illud ipsum respondeam, quod videlicet aut idem sit iustitia quod sanctitas, aut inuicem quā simillima: ut maxime omnium qualis iustitia, talis sanctitas: & qualis sanctitas, talis iustitia sit.

Pythagoræ. Peregrinus vir iustus non modo ciue, sed etiam cognato maioris faciendus est.

Qui

Qui ad iustitiā perducitur, hic ad omnium virtutum finem, & vniuersarum collectionem, ex epistola in qua cuncta cōprehensum insunt, ut vetus est ad Anadictum, peruenire poterit. Ibid. Distributio tolium de iis humana vita secundum cuiusque dignitatem operum & honorū & aliarū rerum, quæ singulis conueniunt, iustitiā, quæ ad hominū vitam pertinet, constituit. Proinde opera studiāque illa iustitiæ propria sunt, quæ liberaliter ac facile in cōuentibus cōmerciorūq; versantur: & quæ familiariter, benignè, ac utiliter sunt: deniq; actiones prohibēt noxias, vtilium verò totam constitutionem decentē moliantur.

Sicut vera trutina, neque à bona & concinna corrigitur, neque per falsam examinatur: Sic etiam iustus iudex, neque à iustis castigatur, neque apud iniustos iudicatur. **Epicleti.**

Ut rectum nō eget recto, ita neq; iustū iusto.

Ne prius in alio tribunali iudicaueris, quam ipse coram iustitia iudicatus fueris.

Si iudicia recta proferre voles, nullum contententium & causam dicentium, sed ipsam causam cognosceas.

Minime in iudiciis delinques, si ipsa in vita tua delicta caueris.

Melius est, sententia iuste pronuntiata, reprehendi ab eo, qui merito suo damnatus est: quam si iniuste iudicaueris, iure à natura vituperari.



Quemadmodum Lydius iudicat aurum, non autem vicissim ab auro eximatur: sic & homo qui iudicandi facultate pollet.

Turpe fuerit iudicem ab aliis iudicari. Veluti recto nihil potest dari rectius, sic neque iusto iustius.

Dioegenis. Itaque iustitia multam affert animo tranquillum, illatam. Neminem enim timentem, nec aperi d' ullam erubescit em viuere, voluptas quedam est & quasi sufficientia siue perfectio vite. Ceterum qui iustitiam animo complectitur, non solum aliis utilis est, sed etiam ipse sibi. Non enim conabitur vlla ex parte seipsum offendere, neque vllius sibi doloris aut morbi auctor erit. Sed natura instrumēta sensibus destinata, deos existimans esse, iuste ipsis retetur: & ne quid supra ipsorum vires agat, maxime cauebit, voluptatem vtilitatemque ex eis capiens. Etenim ab auditu, visu, alimentis, & Venere contingunt voluptates ei qui seipso iuste vsus fuerit. Pericula vero etiam circa maximi momenti & omnino necessarias res quandoque contingunt: An non vidisti quosdam noctes, diesque animo perturbatos, in mare tandem tenere se precipitasse?

Lycurgi. Diuitie fortassis magna emulatione desiderabiles sunt. Sed iustitia, preciosa & admirabilis res est.

Demosthenis. Quemadmodum domus, & nauigij, & aliorum

rum huiusmodi, partes inferiores firmissimas oportet esse: sic & actionum initia fundamentaque vera & iusta conuenit esse.

In Pædalis Indica gente non sacerdos, sed qui presentium prudentissimus fuerit, sacris præficiuntur. Petit autem semper à diis nihil aliud quam iustitiam.

Deus nullo vso à modo iniustus est, sed plane iustissimus. Nec ei similis inueniri potest quicquam, quam qui inter nos iustissimus fuerit.

Iustitia inter homines videtur mihi mater & nutritrix ceterarum virtutum appellanda. Nam sine illa neque temperantem, neque fortem, neque prudentem esse quæquam fieri potest. Quippe

armonia & concordia totius anime est cum concinnitate. Fiet autem eius vtilitas euidentior si alios habitus considerauimus, utpote qui particularem solum sui vsum & ad vnum quæpiam prebeant. Iustitia vero vtilitatem in multitudine, & vniuersas rerum comprehensiones præstat. Siquidem in mudo principatum omnem obtinens, prouidentia vocatur, & armonia, & constitutio generis cuiusdam Deorum, qui ipsam ita disposuerunt. In ciuitate autem pax, & equitas merito nominatur. In domo autem, hæc est viri & vxoris concordia mutua. Item, famulorum in heros beneuolentia. Dominorum autem erga famulos benigna curatio. In corpore autem, sanitas, & perfectio

Ex Nicolai de Col-lectione morum.

Platonis in Theæte. Ex Polio Pythagorico. Luciano in lib. de iustitia.

membroꝝ, que tanquam præcipua cunctæ animantes maximè diligunt. Cæterum in anima est sapientia, que per scientiam & iustitiam hominibus comparatur. Cùm igitur hæc virtus totum simul ac partes singulas ita moderetur, & in concordia conseruet, quomodo nõ mater & nutritrix tum virtutum tum rerum omnium communi iudicio dici deberet?

Platonis le
gũ quinto. Honorandus certe est qui nihil iniuriatur. Qui verò nec alios id facere patitur, duplici honore, imò etiam magis est honorandus. Ille enim vni, hic multis hominibus cõparatur, cum principibus cæterorum iniuriam nunciet. Qui autem vna etiam cum magistratibus iniuriam quoad potest vlciscitur, is magnus perfectusque in ciuitate vir præconio predicetur.

Hieracis i
libro de iusticia. Agendum videamus quid plerisque videatur de iusticia. Sunt igitur qui ipsam habitum esse dicant animæ numeribus incorruptum, & quãtùm vnusquisque possit coniectant. Alij habitum animæ definiunt, qui neque superiori neque inferiori fortunæ plus minusue tribuat, sed equalitatem omnibus seruet. Videntur autem mihi priores quidem admirari illum, qui alienas pecunias non cõcupiscat: & quid vnusquisque possit, obseruet, si quibus præficiatur. Posteriores illum magnificare apparent, qui non maiori fortunæ plus attribuat, sed omnes eisdem rebus dignetur. Sed quid si quispiam prædicta

prædicta quidẽ teneat, in aliis autem iniustissimus sit? Nam si pecunias rapiat, desideret aliena, iniurius & luxuriosus sit circa voluptates: his inquam malis si plenus sit, poteritne iustus esse? Quod si etiam omnes eisdem rebus dignos æstimet, vt si eodem honore & temperantem & luxuriosum prosequatur, & insipientem & prudentem, quo pacto non imprudens iniustusque fuerit?

Porro neq; pecunias alienas non concupiscere, iustitiæ definitio est, sed vnus solum affectus felix constitutio. Fingamus enim aliquem prædiuitem esse, qui suis opibus plurimis aliis suppeditare possit, gloria autem & ambitione vinci, & neminẽ liberè loquentẽ sustinere, sed alios afficere iniuria, alios verberare, alijs pro libidine quilibet imperare, eo quod omnes ei obediunt. Talem hominẽ quid esse dicemus, quid alieni quidẽ nihil cupiat, sed alioqui violentus & tyrãnus fuerit, & famulus quidẽ primus & ancillus malè vtatur, illos quidẽ immodicè castigans, cùm his verò impudenter luxurians? deinde cum hæc faciat, nihil iniuriari se censeat?

Peripatetici quidem inter pluris minorisque assumptionem medium obtinere iustitiam dixerunt. Stoici verò habitum equaliter distribuunt. Quod autem nõ modò iustum non sit, sed planè iniustissimum omnes eadem estimatione dignari, superius expositum est. As me-

Eiusdem
alias coha-
rent præce-
ditibus, &
rectè.

Ibidem.



diū inter plūris mirō isque assumptionem, effectio cuiusdā actionis est inominata, non autem virtus animae. Caterum omnis actio operatio est animae, per corpus. Operatio autem nō est virtus, aut omnis operatio virtus esset. At iustitiam omnes simpliciter animae virtutē esse consensunt, non actionē, nec actionis effectum. Tria enim circa vnumquodque considerantur, videlicet vt aut sit habitus, aut actio, aut effectus. Habitus quidem, secundum quem maioris minusve assumimus. Actio autē, ipsum maius minusve sibi sumere. Effectus verō, maioris minorisve assumptio. Quomodo habitus quidem est, ars pictoria, actio, ipsa depictio: effectus autem, pictura. Rursus, habitus quidem est ars statuaria. Actio autē statuæ formatio. At effectus, ipsa statuæ statua. Si quis habitum definit picturā aut statuā esse, vtendo nomine quod proprium est effectui, nō sanē falli videretur, & rem confundere. Sic & qui maioris minorisve assumptionem habitum non inat, vocabulum vsurpat effectus de animae habitu. Caterum & medietas effectus erit, nō habitus. Nā cum maioris minorisve assumptio inter operum effectus censeatur, eorundem quoque medietas effectus existet, non autem habitus. Sed esto nō effectus, sed habitus animi. Itaque videamus num iustitia sit animi habitus, neque plūris, neque minoris assumptiuus: uicem an iustus is, qui neque

nimum

nimum neque parum sibi sumit. Primum quidem igitur in bonis corporeis dicere non poterit, iustitiam vel extremitatem eorū vel medietatem esse: non enim illa comparare licet nostrā voluntate, studiōque, sed ipsorū maxima pars per naturā accedit. Pulchritudo enim naturā sit, & robur corporis, & sanitas. Nam & si conemur vires quidem augere alimentis ac exercitiis: item certo vitius genere sanitatē conservare, & labescentem reuocare: nihilominus tamē naturā corporis ea tribuimus, quoniam non statim ab initio cum libet ipsa comparare, in nobis situm est. Atqui dicuntur per hæc etiam aliqui maiores sibi partes sumere, vt robore quidem, exempli gratia, plus ceteris habet Milo Crotoniates: specio verō, Laus Corinthia, & his similes alij. Quæ igitur fuerit Milonis iniustitia? Aut quæ Laus arrogantia? An si Milon circumierit, imbecilliores percussens, eorūque pecunias & uxores diripiens? Et Laus similiter, si maximam mercedē ab amatoribus exegerit, & uxorum aliquot nuptias dissoluerit, in eo videbitur arrogantiam exercere? In quo genere tandem igitur locauerit aliquis hanc virtutem, quæ sibi maioris nec minus eligit? An vulgari hoc & communi dicto contineri videbitur? Contentus esto rebus tuis, & proximi res ne diripito, neque tuus deserto, vt pate hoc pacto tibi derogans. Verum dixerit aliquis, vnum

quidē aliis non inferre prestare possim, est enim in me sitū. At quo minus alij plus me sibi sumant, quemodo fieri posset: multi enim me prestantiores sunt, quod si voluerit aliquis egenibus subuenire, & orphanas ad nuptias promoverē, & liberare captiuos, id fortē prestare poterit aliquis, at non ille qui predicta medietati studeat. Hoc enim modo fieret, vt ab alijs superaretur, ac ipse sibi minorem conditionem sumeret, dum hæc facere sustinet. Quo pacto igitur nostra sententia iustitiam desinet? Nempe, iustitia est animæ habitus rationabilis, relicitudinem curans, aut exactionē vindictæ ab illis, qui priores iniuriam fecerunt. Non est autem hic accipiendā disunctiua coniuñctio, ratquam alteram propositionem efficiens.

*Xenophō-
nis lib. 4. de
factis &
dict. So-
cratis.*

At Socrates: Nunquid igitur ô Euthyde-
me, inquit, virtutem quaris, ob quam homines
ciuiles, & patresfamilias, et principatu digni,
& vtilis, sibiq; suisque efficiantur? Tum Eu-
thydemus: Vehementer quidem, ô Socrates,
isthanc ipsam opto. Pro Iouem, inquit Socra-
tes, artem perquā optimam, virtutemque ma-
ximam desideras. Est enim hæc regum virtus
regalijq; nuncupatur. Verum, inquit, conside-
ra sine vnquam an sine iustitia possis in hu-
iusmodi bonus fieri? Vehementer, inquit.
Neque enim est possibile sine iustitia bonum
fieri ciuem. Quid igitur, tunc de te hæc perse-
cisti?

cisti? Puto, inquit, ô Socrates, præ alijs me ni-
hilominus videri iustum. Vtrum, inquit, sunt
& iustorum, vti & fabrorum, quedam vti-
ra? Sunt, inquit. Num igitur, inquit, vti &
fabri sua possunt monstrare opera, ita & iusti
sua possunt exponere? Tunc Euthydemus:
Non facile possum iustitiæ opera exponere.
Et ego per Iouem, inquit Socrates, iniustitiæ.
Non enim pauca istiusmodi indies videre atq;
audire licet. Si itaque velis, Socrates ait, scri-
bamus hic sub D, quæ esse nobis iustitiæ opera
videbuntur: istic verò deinceps sub A, quæ
iniustitiæ. Si tibi, inquit, videtur his esse opus,
facito. Tunc Socrates vti dixerat, adscripse-
rat. Ac rrumme, inquit, est in hominibus
mentiri? Est, inquit. Vbi igitur hoc collo-
cabitur? Patet, inquit, ad iniustitiam esse
referendum. Quid, & malignari? Et hoc
iidem. Tum & furari? Et hoc. Sub iusti-
tia verò, ô Euthydemus, harum nihil nobis
ponemus? Malum, inquit, esset istud. Quid
verò, si quis dux electus iniustam inimicamq;
ciuitatem prædaretur, iniustitiam hunc dice-
remus facere? Minime, inquit. Iuste ne igitur
eum facere asseremus? Maxime. Quod si
cum eis bellum gerens eos deceperit? Et id
quoque iustum. At si furetur illorum ipso-
rum res, atque arripiat, iustitiam fecerit? Ma-
ximè. Sed ego à principio putabam, quan-



tum ad amicos solum te ista interrogare. *Quo-
curque* igitur, inquit sub iustitia collocauimus,
omnia & sub iniustitia erunt aequè collocan-
da? *Vt* videtur, ait. *Vs* idcirco hæc ita com-
ponentes, desiniamus iterum hæc eodem aduer-
sus hostes facta iusta esse, aduersus amicos in-
iusta? Sed fortassis aduersus amicos opus sit
animo perquam simplici. *Valde*, inquit *Eu-
thydemus*. Quid verò, inquit Socrates si quis
dux videat exercitum perterritum, & men-
titus dicat illico socios affuturos, istoque men-
dacio animos commilitonum leuet sub quoniam
id collocabimus? Sub iustitia, inquit, ut vi-
detur. At si quis filio pharmacum quo ma-
ximè indigeat respuenti, in cibarij locum de-
derit, & hoc mendacio illum liberarit, dece-
ptionem hanc ubi collocabimus? Et hæc,
inquit, sub eodem, ut mihi videtur. Quod si
quis tinens ne se amicus vitæ desperatione in-
terimat, suretur aut arripiat siue gladium, si-
ue quicquam aliud simile, hunc actum rursus
ubi collocabimus? *Mehercle* sub iustitia, in-
quit. Nec ergo aduersus amicos, ut tibi vide-
batur, opus est cunctis in rebus animo simpli-
ci? *Minime*, inquit, *mediusfidius*. Sed si li-
ceat, renoco quæ antè concessi. *Multo* magis
hoc licet, Socrates ait, quam non rectè conce-
dere. Sed ne hoc etiã inuestigabile omittamus.
Vt illorum qui nocendi causa amicos sedu-
cunt,

cunt, magis iniuriosus tibi videatur, qui spon-
te, an qui inuitus decipit? *Iam*, ô Socrates ait,
non possum responsionibus credere meis: quæ-
cunque nãque hæc vsq; asserabamus, aliter nunc
quam antea mihi videtur: nihilominus magis
illum esse dicam iniuriosum, qui sponte amicos
decipiat. *Videtur* autem ne tibi doctrina atque
scientia esse iustitia seu literarum? *Ita*, inquit.
Vtrum autem illum esse magis grammaticum
iudicas, qui sponte non rectè scribat ac legat, an
illum qui inuitus? *Qui* sponte, inquit: cui enim
voluerit, possit rectè quoq; eadem facere. *Qui-
cunq;* igitur sponte non rectè scribat, gramma-
ticus esset profecto: qui verò inuitus, literarum
ignarus? *Quid* ni? *Iusta* verò quæ nõ sunt, uti
ille scit qui sponte mentiatur ac decipiat, an qui
inuitus? *Ille* qui sponte. *Magis* itaq; gramma-
ticu qui literas sciat, quam qui nesciat, esse pu-
tas? *Ita* magis etiam iustu, qui sciat quæ iusta
sunt, quam qui nesciat? *Ignoro* quoniam pacto
ista etiam sic se mihi apparent habere. *Quid*
verò Socrates ait, quicunq; vera dicere volens,
nunquam eadem de eisdè dicat? *Sed* siue riam
quandam monstrare oporteat, modo ad orientem,
modo ad occidentem esse dicat? *Siue* rationem
reddere de eadem re, modo maiorem, modo
minorem, eam ostendat, quid tibi de illo homi-
ne videtur? *Patet*, inquit, *mehercle* ignariu illo-
rum esse, quæ scire putabat. *Scis* autem quosdã

seruiles homines appellatos? Ita, inquit. *Vtrum propter sapientiam, an propter ignorantiam? Manifestum est quod propter ignorantiam. Vtrum autem propter ignorantiam fabricandi, aut domos edificandi, aut coria conficiendi hoc nomine vocari merentur? Ob nullum, inquit, istorum: sed è conuerso potius illi ut plurimum seruiles sunt, qui huiusmodi sciunt. An igitur illis hoc conuenit nomen, qui, quæ bona & honesta, quæq; iusta sunt, ignorant? Ita mihi videtur, inquit. Oportet itaque omnibus modis, Socrates ait, conari ne simus seruiles.*

Ibidem.

Ceterum tum ad alios, tum ad Hippium memini eum sic de iustitia disputantem. Nã, cum post multa quibus absuerat tempora, Athenas appulisset, adfuit dñ Socrates ad quosdam disceret: Mirum esse profecto, si quis velit cerdonem, aut fabrum, aut equitem instruere, is certa habeat loca, quò eum mittat ut fiat doctior. Nonnulli etiam dicunt plena esse illorum omnia, qui aut boves, aut equos bene instructos reddant. Si quis verò, aut ipse instituerit, velle ediscere, quidnam sit iustum, aut suos velit liberos in ea re fieri eruditiores, non inueniat quo id assequatur. Hæc cum audisset Hippias, quasi irridens: Adhuc, ait, ò Socrates eadem dicitur, quæ dudum te audiui predicantem? At Socrates: Et quod, ait, hoc

peius est ò Hippias, ne eadem quidem semper dico: verum & de eiusdem tu fortassis, quod multa sapias, nunquam, eadem iterato dicit. Nempe, inquit ille, quod semper aliquid enitor noui dicere. *Vtrumne de his quæ certò scias, puta si quis roget quot & literæ sint literæ Socræti, alia tum primum, alia & nunc conaris dicere? Aut si quis de numeris roget, bisne quinque, decem sunt, vtrum aliàs alia respondes? De his, ait, ò Socrates eadem, uti & tu semper dico. De iusto verò ea puto habere nomen, quæ dicam, ut possit nemo contradicere. Per Iunonem ait, magnum te bonum aduenisse dicit, si cessabunt ipsi iudices in proferenda sententia discrepare. Cessabunt quidem inter se ciues litigii contendere, cessabunt & cinitates armis de iusto disceptare. Ea de re non satis scio, quonam pacto abs te discedam, ni prius audiam de tam grandi à te inuento bono differentem. At per Iouem, inquit, non audies, ni prius proferas, quid statuas esse iustum. Sat sit, te alios omnes irridere, semper rogare, argnere, dum nolis cuiquam respondere, & nusquam sententiam tuam explicare. Quidam, inquit, nonne & tu perpendis, quæ ipse quoque sentiam iusta esse, eadem handquaquam cesso facere? Et quid hic ais? Tum Socrates: Id, si non verbis, sed opere ostendo: num tibi probator ratio ea*



videtur, quam que verbis sit? Multo per Io-
uem, inquit. Multi enim dum iusta dicant, in-
iusta faciunt: qui verò iusta fecerit, nun-
quam iniustus est. Perpendistine tu me in-
quam, ait, aut falsum testimonium exhiben-
tem, aut calumniantem, aut amicos, aut ciuita-
tes ad seditiones excitantem, aut quicquam
iniusti agentem? Minime, inquit. Abstinerè
idecirco ab iniustus, ait, non tu putas esse quid
iustum? Vt videre licet, & nunc eniteris
effugere, tu am in medium proferre senten-
tiam, ac dicere quid putes esse iustum: non
enim que agunt iusti, sed que non agunt, di-
cis. Ego putabam, inquit Socrates, nolle iniu-
riam in quempiam afferre, satis constans esse
iustitiæ signum. Id si tibi non videtur, consi-
dera si hoc tibi magis accommodatum vide-
tur. Illum enim ego dico iustum, qui pareat
legibus, Vtrum eundem dicis ò Socrates esse
legibus obtemperantem, & iustum? Ita, in-
quit. Non satis teneo, ait, quem legibus obtem-
perantem, quem ve iustum esse dicas. Nōme,
inquit, Socrates, que sint verò leges nosti? No-
sco, ait. Et quas illas putas esse? Quas ciues, ait,
conscripterunt, statuentes quid facere, & à
quibus abstinere oporteat. Legibus idecirco ob-
temperans, ait Socrates, num is erit, qui secun-
dum eas viuat? non obtemperans erit, qui eas
transgreditur? Vehementer, inquit. Quicumque
igitur

igitur eis pareat, faciet iusta: qui secus, iniusta.
Ita, inquit, profectò Qui igitur iusta facit, in-
iustus: qui iniusta, iniustus est. Iniustus verò, qui
preter leges viuat. Tunt Hippias: Quoniam
pactò ò Socrates, ait, aut leges, aut eis parere
quisquam magni existimaret, cum ipsim et lo-
gumlatores pluries eas improbantem mutent?
Etenim, Socrates ait, ciuitates bellum susci-
pientes, rursus bacem suscipiunt. Maxime, Pu-
tasne interesse, si quis eum vituperet qui le-
gibus obtemperet, quòd sapiens mutentur? An
eum, qui bello fortiter pugnet, quòd sapiens
fiat pax? An & hos qui in bello promptè pa-
triam inuent, vituperas? Non hercle. Lycur-
gum autem Lacedæmonium sensistine vi-
quam, nulla re alia fecisse Spartam ab alijs ci-
ui: atibus differre, quam quòd instituerit suos
ciues rectè parere legibus? In ciuitatibus quo-
que, non meministi eos primates fore optimos,
qui populo causa sint, vt pareant legibus? Tum
ciuitas, in qua maxime ciues legibus pareant,
& in pace beata, & bello inuicta est. Necnon
è concordia maximum esse ciuitatibus bonum
videtur: plerisque & senatus, & viri optimi
ad eam ipsam hortantur: totaq; in Græcia lex
posita est, vt ciues ad concordia iureiuuado con-
ueniant: atq; vbiq; id inter se præstet. Hæc, ni
fallor, faciunt, non vt semper eosdem saltato-
res, nec vt eosdem tibicines, nec vt eosdem pœ-

tas habeant, nec ut eisdem delectentur, sed ut legibus pareant. Nam cum bene cum legibus ciues conuenerint, feliciores, ac multo erunt ciuitates potentiores. Sine concordia neque ciuitas bene gubernabitur, neque domus bene habitabitur. Priuatim uero, quomodo aut minus à ciuitate condemnabitur, aut magis honorabitur, aut magis litigijs vincet, aut minus vincatur, quam si legibus paruerit? Apud quem magis quispiam aut pecuniam, aut filios, aut filias suas deponat? aut quem ciuitas digniore putet magis, quam qui legibus pareat? Tam à quo magis parentes, propinqui, familiares, noti, ciues, aduena assequuntur, quæ officij sunt? Cui hostes magis credent, aut induciis, aut pace componedis? Cui magis quam legibus parenti fieri socij mallent? aut cui socij magis credant aut principatum, aut ciuitatis custodiam? Aut cui quisquam cum benefaciat, putet sibi gratias reddi maiores, quam ab hoc qui legibus pareat? Quis ne magis cuiquam benefecerit, quam huic à quo non dubitet se gratis recepturum? Cui autem velit magis esse amicus, aut minus quam huic esse inimicus? Cui bellum quispiam minus inferat, quam huic qui maxime velit quispiam se amicum esse, & minime inimicum? Cui plures amici atque socij esse uolent, magisue paucissimi inimici & hostes? Itaque ego ò Hippias, idē dico esse iustum, atque legibus

bus obtemperare. Quod si tu aliter sentias, profer. At Hippias: Recte, neque mihi secus de isto est ut sentiam. Non scriptas autem quasdam ò Hippias, cognosti esse leges? Has, inquit, quæ quidem ubiuis locorum similiter habentur. Habes igitur eas tu dicere esse ab hominibus latas? At id quoniam pacto, inquit, cum neque in unum omnes conuenire possint, neque unius sint lingua? Quos igitur tu putas leges istas tulisse? Ego quidem deos putem istas hominibus leges dedisse. Nā lex quidem in primis apud omnes homines una est, ut deos colas: & ut parentes iis honores, ubique iubet, lex ait. Et hoc, inquit: neque parentibus licere misceri cum liberis, neque liberis cum parentibus. Non mihi ista videtur ò Socrates, esse diuina lex. Quid ita? Quoniam sentio, inquit, esse quosdam transgredientes. Enimvero cetera permulta, inquit, transgrediuntur: sed supplicij afficiuntur, qui à diis impositas leges transgrediuntur, quæ quidem nullo modo est homini possibile effugere: veluis qui ab hominibus positas quidem transgredientes, tum quod lateant poenam effugiunt, tum quod vi superet. Et quam poenam, inquit, ò Socrates tandem non possunt effugere, si vel parentes liberis, aut liberi parentibus miscantur? Maximam, inquit, per Iouem. Quid enim malorum maius in procreandis filiis homines patiantur, quam si malè procreent? Quo igitur, ait, pacto



malè illi procrearent, quos nihil prohibet, cum boni sint, ex bonis prolem procreare? Quoniam, inquit, mehercle, non solum bonos esse oportet, qui prolem procreant, verum & etate firma & valida. An tibi videtur similia semina esse illorum qui virili etate, aut qui declivi, aut qui immatura sunt? At per Iouem, inquit, non fit mihi verisimile. Vtra, inquit, igitur melior? Patet, ait, quæ virilis. Nunc atatis immature non bona sunt semina? Minime. Quicumque igitur prolem procreant istorum, prolem non ut oportet, procreant. Vti videtur, ait. Quis igitur ait, malè procreent, nisi isti? Fateor. Sed quid? benefactores nonne vicissim afficere beneficij: ubique legibus sancitum est? Est, inquit. Verum & id homines interdum transgrediuntur. Et hi igitur, qui hoc transgrediuntur, pœnas luit. Nam bonus amicus privati, alios, quibus sunt odio, querit. Quicumque enim bene suis fecerit necessarij, huic boni fient amicij: quicumque verò non affecerit huiusmodi homines beneficij, propter ingratitudinem ab his odio habebitur. Cum autem adeo usque maximè conducatur uti, hos maximè querit. Per Iouem, inquit, o Socrates, deorum eæ esse leges videntur. Nam quod qui transgrediuntur, dant pœnas, eo mihi melioris esse conditionis videntur, quàm hominis. Vtrum o Hippias deos putes

quæ

quæ iusta sint legibus mandare, an alia? Non hercle. Minime enim alius iusta legibus mandaret, Deus quoque, o Hippias, iustum esse, atque legibus obtemperare, placet.

Dicitur hoc iam, o a nice, neque amplius inueni-
 tus facile, quod quis dicat. Si enim conducere
 quidem iniustitiam posuisses, vitium tamè vel
 turpe quoddam esse ipsam confessus esses, quem
 admodum alij quidam, aliquid ad hæc secun-
 dum ea quæ existimantur dicere possemus. Nunc
 autem perspicuum est dicturum esse te, & pul-
 chrum & robustum quiddam iniustitiam esse,
 ceteraque illi datorum omnia, quæ nos iustitie
 tribuimus: quandoquidem & in virtute, & in
 sapientia ponere eam non dubitasti. Verisima
 profecto vaticinaris.

Sed hoc quoque mihi responde: An iustus
 videatur tibi plus iusto habere velle. Nullo pa-
 Eiusdem.
 flo, Non enim urbanus esset, ut nunc, & sim-
 plex. Quid autem? plus iusta actione? Ne-
 que iusta etiam actione. In iusto autem vtrū di-
 gnum putaret plus habere, idque iustum existi-
 maret, vel contrarium? Existimaret vtrique, dignum
 que putaret, sed non posset. Atqui ego isthuc
 non interrogo, sed vtrum iusto quidem plus
 habere, neque dignum putet, neque velit iustus
 iniusto autem contrarium. Sic est profecto. Quid
 autem iniustus? An æquum censet plus habe-
 re & iusto, & actione iusta? Quid mihi cum



omnibus plus habere se dignū existimet. Num igitur & iniustus homine iniustaq; actione, iniustus plus habebit, & certabit, ut in habēdo omnes exuperet? Vera hæc sunt. Sic itaque dicimus: Iustum quidem simili nō plus habere velle, plus autem dissimili. Iniustum verō utroque plus accipere velle. Rectē dixisti. Atqui prudens & bonus, iniustus ipse est: iustus autem, neutrum. Rectē & illud. Ergo prudenti & bono similis est iniustus, iustus autem minime. Quid obstat, inquit, quo minus qui talis, talibus quoque similis sit: qui verō non talis, similis non sit? Ans belle. Talis igitur est uterque ipsorum, quales hi quibus similis est. Et quid aliud? Si ita sanē. Sed dicas Thrasy-mache, utrum musicum aliquem voces, aliquem verō nō musicum? Equidem. Utrum istorum prudentē, utrum imprudentem? Musicum sanē prudentem, expertem musicæ imprudentem. Nōne in quibus prudentem, in eisdem & bonum: in quibus imprudentem & malum? Nempe. Eodemque pacto de medico dicemus? Eodem. Videtur tibi vir optime: cum musicus vir lyram temperat, velle in intentione & remissione chordarū musicum virum exuperare, vel dignum putare ut eo plus assequatur? Minime. Expertē verō musicæ superare contēdit? Necessē est. Quid medicus: in cibo aut potu dicēsne plus assequi, quā aut medicus alter, aut res ipsa cupis? Nequaquam.

quam. Plus autem quā medicinæ artis imperitus? Proculdubio. Vniuersas denique sciētias & insciētias contēplare, si quis tibi videtur, quō quidem scientiam habeat, plus sumere velle, vel dicēdo, vel faciendo, quā alter sciens, non autem eadem ad actionem eādem quæ & ille quō ipsi similis est. Fortē sic se res habeat necesse est. Quid autem indoctus? nōne plus docto sibi assumere vellet, atque etiam indocto? Fortasse. Sed doctus nōne sapiens? Concedo. Sapiens autem nōne bonus? Est isthuc etiam. Bonus ergo & sapiens non volet plus sibi quā suis similis vendicare. plus tamen quā dissimilis & contrarius, volet. Videtur. Malus autem & indoctus tam simili quā dissimili sibi plus arrogabit. Apparet, nōne iniustus Thrasy-mache plus usurpare contendit, quā vel similis vel dissimilis? An non ita dicebas? Dicebā equidem. Iustus autem simili quidem non plus volet, sed dissimili. Fateor. Est itaque similis, iustus quidem sapienti & bono, iniustus autem malo & inscio. Apparet. Atqui concessimus, talem utrumque esse, qualis sit is cui similis est uterque. Concessimus plane. Iustus itaque nobis bonus sapiensque esse apparuit: iniustus autem, indoctus & malus.

Cum igitur constitisset, iustitiam & virtutē Plato de re esse & sapientiam, iniustitiam vitium & inscitā, maneat, inquam, hoc ita nobis. Dicebā iusto.

mus autem validum ac potens quiddam iniustitiam esse.

Eiusdem.

Verum non ita simpliciter agere cupio, sed hac via considerare, Civitatemne aliquam asfirmaves iniustam esse? & alias civitates velles iniuste in servitutem redigere, servuasq; sub se multas habere? Cur non? Imò verò hoc summo pere faciet illa, quæ præstantissima erit, & quæ ad extremam pervenerit iniustitiam, Intelligo equidem, quòd tua hæc erat oratio. Sed hoc circa ista considero, utrum hæc quæ præstantior sit civitas civitate, absque iustitia hanc sit potestatem habitura, vel necesse sit ut habeat cum iustitia. Siquidem ut tu paulò antè dicebas, iniustitia ipsa sapientia est, necesse est cum iustitia: sin autem ut ego, sine iustitia. Responsonibus tuis ò Thrasy mache, valde delector, quoniam non modo annuis & abusus, sed & præclare respondes. Ut tibi gratum faciã. Facis tu quiddè bene. Sed in hoc quoq; gratificare mihi, & dicit: An ceteris civitate aliquã, vel exercitiũ, seu latrones siue fures, vel alium quẽcum certum hominũ iniuste aliquid unã agredientũ, perficere posse quicquam, si iniuria iniucem se affererint? Nequaquam, Quid autem, si ab iniuria abstinuerint. Nõme magis? Proxus Seditio-nes nãq; Thrasy mache, iniustitia, inimicitias, contentioesq; parit iniustitia verò, concordiam & amicitia. Nõne? Esto, ne à te dissentiam.

Bene

Bene agis vir optime. Sed mihi & hoc dicto. Si hoc iniustitiæ opus est, ubicunque insit odium, gignere, nõnne inter liberos & servos si fuerit, efficiet ut iniucem odia atque contentiones exerceãt? nullòque pacto possint aliquid ex communi concordia facere? Ominino. Quid autem? Si inter duos hæc insint, nõnne dissentient inter se, insequenturque odius, & inimici erunt & sibi & iustis? Erunt sanè. Sin autem in uno insit, ò mirifice vir, iniustitia, nõnne ipsus potentiam dissipabit? vel nihil minus habebit? Nihil minus habeat. Nõnne talem aliquam vim habere videtur, ut cuiuscunque insit, siue civitati, siue genti, siue exercitui, siue alteri cuilibet, primò quidem impotens reddat id cui inest aliquid secum agendi, propter disensionem atq; discordiam: deinde inimicũ efficiat ipsũ & sibi, & contrario cuilibet, atq; iustis? Nõne ita? Ita. Atqui & in uno si fuerit, hæc eadem faciet omnia quæ ad naturam suã sequuntur. Primum quidem impotentem eum agendi reddet, cum secum ipse dissentiat, neq; sibi met constet. Deinde & sibi & iustis faciet inimicum. An' nõ? Certè. Iusti autem, ò amice, sunt & dei. Sint. Ergo deus inimicus erit Thrasy mache, vir iniustus: iustus autem, amice, Ex- plere Socrates pro libidine, orationis epula. Nõ enim tibi adversator, ne istos mihi in se suos reddam. Age itaque reliqua coniung adhibe.



quemadmodum paulo ante respondēs. Constat profecto sapientiores, meliores, potentioresque ad agendum, iustos esse: iniustos autem, ne iniicem quidem tractare quicquam posse. Verum quod dicimus, validissime in commune simul aliquid conficere illos posse, qui omnino iniusti sunt, haud omnino verum est. Non enim abstinere iniicem ab iniuria, si prorsus iniusti essent, Sed liquet in ipsis esse iustitiam quādam, quæ ipsos ita afficiat, ut se iniicem ledere nolint, simulatq; alios, per quam agunt, quacumq; agunt. Impulsi autem sunt ad iniuste agendum, iniustitia, cum semimali essent. Nā qui ad summum nequitie & iniustitie peruenerunt, persficere omnino nihil possunt. Hac quidem quod ita se habeant, non autem ut tu supra ponebas, intelligo. Vtrum autem & melius uiuant iusti quam iniusti, & feliciores sint: quod quidē postea considerare proposueramus, considerandum est. Et ut mihi quidem videtur, hoc ex his quæ diximus sequitur. Sed tamen melius considerandum. Non enim de re quadam rili spernādaq; sed quoniam modo viuendum sit, habetur oratio, Considera iam. Ecce considero. Dic igitur, opusne a qui tibi aliquid esse videtur? Mihi quidem. Nunc hoc quidam diceres, & equi & aliteris cuiuslibet opus, quod vel solo illo, vel maxime quis explet? Haud intelligo, Attēde, sic forte intelliges. Aliāue re, quam oculis, vi-

des? Minime. Quid verò? aliāue re audires, quam auribus? Nequaquam. Ergo hæc horum opera recte dicemus. Recte. Posses ne gladio & scalpello, & multis aliis, vitis palmites amputare? Quidni? Veruntamen non ita commode, ut falce ad usum hunc fabricata. Est, ut dicis. Ergo nōne hoc istius opus esse dicemus? Dicemus profecto. Existimo melius te nunc tenere, quæ paulo antē dicebam, cum interrogarem an id cuiusq; opus esset, quod vel solo illo, vel melius quam ceteris efficitur. Intelligo iam. Idq; mihi cuiusque opus esse videtur. Nōne & virtus tibi esse cuique videtur, cui aliquod opus adscribitur? Reuertamur igitur ad priora. Oculorum dicimus esse opus aliquod? Certē. Ergo nōne & virtus oculorum est? Et virtus. Et aurium opus? Et aurium. Est ergo & virtus. Est. Nōne de reliquis omnibus eodem dicendum?

Nunquid oculi opus suum pulchrē aliquādo Eodem. exercerent, virtutem propriam non habentes, sed pro virtute vitium? At quomodo? Cacitatem namque, fortasse pro visu dicis. Quacunque illorum sit virtus: nam ad presens non id quæro, sed vtrum propria virtute recte suum opus exerceant, vitio verò non recte. Vera loqueris. Nōne & aures sua priuata virtute, male suum opus exercent? Male. Idēne sentimus de reliquis omnibus? Idem. Age &



hæc præterea contemplare. Est'ne anime aliquid opus, quod nulla re alia faceres, veluti curare, imperare, consulere, & alia generis eiusdem? Nunquid hæc alteri rei quam anime iure tribuere possemus, diceremusque ipsius propria esse? Nulli alteri. Quid autem ipsum viuere? An non anime opus esse dicemus? Maxime. An non & virtutem quandam anime esse dicimus? Dicimus. Nunquid anima quandoque, ô Thrasy-mache, propria virtute priuata, opera sua bene explebit? Vel nullo modo poterit? Non poterit. Necessè est igitur, malam animam malè imperare atque curare, bonam verò hæc omnia bene facere. Necessè Concessimusne virtutem anime iustitiam esse, iniustitiam vitium? Concessimus. Iusta ergo anima, iustusque vir bene viuet, iniustus autem malè. Ita secundum rationem tuam apparet. Qui autem bene viuunt, beatus est, & felix, qui malè, contrà. Quid ni? Igitur iustus felix est, & iniustus miser. Sini. At miserum esse non prodest, Prodest autem esse felicem. Proculdubio. Nunquam igitur ô beate Thrasy-mache, conducibilis erit iniustitia

Ex Plato. quàm iustitia.
ne de Re. In his itaque vix tandem consensimus, se
publ. vel de tis que inter nos constituit, eadem in ciuitate
iusto. to eadem & in cuiusque anima genera esse

ac numero paria. Sic certè. Quin & hoc necessarium est, quemadmodum & quo sapiens erat ciuitas, ita & eodem sapiente n est priuatum? Plane. Item, quo sortis est priuatus aliquis, & quomodo, eodem & ita sortem esse ciuitatem, & in cæteris omnibus ad virtutem vtraque suniliter se habere. Necessè est. Atqui & iustum ô Glauc, virum dicemus eadem ratione, qua dicimus ciuitatem.

Necessarium id omnino. At nondum illud oblitus sumus, quòd ciuitas ex eo iusta visa est, quia cum tria in ea sint hominum genera, suum quisque explet officium. Haud certè mihi oblitus vide mur. Meminisse ergo oportet, quòd quisque nostrum, cuius singule anime partes quòd suum est agunt, & iustus erit, & sua peragens. Meminisse profus. Nonne rationali potenti e conuenit imperare, cum sapiens sit, geratque totius anime providentiam? Irascendi verò nature obsequi rationem? Perque illam pugnare? Penitus. Nonne vt supra tractauimus, musicæ & gymnasticæ mixtis atque temperantia, vt concordia ista sint, efficit? Vnum quidem horum, intendens augetque & nutriens præclaris sermonibus & disciplinis; alterum verò remittens, sedàs mansuasciens per harmoniam atque rhythmum? Maxime. Cuiusq; ita nutrita hæc fuerint, & que sua sunt reuera didicerint, & optimè fue-

rint erudita, ardori concupiscentiae praesidebunt: quae pars animae in quocumque est plurima, neque inquam pecuniarum possessione repletur: cauebuntque ne corporalium voluptatum expletione adauclta grandior, robustiorque euadat, nolitque suo duntaxat officio fungi, sed subijcere sibi illa contendat, quibus imperare natura non debet, atque ita uniuersam omnium uitam peruertat. Sic profusus. Quin etiam ab externis hostibus haec animam omnem, corpusque custodit, dum illud quidem prouide consulit, hoc autem propugnat, obtemperat principi, fortitudine quae consulta sunt, peragit, Vera haec sunt. Fortem profecto haec ex parte virum quemque vocamus, quando in ipso iracundia vigor ita institutus est, ut in medijs voluptatibus et doloribus, in sententia sua persistat, non aliter esse de terribili et non terribili iudicandum quam ratio ipsa dictauerit. Probe. Sapientem vero breui illa ex parte quae et imperauit in ipso, et ista dictauit, habens in seipsa scientiam, qua discernit quid potissimum ex re su si tam singulis quam uniuerso ex his tribus: caeni constituta. Ceterum Temperantem rursus aliquem appellamus horum ipsorum amicitia atque concordia, quando et quod praesidet, et quod subest, in sententiam eandem conueniunt, rationem scilicet imperare decere, neque ab illa desiscendum esse. Temperantia profecto nihil est aliud

et priuatum et publicum. Iustus denique ex eo atque ita erit quisque, ex quo saepe iam diximus, et quemadmodum exposuimus. Necessum est, inquit, profusus. Quid porro? inquam. Est ne aliquid quod hanc nostram resque adeo sententiam inturbet, ut aliud videatur esse nobis iustitia, quam quod in ciuitate constituit? Mihi quidem non videtur. Quinimo, si quid adhuc inter nos in controuersia sit, sic iterum superiora penitus confirmabimus, absurda illa huic obijcientes. Qualia. Veluti si in hoc deliberare nos oportuerit de ciuitate illa, de qua homine eodem cum illa pacto nato atque nutrito, numquid vir talis cum depositum auri vel argenti acceperit, videatur quandoque fraudem excogitaturus? Censes aliquem iudicaturum eiusmodi virum fraudem committere potius, quam secus affectos homines? neminem profusus. An non a sacrilegis hic, furtis, proditiombus, tam priuatum aduersus sodales, quam publicum aduersus Rempublicam innocens erit? Innocens. Acqui neque perfidus, vel inuicirando, vel quibuscumque commercijs. Nullo pacto. Adulteria quidem, parentum contemptus, impietas in deos, cuiuslibet alteri potius quam huic conueniunt. Ita profusus. Nonne horum omnium causa haec est, quia quicquid in ipso est, suum opus exequitur: siue imperando, siue exequendo? Nulla certe alia. Quid?

Quæris aliud esse iustitiam, quam hanc ipsam
 vim, quæ tales viros, & tales efficit ciuitates?
 Ego quidem minime. Tandem nobis absolu-
 tum somnium illud est, quod nos coniecisse di-
 ximus: nempe quod mox incipientes conderet
 ciuitatem, deo quodam fauente, in aliquod prin-
 cipium imaginemque iustitiæ ingressi videremur.
 Omnino quidem. Hoc autem erat, &
 Glance, propter quod confert quoddam iusti-
 tiæ simulacrum. Nempe debere qui natura co-
 rriarius est, artem hanc exequi, aliud nihil ag-
 gressum, qui verò faber, fabricare. Similiterque
 in ceteris. Apparet. Reuera quidem talis ius-
 titia est, sed non circa actionem exteriorem,
 imò circa interiorem suarum partium actio-
 nem verè ad ipsosmet animum, & ad sua:
 dum nihil permittit ex suis aliena tentare,
 neque sunt anime genera opera inuicem con-
 fundentia per plura vagari: sed reuera pro-
 pria rectè digereit sui que est Dominus, sese
 exornat, amicus sibi ipse effectus, in se tria
 ipsa contemperaans tanquam tres terminos har-
 moniæ, neates, hypates, & mediæ. hoc est octa-
 uæ vocis, & grauis, & quintæ, seu quæuis alia
 mediæ fuerit. Itaque hæc omnia neclens, ipse-
 que vndique vnus effectus ex multis tempe-
 rans atque concinens, ita demum agit si quid
 agit, vel circa pecunias acquirendas, vel cor-
 poris cultum, vel etiam circa ciuilia, aut pri-

uata commercia, in his omnibus actionem il-
 lam iustam & præclaram existimās, quæ ha-
 bitum hunc peragit atque seruat. Sapientiam
 verò, operationi huic præsentem scientiam:
 iniustam autem operationem quæ hanc dissol-
 uit, insipientiam: denique operationis huius du-
 cem, opinionem. Vera prorsus, & Socrates, lo-
 queris. Si ergo dicamus nos inuenisse iustum
 virum, & ciuitatem iustam, quidue in vtrisque
 iustitia sit, haud fortè multum, vt arbitrator,
 mentiri videbimur. Non per Iouem. Asserens
 dum igitur? Proculdubio. Esto itaque, Enim-
 uero deinceps de iniustitia considerandum vi-
 detur. Planè. Seditionem quandam horum
 trium iniustitiam appellare decet, curiosamque
 & variam alieni operis usurpationem, & in-
 solentem partis cuiusdam præuaricationem ad-
 uersus totam animam rebellantis, insurgensque
 ad imperandum regio animi generi, cui seruire
 eam natura iubet. Talia quædam, vt arbitrator,
 atque horum turbationem erroremque, iniustitiam
 esse dicemus, & intemperantiam, ignauiam,
 insipientiam, & vniuersam denique prauitatem.
 Hæc prorsus ita se habent. Nonne satis iam
 perspicue patet, quid est iniusta facere & iniu-
 rari, ac rursus quid agere iusta, quandoqui-
 dem iustitia & iniustitia patent? Quænam
 pacto? Quia nihilo à salubribus & insalubri-
 bus differunt, Nempe vt hæc circa corpus, sic



circa animum se habent & illa. Quæ ratione? Salubria quidem sanitatem inducunt, insalubria morbum. Planè. Similiter quoque iusta agere, iustitiam gignit in animo: iniusta facere, iniustitiam. Necessè est. Est autem sanitatem inferre, ita quæ in corpore sunt disponere, ut secundum naturæ ipsius ordinem inuicem superentur & superent. Morbum autem inducere, usque ad corporis partes insicere, ut contra naturæ legem dominantur inter se, subicianturq;. Est ita. Eadem ratione iustitiam prestare cuiquam, nihil est aliud quàm animi partes in ordinem suum digerere, ut ad naturæ normam parent atque imperent. Iniustitiam verò, ut contra naturam exuperent inuicem, ac succumbant. Profusè. Virtus igitur, ut apparet, sanitas quedam est, & pulchritudo, & robustus animi vigor. Præuitas contra morbus, turpiter & imbecillitas. Est ut dicis. Nonne igitur exercitationes honestæ ad virtutem accquirendam conducunt, turpes ad præuitatem deducunt? Necessè est. Restat ut videtur, discutiendum, nunquid proficit agere iusta, honesta colere, esse iustum, siue occultum id cuique sit, siue non. An iniuriari & iniustum esse, si modo non det pœnas, neq; fiat castigatione melior. Mihi quidem ô Socrates ridicula disceptatio ista fore videtur, siquidem corporis naturæ corrupta, videtur non esse viuendum, neq;

etiam

etiam in summa epularum & poculorum omnium affluentia, cunctis diuitiis, & totius orbis imperio. Natura verò eius quo viuimus polluta, atque corrupta, num viuendum erit? si quis quodcumq; lubet aliud agat, quàm hoc vnum, vnde ab improbitate iniquitateq; liberetur, iustitiam verò & probitatem adipiscatur, postquam talia hæc utraque, qualia narrauimus, apparuerunt. Ridicula profecto. Verum posteaquam edeuenimus, ut quàm certissimè fieri potest, quod hæc ita se habent perspiciamus, minime desistendum. Per Iouem, minime omnium.

Plat. de re
pub. vel de
iusto.

At enim postquam huc disputando deuenimus, repetamus quæ à principio dicta sunt, ex quibus ad ista delati sumus. Dicitur quædam fuit, iniuste agere illi prodesse, qui cum omnino iniustus sit, iustus tamen existimatur: an non ita dictum? ita. Ad hæc igitur ita in presentia differamus, postquam vnâ cõuenimus, quam vim & iusta & iniusta habeat operatio. Quæ pacto? Imaginem anime figuremus, ut qui illa dicit, qualia dixerit, recognoscatur. Qualem? Talem aliquam quales quondam memorantur fuisse naturæ Chimæe ipsius, Scyllæ & Cerberi, & aliæ multæ, in quibus feruntur variæ in eodem forme congenitæ. Feruntur quidè. Finge itaq; figurâ vnâam bestie variæ admodum, & capita circum multa habentis, capita inquam



partim bestiarum domesticarum, partim agrestium, que & permutare & producere ex se hæc omnia possit. Noui pictoris artificium nar-
ras, tamen cum ad fingendum sermo quam certâ
facilior sit, fingatur. Vnam præterea his adiun-
ge superne leonis formam: huic vnâ insuper
hominis. Et amplissimum quidem primum sit,
angustius vero secundum atque tertium. Facilia
quidem ista, quare & formata sint. Coniungit
igitur hæc tria, vt ad vnum sciendum in-
uicem coherescant. Iuncta sunt. Circumponit
extrinsecus ipsis hominis vnius imaginem, vt
ille qui nequeat interiora inspicere, sed exte-
rius duntaxat cernat operimentum, vnum ani-
mal, homo scilicet videatur. Circumdedi. Di-
camus itaque illi qui asserit prodesse homini
huic iniuste agere, iuste vero viuere nequa-
quam prodesse, eum nihil aliud asserere, nisi
prodesse illi vt bestiam illam multiplicè pascat
& leonem, & fortiorè illam leonemq; efficiat,
hominem vero perire fame permittat atq; ener-
uet, vsque adeo vt propter imbecillitatem tra-
hatur quocumq; cetera illa rapiunt, neque alte-
rum cum altero mansuefaciat, inuicem con-
ciliet, imò sinat singula se inuicem morsibus la-
cerare, ac pugnantia se mutuo deuorare. Omni-
no hæc diceret, quisquis laudaret iniuriam.
Ergo si quis dicat. officia iusta prodesse, hæc
agenda dicendaq; monebit, ex quibus homo ille
huiusmo-

huiusmodi animalis interior, summam poten-
tiam consequatur, fereq; illius pluribus capiti-
bus redimita, tanquam colonus curam habeat,
domestica quidè capita fouens, irritans ac nu-
triciens, agrestia protinus amputans, dum leonis
naturam ad hoc adiutricem accipit, communi-
terque curat omnia, & inuicè mutua beneuo-
lentia sibiq; conciliat. Profecto hæc ait, qui in-
stum laudat. Omni itaq; ratione qui iusta lau-
dat, vera loquitur: Qui vero iniusta, mentitur.
Nam & quoad voluptatem, & quoad decus,
& quoad emolumentum, iusti laudator, vera
pronuntiat. Vituperator autè neque veri quic-
quam asserit, neq; nouit quod improbat. Nullo
modo, vt mihi quidem videtur. Mitibus itaq;
verbis illi persuadeamus, neque enim sponte de-
linquit: sic interrogantes, O beate vir, nonne
& honesta vite instituta & turpia, ob talia
quedam esse dicimus? Honestam quidem, que
partem nature serinam homini, imò fortassis
diuino subiiciunt? Turpia vero, que agresti
domino mancipiant mansueta. Consentiet, nec-
ne? Consentiet, si mihi crediderit. Estne ali-
quis cui profit ex hac ratione iniuste aurum
vsurpare, si quidem accidit, vt dum accipit au-
rum, præstantissimam sui partem ignobilissi-
me seruire compellat? Etenim si accipiens au-
rum, filium suum, vel filiam mancipium effi-
ceret, agrestiam & improborum hominumq;



hancquaquam accepisse prodesset, neque etiam si multum caperet: sin autem partem sui diuinissimam, parti prophanissimæ scelestissimæq; seruire cogit, neq; misericordia tangitur, nonne erit miser? ac multo cum grauiori sui perniciæ, auri muneribus est corruptus, quàm Eriphyle, quæ, viri perderet viri sui vitã, monile illud accepit? Valde quidem, vt ego tibi pro illo respondeam. Nonne & intemperatiam olim appellatam tali quadam de causa putas? Quoniam in ea dira illa ingessit & multiplex fera vltra quàm deceat, vagatur? Patet. Contumacia vero & insolentia improbat, quando leoninum & serpentinum illud genus ita superat, vt preter omnem modestiam inualescat? Prorsus. Delicata verò mollities in huius ipsius libera nimium relaxatione, quando in ipso timiditatem & ignauiam procreat, reprehenditur? Quid ni? Assentatio insuper, illiberalitasque, cum aliquis hunc ipsum animositatis vigorem turbulenta multipliciq; bestie submittit, ac propter questum, eiusq; inexplebilem cupiditatem delicit, atque ita à primis annis assuefacit, vt ex leone in simiã vertatur. Magnopere. Mechanicus verò mercenariusq; affectus cur infamia habetur? Tunc certe hæc in nobis infamia sunt, quando quis partis optimæ speciem natura sortitus est imbecilem, adeo vt bestius que in eo sunt, dominari non possit: colere vero

tantum & possit & studeat, & eorum blanditias solum nosse. Videtur. Nonne vt huiusmodi vir à tali quodam duce regatur, à quali & optimus quisque regitur, seruum ipsum esse debere dicimus optimi viri, diuinumque in seipso imperatorem habentis: neque ad subiecti iacturam, parere illum debere superiori censemus, quæadmodum de subditis omnibus Thrasymachus existimabat: sed quia præstat cuique diuino sapienti q; principi subiici, maxime quidem si talem in seipso principem habeat: si non habeat, principi huic saltem exteriori: vt omnes simes quoad fieri potest, consimiles & amici, eidem principi subiecti? Recte nimium. Perspicuum quidem ex lege fit, quod tale quiddam ipse est consilium, cum omnibus ciuibus æque prospiciat: tum illud etiam in pueros imperium idem ostendit, quo prohibentur sui iuris esse, tantisper dum & in ipsis quemadmodum in ciuitate Rempublicam constituamus, optimamque ipsorum partem colentes, ex optimæ nostri parte exterioris huius principis loco similem quandam in ipsis custodem sibi ipsi imperatorem creemus, ac tunc demum liberos esse permittamus. Constat planè.

Nonne cetera quidem in hac disputatione Ex Platone posuimus & præmia verò ipsius, & honores ne de Re nequaquam attulimus, quemadmodum Hærodotus publ. vel de merum vos & Hesiodum adduxisse dicebatis: iusto.

sed iustitiam ipsam ipsi anime optimum premium esse comperimus, iustitiaeque agendum esse monstrauimus, siue Gygis habeat annulum, siue etiam Plutonis galeam? Vera loqueris. Ceterum nunc quoque praeter haec nulla inuidia prohibet, quo minus iustitia & uinuisse virtuti ea premia tribuamus, quae ipsa anime tam apud homines, quam apud deos comparat, tam uiuenti quam defuncto. Magnopere. Nunquid ergo restituitis mihi, quae in sermone mutuati estis? Quid maxime? Dedit equidem uobis, iustum uirum uideri iniustum, iniustumque iustum. Res enim petieratis, licet fieri non posset, ut ista homines deosque laterent, tamen concedi hoc disputationis gratia placuit, ut iustitia ipsa ad iniustitiam ipsam comparata iudicaretur. Non recordaris? Quid ni recorder? Postquam iudicium peractum est, tam iterum postulo ut exponatis, quam iustitia mercedem à diis & hominibus referat, ut & palmam ab opinione & manifesta existimatione reportet, qua cultores suos ipsa quoque decorat, postquam aperte uisa est etiam ipsa sui praesentia beneficia nobis conferre, neque eos decipere, qui uere possident. Debita postulas. Primum quidem hoc mihi reddetur, quod qualis uterque eorum sit, & iustus & iniustus, deos non latet. Reddemus. Si deos id non latet, hic quidem à Deo amabitur,

bitur, ille odio habebitur: id quod principio confessi sumus. Est ita. Deorum autem amico omnia, quoad fieri potest, à diis optima tribuuntur, nisi quid mali ex priori delicto, et necessitate quadam immincat. Omnino. Sic itaque de iusto uiro existimandum, siue paupertati, seu morbo, siue quibusuis aliis eorum quae mala uidentur, obnoxius sit, huic demum uel uiuenti, uel mortuo ad bonum aliquid ista conducere. Neque enim à diis unquam negligitur, quicumque iustus euadere, uirtutisque officio, quoad homini licet, Deo similis fieri conabitur. Decens est quidem, talem uirum à simili non contemni. De iniusto autem contra omnino est sentiendum. Vehementer. Apud deos igitur iusto uiro haec dabitur palma. Sic arbitror. Apud homines autem nonne sic euenit, si uera fatuari debemus? Callidi quidem homines & iniusti qui perinde faciunt, ac cursores illi, qui ab inferioribus currunt bene, à superioribus minimè. Nam primò celeriter exiliunt: tandem uerò risum reportant, auribus demissis, & sine corona discedentes. Ueri autem cursores ad finem perueniunt, adeptique premium, coronantur. Uiris iustus similiter idem, ut plurimum accidit. Nempe in fine cuiusque actionis consuetudinisque & uita, probatur, muneraque ab hominibus referunt? Magna-

pere. Sustinebisne ut ego de his, quæ tu de iniustis, adducam? Dicam equidem. Iusti enim cum ad maturam ætatem perueverint, civitatis muneribus pro arbitrio funguntur, matrimonia quibus cum voluerint et dando et accipiendo vicissim inveniunt: ac summam quæcunque de illis tu, ego nunc de his affirmo: rursusque de iniustis hominibus assero. Plerique enim ipsorum quamvis ad tempus sua vitia ce-
lent, tandem in curriculi calce, quales sint deprehenduntur: ridiculi prosus evadunt: et in senio miseri à peregrinis et civibus obiurgantur, verberantur, omnia patiuntur, quæ tu aspera esse reuera dicebas. Torquebuntur enim, et inveniunt. Porro quæcunque ipse commemorabas, audire iterum ex n.e. putato. Sed ut dicebam, vide an sis hæc toleraturus. Perferam equidem: dici enim quæ decet. Hæc itaque sunt premia, mercedes, et munera, quæ iusto viro præter ea bona quæ ipsa in se iustitia continet, à diis et hominibus tribuuntur. Egregia valde hæc sunt, et cæta. At enim hæc et numero et magnitudine nihil sunt, si ad ea comparentur, quæ utrunque defunctum manent.

Platonis in
Clitophō-
ne.

Quid posthæc? unde iustitiæ studium increpiemur? Si quis nos ad curandum corpus hortans, tanquam pueros, qui nequaquam advertunt curam eius gymnasticam atque medi-

cinam

cinam esse, obiurget quod de tritico, et hordeo, et vitibus semper cogitemus, de quæ omnibus quæ corporis gratia querimus: artem verò et industriam qua bonus corporis habitus fiat, nullam inquiramus, cum tamen sit aliqua, sortè illi ro-garemus quæ artes circa cultum corporis esse dicat: atque ille, ut arbitror, responderet, medicinam atque gymnasticam. Eodem pacto nunc quam artem circa animæ virtutem versari censeamus, respondeat, quisquis peritissimus horum sibi videtur. Respondet ergo ad hæc partem hanc quam ex Socrate audivisti, nullam aliam nisi iustitiam esse scias. Tunc ego, nõ solum inquæ mihi nomen adducas, sed ulterius sic exponas. Medicina porro ars quædam dicitur, ab hac duo sunt. nam et medici ex medicis efficiuntur, et sanitas reparatur. Alterum horum haud amplius ars aliqua est: artis autem docentis perceptæque opus, quam dicimus sanitatem. Ad architecturam similiter duo sunt, edificium videlicet, et architectura: illud quidem opus, hæc autem doctrina. Iustitiæ quinetiam est iustos alios facere, quemadmodum superiores artifices. Sed opus alterum quod nobis vir iustus efficere potest, quid esse dicemus? declara. Respondit quidam, conferens: alius, decens: alius, conducibile: alius, utile. At ego respondens obieci, in singulis artibus eadem hæc nomina esse: atque



rectè quid sit, vilia conducibiliæque & aliis huius generis illic fieri, dicitur. Illud verò artis cuiusque proprium, ad quod hæc respiciunt. Quemadmodum in arte fabrilis, quod bene, pulchre, decenter, se habere dicitur, illuc terdit ut ex lignea natura aptè supellectilia fiant, quæ quidem ars in minimè sunt, sed artis opus. Dicitur similiter & iustitiæ ipsius opus.

Platonis
in Alci-
biades.
Quid si non habeam? nõnne putas aliter me iusta atque iniusta discernere posse? Imò siquid inuenieris. An non ceteros inuenisse me? Et maxime quidem modo qua fueris, Deinde nõ credis me quæsisse? Credo equidem, modo te ignorare putaueris.

Ibidem
pau-
lo post.
Non ergo per inuentionem iusta & iniusta cognoscis. Non videor. Sed paulo ante neque per disciplinam etiam percepisse dicebas. Quod si nec inuenisti, neque didicisti, quoniam pacto & unde tenes? Forte haud rectè respondi, cum scire me per inuentionem asserui. Id verò quo pacto habet? Didici ipse quoque, ut arbitror, quemadmodum ceteri. Rursus in idem relabimur: dic mihi enim, à quo didicisti? A vulgo. Non ad probatos refugis præceptores, cum ad vulgus ter referas.

Ibidem.
Responde igitur: nam nisi à teipso audieris, iusta omnia vilia esse, alteri dicere ne credas. Non credam, sed iam respondendum est, nihil enim periculi esse existimo. Vates profectò es.

verum dic: iustorum alia conferre asseris, quædam minime. Assero. Quid autem, horum partim esse pulchra, partim contra? Quomodo hoc interrogas? Virum quisquam tibi aliquando visus sit, turpia quidem facere, sed tamen iusta? mihi nunquam. Omnia itaque iusta, etiam pulchra. Ita. Rursus, pulchra vtrū omnia bona, an partim bona, partim mala? Arbitror equidem ò Socrates, nõnulla ex pulchris mala esse. Et turpia quædam bona? Certe. Nunquid tale quiddam dicis, perinde ac si nonnulli dum in prælio amico vel propinquo cuidam occurrerent ferre vellet, vulnerati perierint: qui vero auxilium cum debuissent, non tulerunt, incolu- mes discesserint? Et maxime quidem, Nõne auxilium huiusmodi pulchrum appellas, ubi quis seruare conatur, quos oportebat: eaque fortitudo est? Profectò. Malum vero vocas, ob interitus ac vulnera: nunquid? Voco. An non est aliud fortitudo, aliud mors? Aliud. Non ergo secundum idem pulchrum ac malum est, amicis opem ferre. Non videtur. Vide itaque vtrum qua ratione pulchrum etiam bonum sit: quemadmodum in iis. Quia enim forte concedis pulchrum esse auxilium ferre, ipsa autem fortitudo bonumne an malum? Sic vero considerat: vira eligeres adesse tibi, bona, an mala? Bona. Nõne maxima bona maxime optares? Maxime. At minime omnium his priuari

velles? Quid ni? Quid de fortitudine dicis quāto illam pretio commutares? Ne viuere quidem vellem, si timidus essem. Extremūme malum tibi videtur esse timiditas? Mihi verò, Acquē ac mori, vt apparet. Acquē. Morti atque timiditati vita & fortitudo cōtraria sunt? Sūt. Et hæc quidem maximē optares adesse tibi, illa minimē? Certē. An non ex eo quōd hæc optima, illa pessima esse censēs? Prorsus. Igitur auxilium ferre amicis in prælio pulchrum quidem vocabas secundum boni, id est fortitudinis, actionem, Videor sanē. Secundum verò actionem mali, id est mortis, malum. Mihi quidem videtur an non congruum est, sic vnamquamque actionem denominare? si enim eam prout malum fert, malam apellas: contra, prout fert bonum, bonā vocare decet. Videtur. Nōne etiam quā bonum, pulchrum: quā malum, turpe? Maximē. Cum ergo dicis, auxilium ferre bello, pulchrum esse, sed malum: perinde est ac si dicās, ipsam bonam quidem, malum tamē. Vera mihi dicere videris, o Socrates. Nihil igitur pulchrum, quatenus pulchrum, malū est: neque turpe quicquam quatenus turpe bonum. Non videtur. Præterea hunc in modum contemplare: quisquis pulchrē agit, nōne bene agit? Vtique. Bene autem agentes, nōne felices? Quid ni? An nō felices propter bonorum possessionem? Et maximē. Acquirunt autem

hæc

hæc ex eo, quōd pulchrē ac bene agunt? Certē. Igitur bene agere, bonū. Quid ni? Nōne pulchrum actio bona? Certē. Idem itaque rursus apparet nobis pulchrum ac bonum. Apparet. Quicquid igitur inueniemus pulchrum esse, idem quoque bonum existere, hæc ratione reperiemus. Necessē est. Bona autem conferunt, nec ne? Conferunt. Meministi, quid supra de iustis confessi sumus? Reor iusta agentes necessarium esse pulchra facere. Pulchra verò agentes, nōne etiam bona? Ita. Et bona prodesse. Penitus. Iusta igitur, o Alcibiades, vtilia sunt. Videtur.

Pittachus dixit, Depositum apud te iuste reddito.

Iustitia virtus est animi, qua tribuitur quod Aristotel. cuique par est. in libello de

Iustitiæ est, distributiuum esse eius quod est virtutibus. secundum cuiusque dignitatem, & tueri patrias consuetudines & instituta: & seruare scriptas leges, & veridicum esse in controuersis, & stare conuentionibus. Est autem prima iustitiarum, aduersus deos: proxima, in demonas: deinde, in patriam & parentes: deinde, erga defunctos: in quibus est pietas, vel pars iustitiæ, vel eius comes. Seclatur autem iustitiam & sanctitas, & veritas, & fides, & vitiorum odium.

Aristoteles de iustitia & iniustitia disse-

rui Ethicorum libro quinto.

Simplici in præfatione in Ad virtutes enim actiuas scientia natura-
commenta- lis adipiscendas confert. Primum ad iustitiam:
reriorum in quandoquidem elemēta & reliquas partes or-
physicā a- bis vniuersi, & sibi inuicem cedere, & sum-
croasm, de amare queque ordinem, eo esse contenta, equa-
ritilate bilitatē inque seruare Geometricam, plane per-
physices. spicimus, vnde ab auaritia & possidendi libi-
dine nos faciet abhorrentes.

Aristotel.
de virtuti-
bui.

DE LIBERALITATE.

Liberalitas virtus est animi, honestorum
sumptuum ministra.

Ibidem.

Liberalitatis autem est, erogare pecunias in
laudabilia, & largitio ad honestos sumptus
faciēdos, & præsto esse ad auxilium in aduer-
sa fortuna, & non accipere vnde non oportet.
Est autem liberalis, & circa indumenta niti-
dus, & circa habitationem: est & instructor
permagnarum rerum, & elegantium, & oble-
tationem habentium, nulla commodi ducta
ratione: est & alcor animalium, mirum quid
aut suauē habentium. Comitatur autem libe-
ralitatem morum facilitas, & comitas, &
humanitas: & esse misericordem, & erga
amicos beneuolum, & hospitalem, & honesti
studiosum.

DE

DE INIUSTITIA, ET
AVARITIA, ET QUAVIS
in re plus habendi cupiditate.

SERMO X.

Est & alius sermo infra, de Parcitate.

EVIDEM hanc sententiam iam olim Euripidis
approbati, quod vir iustus natus sit in
Heraclide proximi commodum. Contra, cuius animus in-
clinatus est in lucrum, & amicis inutilis est,
& difficilis in commerciis.

Non ut animo meo gratificere, profers tam Serapionis
blanda verba, sed tui causa lucri.

Auaritia mortalibus est maximū malum, Menædri.
Nam qui suis aliena quoque volunt adiciere,
hi sepius victi sua spe frustrantur, adduntque
alienis que prius erant propria.

An non stultissima res est turpilucium? Diphili.
Nam dum querit animus occasiones arripien-
di quippiam, hallucinatur ad alia.

Accipere si non esset, nullus foret malus. Eiusdem.
Istud est auaritia, cum neglecta consideratio-
ne Iusti, quavis in re lucro seruietis.

Dicis, sed quicquid dicis, accipiendi causa Menædri.
dicis.

Quisquis ambitiosum & auarum ingenium
habet, nihil ille iustum sapit, neque cupit: dis-
ciliisque est amicis, & tunc civitati.

Theodectis O qui pulchrè splendens lampada versas
flammeas Sol, omnibus mortalibus scædus op-
tatum: vidistis inquam alium in adeo ma-
gnum sua causæ periculum, & inenitabile iu-
dicium incidisse? Hic enim ecce verbis accu-
sat me mulier, agitque causam apud maritum.
Superant autem me idem, qui & incusant.

Aristophanis. Vos qui accipitis stipendia publica, singuli,
priuatim incumbitis suo quisque lucro. Vtili-
tas verò reipublice ceu aquas versatur.

Esiodi in Operibus. Pecunia non rapta, sed data diuinitus, mul-
to sunt potiores.

Ibidem. Dimidium ignorant stulti magis vitale toto,
maluâque quos usus, quos hastula regia præbet.

Ibidem. Turpia lucra fugerant, sunt equalia damna.
Epicarmi. Manus manum fricat.

Bacchylidis Epinicion. Ut paucis dicam, quantumuis sapientem &
nimium homini, lucrum visuperat.

Pindari. Vincula est etiam sapientia lucro.

Hesiodi in Operibus. Bonum est domum, sed rapina mala, mor-
tisque causa. Si quis enim sponte quantumuis
magnum donauerit, dato gaudet munere, ani-
mòque suo delectatur. At si quis ipsamet im-
pudentia fretus acceperit, hoc etsi paruum, cha-
ram mentem contristat.

Euripidis. Ingenita quidem est malitia cunctis mortu-
Belleroph. lium. Is verò qui accepta mercede maxima ma-
lus fuerit, venia quidem indignus est: Sed cum
magnam mercedem audacia magna ferat, fa-
mulus

cilis sustinebit reprehensionem incusantium
ipsum.

Nullus est quem non vincant pecuniæ, nisi Sophoclis
fortè quispiam, quem ego quisquam sit, haud alias, Eur-
video, pidis & De
nae.

Subornas magnum huiusmodi, veteratorem, Sophoclis &
dolosum, erronem, & qui in lucro solummodo Oedipo.
cernit, arte verò cæcus est.

Quicumque manum auro supponit, ille qua- Menandri
uis inficietur, mala consilia molitur. in Lacæis:

Nullus continuò iuste viuens ditatus est: in- alias Len-
stus enim paulatim sibi colligit parsimonia. cadia.

At ille infelicitus alicui dudum opus afferua- Menandri
ti, occupat omnia continuò. in Colaxia

Lucra malè quæsitâ, voluptates quidem pa-
riunt breues: longam verò deinde tristitiam. Antiphò

Ite nunc o mali homines, parate vobis hono- tis, alias
rem per vim, & contrahite diuitias inde. Antiphænis
eiusque venantes, per fas simul atque nefas: de- Euripidis
inde messem ipsarum infelicem metite. in Ino.

Difficile fuerit inuenisse pauperi cognatum. Menandri
nullus enim fatetur ad se pertinere illum, auxi- in Adel-
lio qui egeat aliquo: nimirum statim aliquid à phis.
se postulandum metuens.

Auarum est omne genus barbarorum. Sophoclis
Improbi lucrum iniustitiæ præferunt. in Tereo.

Si viueres longum cerni tempus, aut corni- Euripidis
tis, danda tibi venia foret multas opes colligere in Hyppsi-
ti: Si autem vnus es ex mortalibus, quos pro- pyle.

perè ledit seneclus, non debes infano immensarum opum amore capi. Ne tu quidem intolerabilibus molestiis animum conficias, alij verò bonis tuis impudenter utantur.

- Pallade.** Diuitias quidem diuitiis, sed animã pauperis habes, O diues hereditibus, tibi verò pauper. Si alia dedisti ad usuram, alia iam das, alia daturus es, nunquam argenti dominus es tui.
- Eiusdem.** O celerrimam vitæ rapinam: vir sæenerator temporum usuras signans, subitò mortuus est breui momento temporum, dum claudie adhuc digitis usuras.
- Poliani.** Aes habens, audi quo modo nihil habeas: Omnia ad usuram tradis: ita tu nihil habes, vt alius habeat.
- Incerti.** Ad usuram accipiens, animum tuum oblecta: sæeneratoribus autem relinque calculationem digitorum flexibus molestant.
- Antiphonis.** Calculas ò miser: tempus autem vt usuram, ita canam quoque seneclam parit accedens: & neque potu delectatus, neque floribus circa tempora coronatus non vnguenti, nec elegantis castiucule gnarus, moriere prædiues, & magnum testamentum relinquens, ex multis obolis vnicum auferens.
- Incerti.** Multas myriades calculat Artemidorus, & nihil expendens, multorum vitam agit, qui sapius auri preciosissimum onus gestantes magnum super dorso solum comedunt scænum.

Omnes

Omnes te diuitem esse aiunt: ego verò pauperem esse dico: vsus enim diuitias, ò Apollonius, testatur. Si tu participes opibus, tua sunt: si verò referuas hereditibus, statim ab eo tempore sunt alienæ.

O Thrasy mache, multas opes per insidias perdidisti, & subitò in nihilum reductus es. Cum fueris pareus, scænus & usuram exercueris, a quam biberis, imò sæpe nihil comederis, vt aliquid amplius haberes. Verum si cõsideres quãtum nunc bibas, & quantum olim: nihil minus habes, quãm olim videbaris habere.

Murem domi vidit Asilepiades auarus, & Quid agis, inquit, charissime mus apud me? Mus autem suauiter ridens: Nihil, inquit, amice timeas: non comedere tecum, sed habitare desidero.

Vir quidam parcus thesaurum in somnio Macedoni contrectans, optabat mortem propter diues somnium. Vt verò pristinum vidit post umbratile somniũ lucrum exporrectus à somno paupertatem, denudò dormiuit.

Cum sumptus fecisset in somniis auarus Hermon, præ nimio dolore seipsum strangulauit.

Hæri suspensus se Dinarchus Phidon, ò Nicharchi Glaucæ, propter sex chalcos non mortuus est: tãti enim cõstabat funis, sed egrè serebat sumptum, aliam fortè querens vilioris pretij mortem. Insignis hic auaritiæ modus est, quod

Incerti.

Lucillij.

Eiusdem.

Hypati.

Lucillij.

qui mori proposuerat, & Glauce, propter seæ chalcos non mortuus sit.

Platonis. Aurum quidam inuenit, alter perdidit: ex aliis An- quibus ille qui inuenit, abiecit: qui verò non tipatri. inuenit, dirum sibi abstrinxit laqueum.

Eiusdem. Lachrymatur Phidon auarus, non quia moritur, sed quia minis quinque arcam sepulcralem emit. Hoc igitur ei gratificamini, & pro capacitate arca, vinum de multis filiis ad eum simul iniicite.

Lucily. Hermocrates auarus moriens in testamento seipsum rerum suarum scripsit heredem. Decumbebat autem calculans, quantum à morbo liberato sibi dandum esset medicis mercedis, & quid insumeret egrotans. Vt verò inuenit vnicum sibi restare denarium, si conualesceret, Praestat mori, dixit: & dirigit. Iacebat autem nihil habens præter obolum: at ipsius pecunias libenter diripuerunt heredes.

Eiusdem. Non pulegii odore Criton auarus, sed numis mate dichalco seipsum reficit, cum stomachus angitur.

Eiusdem. Natam sibi prolem in mare proiecit An- lus, homo parcus, cum calculasset impensas, quas vna insumptura fuisset.

Ammia- ni. Quasi maclasset hortum, cœnam apposuit Apelles, oues pro amicis pascendas sibi ratus. Radix erat, in tybun, sænogræcum, lactuca, porri, bulbi, ocymin, menta, ruta, asparagus, Hinc

Hinc ergo timens, ne sænum quoque mihi apponeret, cum lupinos comedissem seminaceros, aufugi.

Hæc cœnatus hircinum pedem & decem Autome- partes, cannabinae brassica, vnan verò lutei dontis. asparagi, nominare illum qui inuitauit nõ audeo: est enim iracundus: & non parum timendum est, ne denuò me vocet.

Omnes semel in die cibum capiunt: vbi verò Pallidæ. apud Salaminum conuiuium fuit, domum reuersi prandemus iterum.

Argentea fame quidam inuitati me ad cœ. Incerti. uiuium cruciauit, famelicos apponens orbes: suspirans autem dixi, in fame argento coruscante, vbi mihi saturitas est orbium fictiliu? Querebam vnde pivaus, id est orbes nomen istud haberent: & inuitatus à te etymologiã inueni. Nam apposuisti nobis magnos orbes magne pine, id est, esurie, famis instrumenta famelicos orbes.

Atamen iniuriam facere, omnino malum, turpèque esse fatemur illi qui facit, an in Critone. non? Fatemur certè. Quagnobrem nullo modo iniuriandum est. Nullo quidem, neque si iniuriam passus fueris, vlciscendum, vt vulgus putat. Si quidem nullo modo iniuriandum. Ita videtur. Quid verò? mala alicui facere decet, ò Crito, an non? Non certè, ò Socrates. Quid autem quò mala patitur, num mala



ricissim referre illi debet qui intulit, ut vulgo videtur? In summe id esset, an iniustus? In iustum. Nempe mala inferre hominibus non distrepat ab iniuria. Veraloqueris. Neque igitur vicisci decet, neque malefacere cuiquam hominum, quodcumque ab aliis ipse passus fueris. Et vide o Crito, ne quid dum hac concedis, prater sententiam tuam nobis assentiare. Per paucis enim scio, quid loquar, sic vel apparet, vel apperebit. At verò quibus sic apparet, & quibus aliter, his non est communis deliberatio, sed necesse est eos cum vltro citroque consilia sua respiciunt, inuicem se displicere.

Eusebii.

Auaritia opes conquirendi sufficientem terminum nescit inuenire.

Auaritiam quotidie consuantes diuitie non sistunt: ut neque struem ardentem iniecta materia. Quin accedentes semper opes, ad maioribus cupiditatem animum magis accendunt. Sola verò mens si praesens fuerit, huic quoque vitio mederi potest.

Eiusdem.

Irrationabilem avaritiam citius consumunt obiecta res parte, quam crescentes quotidie immensae opes. Eiusdem. Praesentibus ritè uti, ritè est prouidi; prorsus autem id facere non velle, est rebus necessariis indigere.

Nullus earum rerum quae possidentur, vltus aut finelus accedere potest illi, qui pecunie seruus fuerit.

Plu.

Plures homines diuitiis prater rationem adlecti, malunt dum pro diuitibus habeantur stulti, & rudes existimari, quam suo loco sumptus facientes commodi nominari.

Da aliquid, & aliquid accipito.

Prodicus.

Ego quidem o rex, utpote homo, cum saepe iam viderim res multas atque magnas à minoribus euersas esse, non permitto te atati tuae in omnibus indulgere, gnarus quam malum sit multa concupiscere.

Herodotus li. 7. histor.

Ille diues existimandus est, qui se satis posse sibi persuasit. Eum verò qui partis semper adiciere properat, acquirendique saturitate nulla capitur, etsi Mida fuerit opulentiore. pauperem esse dico, & Tri, qualem ille necessario habebat animo praeditum.

Eusebii.

Diuitie malis acquisite facinoribus, opprobrium eo habent insignius.

Democritus.

Bion sophista avaritiam esse dicebat omnis improbitatis metropolim.

Bion.

Simonides rogante quodam ut sibi conscriberet encomium, & gratiam se relaturum inquit, argentum autem non dante, Duas (respondit) arcas habeo, vnam gratiarum, alteram argenti. Et cum necessitas exierit, gratiarum quidem arcam aperiens, inanem ipsam reperio: alteram verò solum mihi commodam.

Simonides

Homines auari labore, parcitate, erumnisque & auclione praesentium gaudent, quo

Antiphotes.

scilicet avari possunt gaudio. Ausferentes vero aliquid de rebus suis, & in usum conuertentes, tam dolent, quam si de corpore suo ipsis adimeretur.

Herodotus. Malum est, animum ita instituire, ut plus conquirere & possidere velit presentibus.

Antisthenis. Avarus nemo bonus, neque rex, neque liber esse potest.

Democriti, alias, Diuitem, qui sapientie sibi opinionem induit, admonens quid frustra laborat?

Demonici, Eiusdem. Pecuniarum cupiditas nisi terminetur aliqua satietate, longe deterior est extrema paupertate. Maiores enim cupiditates, indigentias quoque maiores faciunt.

Eiusdem. Improbata lucra damnum virtutis inferunt.

Diogenes avaros hydropicis comparabat. Illos enim argento plenos, hos autem refertos aqua. amplius desiderare: idque utrosque in sui perniciem. Affectiones enim ipsis eo magis intenduntur, quo largius desiderata consequuntur.

Socrates interrogatus, avari quinam essent, qui turpia lucra venantur, dixit, & necessarios amicorum negligunt.

Pittaci. Quisquam ubique lucrum, inexplabile.

Periandri. Questus turpis, grauis est thesaurus.

Ex Aristotele. Tradit Aristoteles octo latrones socios de nymi Tomariis, alios septos esse. Deinde ceteri quatuor rursus inter se contenderunt, & reliqui facti sunt duo, tandem

eandem unus solum superstes mansit. Quod si dextera quoque sinistris pugnabunt, quidnam residui futurum est?

Cum Pyrrhus sibi somniaret Siciliam, deinde Carthaginem, & amplam terram, Gygon Ceneas ad ipsum dixit: Quid vero deinde fiet? respondit Pyrrhus: Veniemus postea. Tum Gygon: Quid igitur nos prohibet, inquit, quin statim ab hoc tempore in presentia viuamus, antequam multas vrbes perdiderimus?

Homus avari vita silicernio, hoc est funebri conuiuio similis est. Cum enim habeat omnia cetera, exhilaraturum non habet.

Senecamus constructo sibi monumento, inscripsit: Quicumque rex pecuniis indigerit, apertio sepulchro quantum opus est, capiat. Darius autem cum aperuisset, pecunias quidem non inuenit, sed in huiusmodi scripta incidit: Nisi vir malus esses, & pecuniarum inexplabili desiderio flagrares, haud sane mortuorum loculos commouisses.

Timon ille cognomine Misanthropos, id est hominum exosor, elementa malorum esse dixit, insatiabilitatem & ambitionem.

Sedimentum est, vini quidem sax, avari autem illiberalitas. Socratis.

Neque mortui colloquium, neque avari beneficium querendum est. Eiusdem.

Quidnam arbitraris esse populum? Illos citat Xenopho-



etis lib. 4. de uium, qui pauperes sunt. Scis ergo quinā pau-
 dictis & peres sint? Quidni? Num etiam diuites cogno-
 fac. Socr. scis? Non minus quam pauperes. Quos igitur
 pauperes & diuites uocas? Illos qui non satis
 habent, ubi sumptus facere oportet, pauperes:
 qui uero ultra quam satis habent, diuites ap-
 pello. Sed an cogitasti unquam, quosdam cum
 ualde pauca possideant, non solum satis habere,
 sed plus etiam inde acquirere? Contra, non mul-
 tis ne ualde quidem multa sufficere. Per Iouē,
 inquit Euthydemus (nā rectē mihi in memo-
 riam reduxisti) tyrannos quosdam noui, qui
 propter indigentiam, tanquam pauperrimi, in-
 iuriam inferre aliis coguntur. Si igitur hæc sic
 se habent, Socrates ait, tyrannos quidem
 cum populo: qui uero pauca habent, dummo-
 do boni dispensatores sint, cum diuitibus col-
 locabimus.

Democriti. Spes mali lucri, initium est iacturæ.

Diogenis. Auari uita sua tanquam gladio utuntur,
 omnia facientes secundum ansum.

Plato ad quempiam accumulandæ pecu-
 niæ semper incumbentem: ô improbe, dixit,
 ne possessioni augendæ studeas, sed minuendæ
 cupiditati.

Diogenes Cynicus cum uidisset quendam o-
 pulentis anus amare simulantem, dixit: Hæc
 ratione non oculum, sed dentem amisit.

Simonides interrogatus, cur in extrema sene-
 ctute

Etute auarus esset? Quoniam, respondit, malis
 defunctus opes inimicis relinquere, quam uiuis
 amicis egere. Hæc ille uerbis plurimorum ami-
 citiæ inconstantiam damnauit.

Diogenes magna & multa simul accipien-
 tes, Insignes mendicos appellabat.

Animus qui non reputat secum quid corpori Apollo-
 sufficere possit, non potest seipsum reb. suis con-
 tentum prestare. Euphr.

Ninia pecuniarum collectio pro liberis, ut Democri-
 multi loquuntur: prætextus est auaritiæ, pro-
 prium ingenium arguens ac detegens.

Quorum corpus indiget, ea facile omnibus Ex Ari-
 obueniunt citra laborem ac ærumnam: quibus stozeni Py-
 uerò comparandis labore ac ærumna opus est, thagorei
 ea non corpus, sed peruersitas opinionis desi-
 derat. scriptis. a-
 lias, eiusdē.

De concupiscentia autem hæc dicebat: Af-
 fectionem hanc uariā esse laboriosam, & mul-
 tiformem maxime, cupiditatum autem alias apophtheg-
 accessorias & ascititias esse, alias uerò cōnatas. matibus. a-
 lias, ex A-
 At ipsam cupiditatem desinebat esse impetu-
 quendam animæ, & motum, & appetitionem Pythagoræ
 repletio nis, aut inanitionis: uel sensilis alicuius rici senten-
 præsentis absentia re uel ipsius sensus priua-
 tionis. Porro deprauatæ & male cupiditatis
 tria genera præcipua faciebat: Indecorum, im-
 moderationum, intempestiuum. Aut enim per se
 statim indecentem esse cupiditatem, adiosam,

& illiberalem. Aut non quidem simpliciter culpandam, sed vehementiorem, diuturnioremq; iusto esse. Aut quo tempore. & ad quæ non conuenit.

Platonis Paupertas habenda est non possessionis decretum, sed insatiabilitatis augmentum. lib. 5. legum.

Democriti Cupiditas plurimum amittit presentiam, sicut olim Aesopicus ille canis.

Ex libro Vmbrii cum controuersias inter se habent, de moribus pugnant armati, sicut in bello: & qui suos aduersarios interemerint, iustiores causam habuisse videntur. gentium.

Clitophontis Brennus Gallorum rex vastans Asiam in Ephesum peruenit: ubi castrametatus præfinitum pugna die expectabat. Interea plebeia quædam virgo nomine Demonice, amore barbari captâ, prodituram se ipsi Ephesum promissit, si torques & monilia pro mercede darentur. Ad hanc Brennus, in certo loco susceptam subditas duxit: & quicquid haberent auri, in gremium auaræ coniecerunt, imperant. Qui cum imperium exequerentur, Demonice præ auri in se coniecti multitudinem riuens est obruta.

Platonis Summa est iniustitia, iustum sibi videri illud, lib. 2. de repub. qui non est. Eiusdem lib. 1. de Rep. An hoc ignoras, quod auarum & ambitiosum esse, de decus & nominatur, & est reipsa?

Ibidem. Quoniam igitur cõuenimus, iustitiam virtutem ac sapientiam esse: iniustitiam verò, malitiam

litiam & inscitiam. Sic esto, inquit, & ita nobis statuatur.

Furtum quidem pecuniarum, res illiberalis est: Eiusdem rapina verò impudens. lib. 10. de

Si quis publicum aliquid furetur, siue magnum siue paruum, eadem pœna constituatur. Ibidem.

Nam & qui exiguum aliquid furatur, eodem quidem studio, potètia verò minori furatus est.

Quandoquidem autor iniuriæ ignorat se ipsum ledi pro aliis quibus nocere studet, intelligat quod duplex est iniustitia, à qua primum ipsemet leditur, deinde illa pars que iniuria afficitur. Quod si non tot passionibus, est fieri posset nullis malis obrueretur anima, haud tantum in iudiciò hallucinaretur. Quare optandum est, ne propter stupiditatem eos qui iniuriam patiuntur magis, quam ipsos auctores ledi existimet. Vna sane pars est nostræ, quæ semper ab omnibus sic affectus iniuriam accipit, nempe ipsa anima. Id autem quod iniuriam facit, insidiasque molitur, est malitia, quæ ab autore incipiens, in illum qui afficitur redundat. Sed ipsum autorem iniuriæ illatæ, aut inferre cogit autem, plurimum ledit: minus eum, qui iniuriam accipit. Ab autore enim principium fit motus, & excitatio. Intus verò concitata semel iniuria, parturientem primum incedit, ac antequam pepererit, inflammat parturiginem; transiensque ledit, & va-

veno suo pertinaci tinctura imbut. Quæmadmodum enim ignis non potest præterita sine dumno materia, in qua primum concepitur est, priusquam prorsus ipsam consumat, ad aliorum noxam conuerti. Neque murena prius aquaticos angues in alienam perniciem parere potest, quam proprium eius ventrem, in quo concepti fuerant, eroscerint: vt Nicander Colophonius & Archelaus physicus testantur. Ita quiuis iniustus malitiam suam primus experitur, antequam in alios emittat. Vnde multi conuati sibi bilim excitantes, ex iracundia mutua prius obiere, quam hostes suos vlti sint. Et æ ignorantibus plurimi imbecillioribus iniurias impudenter intulerunt, nihil opinantes incommodi in seipfos redundare. Proinde si hoc concedatur, non minus iniuriam inferre, quam pati, cauendum est.

Aristotel. de virtutibus. Iniustitia vitium est animi, quo amplius quam par sit, sibi sumunt.

Ibidem.

Iniustitie sunt species tres: impietas, auaritia, immanior improbitas. Impietas quidem est aduersus deos, & dæmones, & circa defunctos, & circa parentes, & circa patriam. Auaritia autem circa commercia, præter dignitatem eligens, precipuum. Immanior autem improbitas est, per quam voluptates sibi comparant, ludibrio alios habentes: vnde Euenus de ea dicit, Quæ lucri captans nil, tan. en ipsa nocet.

Est

Est autem iniustitia, patria violare & instituta & iura, nec parere legibus, nec magistratibus, mentiri, peierare, transgredi conuentiones, & fidem fallere. Comitum autem iniustitie se addit calumnia:

Qui lucrum turpiter acquisitum ad honestos Socratio in ciuitate vsus expendunt, simile quid faciunt illis, qui sacrilegia ad pietatem & religionem conuertunt.

DE ILLIBERALITATE.

Illiberalitas, siue auaritia, vitium est animi, quo turpe lucrum sectantur. *Aristotel. de virtutibus.*

Auaritie autem species sunt tres: turpis questus, tenacitas, illiberalitas. Turpis questus, *Ibidem.*

quidē, per quem ditescere quærunť vndecunq; & lucrum quàm pudorem plus faciunt. Tenacitas autē, per quam sumptui parcunt, & impesse in re honesta. Illiberalitas autem est, per quã expendunt quidē, Minutatim autem & male, & plus iacturæ faciētes, nullo scilicet habito temporis delectu. Est autē auaritia, plurimi facere pecunias, nec id probum putare quòd questuosum sit item vita mercenaria, & seruilis, & sordida, à munificētia & liberalitate aliena. Consequuntur autem illiberalitatem, sordides, ægrimonia, pusillanimitas, humilitas, immodestia, ignobilitas, hominum odium.

Quid dicat aliquis de homine moribus contentioso, et si nihil alienum concupiscat? Quo contentioso. *Ex lib. Hieracis de homine*

paçto huiusmodi quicquam iudici faceret, si cogitaret secum nihil fide publica dignum approbare, paratus cum omnibus contendere sine ullo modi & opportunitatis litigandi respectu? Hic sane nõ ea modo quæ rectè dicuntur, emertere conatur: sed multa quoque faciendo contentiose, ut se non consentire aliorum opinionibus ostendat, actiones suas quasi peruersas & violentas semitas à regia via discedentes exhibebit. Hinc aliis molestus erit: illos autem qui ipsam & conuersationes eius fugiunt, prosequetur odio. At qui liberè morum eius prauitatem accusauerint, illos ne intueri quidem rectis oculis sustinebit. Quod si in sui similes incidat (non enim rari sunt huiusmodi homines) illico seditiones, conuitia, & bellum irreconciliabile nascentur: inde calumnia mendaces, ac omne genus insidiarum, & consultationes quo pacto se mutuo perdant. Ingentis quippe mala non aliter quam ex aliqua contentione suboriuntur.

Ex Theophrasti Tenuitas verò de qua nunc est dicendum, in-
No tempestiua circa eos quos fieri decebat sum-
ptus de tenuitate im-
**portuna. portuna. Tenuitas verò de qua nunc est dicendum, in-
 tempestiua circa eos quos fieri decebat sum-
 ptus, parcitas iure appellari potest. Et tenuitas
 quidem est erit, qualis qui ad domesticum sum-
 ptum semiobolum exigit singula quoque mense
 quicquid quot culignas conuue singuli potarint
 enumerat. Omnium verò in cena discumben-
 tium quam minimas Dianæ perfoluit primi-
 tias:**

tias: & quæ empta paruo ceteri dicunt, ea di-
 cit sibi cara videri. Si famulus ollam aut pa-
 tellam confregerit, à rebus victui necessariis ei
 detrudere. Quumque tres areolos vxor amife-
 rit, omnia vasa domus, lecticas, scrinia, sellas
 & operimenta transmutat, permiscet, perscru-
 taturque. In rebus autem vendendis, & in pe-
 tendo pretio usque eò procedit, ut ea res quæ
 emitur, nihil emptori afferat utilitatis. Ex
 horto suo ficus degustari non patitur: nec per
 agrum suum quempiam proficisci, nec oleas,
 aut dactylos humi stratos colligere. Tum ipsos
 terminos diebus singulis inuisit, circumspicitque
 diligenter, si suo loco maneant. Idem etiam ap-
 primè callet pra neglecto diei prestito termi-
 no pecuniam, & ex fœnore fœnus cogere. &
 quum epulum tribulibus prebet, carnes minu-
 tatim incisas discumbentibus apponit. Vbi ve-
 rò in obsonis emundis diu occupatus fuerit,
 nulla re empta tãdem reuertitur, vxoremque ve-
 tat placetas colorare, nec ellichnium, nec cy-
 minum, nec origanum, nec ordea, neque sarta, neque
 primitias adhibere permittit: verum has ait
 res, etsi parua sint, toto anno fieri permultas.
 Intueri etiam licet loculos, in quibus horii ho-
 minum argentum adseruatur situ obstos. Ve-
 stibus quoque minoribus quam alij homines in-
 duuntur. Ex paruis verò admodum pyxidibus
 perunguntur, & usque ad cutem tenduntur, cal-
 tias:



ceos circa meridiem ponūt: & à fullonibus obnixè contendunt, vt eorum vestes quammultū habeant terra, ne facile sordes recipiant.

DE VERITATE,
SERMO XI.

Menandri in Nannis. **A**DSIT autē veritas tibi ac mihi, res omnium iustissima.

Olympiad. Veritas cali cuius est, & sola fruitur consuetu deorum.

Pindari. Veritas principia magnæ virtutis promouet. Ne pactum meum aspero mendacio labesactes.

Ex Gnomis monosichis. Ingenui viri est vera dicere.

Phocylidis. Lingua aberrans verum loquitur.

Phocylidis. Vbi que seruato fidem.

Homeri. Verbum meum non reuocari, neque fallere liados. I. potest, neque suum effectum nō adipisci, quod Bacchylid. cunque nutu capitis confirmauero.

Aeschylis in iudicio armorum. Lapis Lydius aurum indicat. Hominum verò virius, & omnipotēs sapiētia veritas est. Sunt veritatis verba simplicissima.

Sophocli. Faciam. Iustum non vltro citroq; rationibus mutuis contendere solet. Sed factum accelerat.

Menandri. Venit veritas in lucem, interdū non quaesita.

Rapizom. Semper est optimum vera loqui, quouis tempore.

Eiusdem. in pore. hanc ego moneo ad tuū viuendum precipuam esse partem.

1. 41.

Sim-

Simplex est oratio veritatis, nec variis eget Euripidis interpretationibus bifariā: est enim opportuna in Phæper se. Cōtrā sermo iniustus, cum eger in seipso misis. su, pharmacia indiget astutis.

Vtere iustis: exiguus vincit magnum. Sophocli Oedipo.

Veritas quidem, vt Græcū eius etymon indicat, circa deos & incorruptam deorum actionem versatur. Ista verò que sequitur opinioniones, idolopœia, vt inquit Plato, hoc est imaginaria quedam persuasio, circa res profanas & obscuras oberrat. Et illa quidem formis intelligibilibus, diuinis, & reuera entibus, persicitur. Hæc verò ad informe, non ens, & alias aliter se habens respicit, ac hallucinatur circa ipsa. Item illa, id ipsum quod est contemplatur.

Hæc verò, qualis vulgo hominum videtur, talem subit apparentiam. Ideo illa menti conuersatur, & quod intellectus in nobis est particeps, auget. Hæc verò sua opinione stultitiam venatur, & fallit.

Plato suauissimam narrationem veritatem Ex Serinō esse dicebat. Polemon verò, multo suauius esse memorabi- vera dicere, quam audire, bus dictis.

Vos autem suspicionibus moti, ipsum eieci- Aeschinis stis. Scimus o Pyrandre, contrā hæc non ridē- contra Tidum. Sed adeo valida res est veritas, vt om- march.

nes humanas cogitationes superet. Caij, cōtra

Tunc igitur ancillam receperat, quomodo se Musæi, in res vxoris haberēt, interrogabat. Cui illa nihil adulterij crimino.

cunctata, statim respondit. Ad eum nullam premeditationem veritas requirit.

Platonis li
bro 5. legu. Veritas sane tum diis tum hominibus ad omnia bona dux est. Hac quilibet, qui felix & beatus futurus est, ab initio statim particeps sit oportet, ut quam plurimum temporis verax in vita degat. Sic enim fide dignus erit: indignus autem, qui mendacium sponte eligit: demens, qui inuitus: ex quibus neutrum optandum est. Amicus enim destituitur, quisquis fide indignus ac imperitus fuerit.

Eiusdem. Veritate autem duce proculdubio nunquam malorum dicemus chorum consequi.

Apollonius
Delio. Mendacium, illiberale est: veritas, generosa.

Eusebij. Mens veritatem amplectitur, & semper cum ipsa versatur. Sed quamuis in rebus suis alienissima sit a mendacio, interdum tamen commiscens bono mendacium ad hominum hoc indigentium vtilitatem profert, qui quidem sine ipsorum commoditatis causa decipiendi sunt ab eo. Tunc enim solum, nec vnquam alias, quonouit opportunum esse tempore mens, abhorret interim ab omnibus aliis mendacis, tale quoddam mendacium introducit, in diuersam & vtilissimam speciem immutatum, arte sapientiaque mentis rem malam commodè vsurpans.

Eiusdem. In ciuitate mentiri nulla lex vsquam concedere cuiquam debet, nisi veritatis studio & prudentis

denti viro, qui quo tempore quoque modo natura mendacii non soleat obesse, intelligat: & necessariorum commoditatis causa mendacium sequentur e id faciat.

De veritate à Tati non fieri potest ut audeat loquatur homo, qui animal imperfectum est, membris imperfectis constans, & ex multis diuersisque corporibus constitutum corpus gerens. Sed quatenus possum & fas est, veritatem dico in solis æternis corporibus esse, quorum ipsamet corpora vera sunt. Videlicet ignis nihil aliud quam ignis est, sed ipsignis, ut ita dicam. Terra nihil aliud, quam mera terra est: aer, verus aer. Nostra verò corpora his pariter omnibus constant: habent enim partes ignis, habent etiam terre, & aeris & aque partes. At neque sunt ignis, neque terra, nec aer, nec aqua, nec aliud quicquam veri. Itaque si constitutio nostra ne principio quidem veritatem est nata, quo pacto liceret nobis veritatem intueri, aut eloqui, aut cogitare solum, nisi Deus id velit? Vniuersa igitur à Tati supra terram, non ipsa veritas sunt, sed veritatis imitationes & umbræ: & ne hoc quidem omnia, sed perpauca. Cætera planè à Tati ipsum mendacium & error sunt, & phantasiae velut simulacra quedam. Cum autem superne influxus phantasiae contingit veritatis imitatio fit, Contrà, sine superiorum efficacia, mendacium remanet. Quænam admodum

Ex Mercurio
rij scriptis
ad Tati.



imago corpus quidem picture ostendit, ipsa vero non est corpus, ut imaginatio picture putat. Et oculos quidem ac aures videtur habere, verum nec videt, nec audit quicquam. Item & reliqua omnia præ se fert picture, sed falsa sunt, & videntium oculos fallunt, qui sibi res veras videre videntur, cum reuera falsa sint. Porro quicumque mendacium non vident, veritatem vident. Quod si rem quamlibet ita æstimemus, aut videamus, ut existit, æstimamus & videmus vera. Si vero præter ens, nihil veri vel cogitabimus, vel sciemus. Est igitur, pater, veritas etiã in terra. Non sine occasione falleris, fili. Verum veritas ò Tati nequaquam est in terra, neque esse potest. Ut tamẽ aliqui homines, quibus diuina contemplandi facultatem largitus est Deus, de veritate cogitent, fieri potest. Alioqui nihil ad mentem & rationem verum est in terra, sed veræ menti ac rationi omnia sunt opinioniones, ac imaginationes. Ceterum nõnne vera cogitare & loqui, id quoque veritatem oportet nominare? Quid tum postea? Entiãne cogitare ac loqui oportet? Oportet. At nihil in terra verè ens est. Quæ patet igitur veritas esse potest nullius veri cogitatio? Et quomodo hic in terra fieri posset ò fili, tanta res? Quippe veritas absolutissima virtus est, ipsissimaque summum bonum, quod nec à materia turbatur, neque corpore circum-

datur, nudum, conspicuum, augustum, mutationis & alterationis expertum bonum. Contra quæ hic sunt, haud est videre tanto bono prædita, utpote corruptibilia, passibilia, dissolubilia, conuerti & alterari & alia ex aliis fieri solita. Quæ igitur ne secum quidem ipsa sunt vera, quo pacto simpliciter esse vera possent? Nam omne quod alteratur, mendacium est, non in illo solum cui inest, sed phantasias immutatione sua nobis alias atque alias exhibens. An verò ne homo quidem verus est, ò pater? Quatenus quidem homo, non verus est, fili. Verum enim est, quod ex se solo essentiam suam habet, & per se manet quale est. At homo ex multis constat, & non manet in se, sed ex ætate in ætatem, ex vna forma in alteram vertitur atque mutatur, adhuc in corpore degens. Hinc multi liberos suos post breue temporis intervallum non agnouerunt, itemque liberi parentes. Quod igitur ita mutatur, ut non cognoscatur amplius, potestne verum esse aut an contra potius mendacium est, dum in variis propter mutationes phantasias versatur? Quin tu verum esse cogita id quod solum æternum est. Homo autem nõn semper est, quare ne verus quidem est, sed imaginatio potius, quæ mendacium summum est. Ergo ne æterna quidem illa corpora pater, quoniam mutantur, vera sunt? Omne profecto genitum & mutabile,

verum non est. Sed æterna illa corpora à primo parente facta, materiam quidem accepisse veram possunt. Continent tamen & ipsa non nihil mutatione sua mendacii. Nihil enim in seipso non permanens verum est. Verum inquis, ò pater. Itaque solem, qui præter omnia cætera non mutatur, sed in seipso permanet: solum quis rectè veritatem nominauerit: Quære omnium rerum in mundo opificium & solum concreditum est, ut qui imperet omnibus, ac faciat omnia. Hunc ego colo, & veritatem eius adoro: ipsum quæ opificem agnosco, post primum illum & vnum. Quam tu igitur primam esse veritatem ais, ò pater? Vnum & solum illum, qui non est ex materia, qui corpore non continetur, sine colore, sine figura, mutationi & alterationi nulli obnoxium, semper existentem. Mendacium verò, fili perit. Porro quæ terrena sunt, corruptione occupant, & inuoluit, & inuolutura est ipsius veri providentia. Nam & absque corruptione non existere potest generatio. Omnem verò generationem corruptio sequitur, ut iterum aliquid gignatur. Quæ generantur enim, ex corruptis produci necessarium est: & rursus genita corrupti oportet, ne rerum generatio cesset. Primum igitur hunc opificem rerum creationis agnosce. Efficitur itaque ut falsa & mendacia sint, quæ à corruptione procreantur, quippe quæ alia

fiant.

fiant atque alia. Eadem enim fieri non possunt. quod verò non vnum ac idem est, quoniam id modo verum esset? Imaginationes igitur hæc appellare fili oportet, si rectè nominaturi sumus: nempe hominem humanæ essentia phantasiam, puerum pueri, iuuenem iuuenis, virum viri, senem senis imaginationem ac phantasiam. Homo enim non verus homo est, nec puer puer, nec iuuenis iuuenis, neque vir est vir, neque senex vera senex. Sed immutata decipiunt nos, & quæ prius erant, & quæ nunc sunt. Cæterum hæc ita intelligenda sunt ò fili, ut etiam falsos istos effectus, superne ab ipsa veritate pendere memineras: quod cum ita se habeat, mendacium veritatis opus esse dico.

Quod autem veritas res pulcherrima sit, ac inter deos quoque maximi fiat. Homerus Iliad. 1. hisce versibus indicat. Hoc enim à me inter immortales est maximum testimonium. Quoniam irrevocabile est, ac minime mendax, neque ad finem non perueniens, ad quodcumque annuero capite.

Siquidem inter homines quidem tres extans cause, propter quas pollicita violant & mentiantur. Aut enim statim à principio quispiam aliquid per fraudem dicit: aut eius quod dixit, postea ipsum pœnitet: aut ad perficiendum invalidus est factus. Ex his primum prave voluntatis est, alterum imbecillitatis iudicij, tertium in-



firmæ facultatis. Hæc omnia Deus declinat, bonitatis studio fraudem, constantia renocationem eius cuius ipsum pœnitere posset, postremò agendi efficacia finis impedimentum.

Pythagoras interrogatus, quid Deo simile scirent homines, Cum veritatem (respondit) exerceret. Ceterum, Magi maximum deorum, quæ Oromagden ipsi vocant, corpore quidem asserunt esse luci similem, anima verò veritati.

DE MENDACIO,
SERMO XII.

- Euripidis.** INFOELIX est qui mendacia, etsi bonis ei videantur, potius usurpat, quàm quæ mala esse indicat vera.
- Sophoclis.** Nullum mendacium procedit ad senectutem æui. Malum est facta celare, nec virum decet ingenuum.
- Sophoclis in Creusa.** Haud quidē honestum est mendacia loqui, cui tamen diram perniciem veritas affert, huius verita danda, licet inhonesta loquenti.
- Menædri.** Satius est eligere mendacium, quàm verum malum.
- Bisandri.** Non reprehendus est, qui mendacium pro vita sua dixerit.
- Homeri.** Mendacium autem non dicit, est enim valde prudens.
- Menædri.** Probabilis oratio, vim, quàm veritas, habet ali-

aliquando maiorem, & persuadendo vulgo aptiorem.

Profecto res est intolerabilis, mendacia loqui. Euripid. a- Equidem aio legem quoq; non colendam esse lias, eiusdē. in periculis, plus quàm necessitatem. Eius, alias

Mendacium positum in tempore, lucrum seu fructum affert. Euripid. in Hyppoly. Diphili.

Ego existimo mendacium salutis gratia prolatum, nihil adferre mali. Diphili in Thesauro.

Vera sunt dicenda, ubi id prestat. Thales Milesius rogatus, quantum à vero distaret mendacium: Quantum oculi, dixit, ab auribus. Chere-

Bonos falsa dicere non conuenit. nis. Ille mihi tam exosus est, quàm inferni porte Ho. Il. 9. qui aliud animo occultat, aliud ore profert.

Mendacia ne dixeris, sed omnia vera loquaris. Phocylidis

Noli aliam occultare in corde sententiã, & Eiusdem, aliam proferre.

Mendacium odit quivis prudens & sapiens. Cleobuli. Mendacium odit omnis sapiens & frugi Menædri. homo.

Mendacij calumnia vitam hominum ledit. Eiusdem. Mentiens nullus multum temporis latet. Eiusdem.

Fraudes ne confarcias, Phocylidis. Mendax testimonium fuge, & iusta dic. Eiusdem.

Principium mendacij exiguum habet gratiæ: circa finem verò lucrum turpe, malumq; dis.

pariter nascitur. Est autem planè inhonestum si cui mendacium adhareat viro, & ab ore primum egrediatur.

Demetrius interrogatus quid mali mentientes sequeretur, dixit: Quod ne vera quidem dicentibus deinceps fides adhibeatur.

Theophr. Ex calumnia & invidia mendacium pauco tempore durans, paulatim extinguitur.

Eiusdem. Vir quidam Chius iam senex in Lacedæmonem peruenit, qui quidem alioquin erat arrogans, sed senectutis sue ipsum pudebat. Quare canos cinctura obliterare conabatur. Progressus autem in publicum de rebus orationem habuit, quarum gratia venerat. Tum surgens Achidamus dixit, quid ille tandem rectum diceret, qui mendacium non in anima solum, sed et capite quoque circumfert?

Eysic. Sepe delinquentibus, promptissimum est mentiri.

Th miste lib. de mendacitate affectuum, custodia, aut amore liberorum. Nulla enim malitia alienior est à cōuersatione hominum, quam perfidia. Sed hæc est illa improbitas, aduersus quam solum nulla datur affectuum, custodia, Nam quod vnicum habebamus contra fugium, nempe insurandum, hoc ipso maxime abutitur vir perfidus, quod cōmisit malum facinus inficiando. Est & aliud quoddam genus mendacij, quod ceteros quidem non admodum ladir, sed dedecus ipsius vitantis est. Cōmittitur enim non dicendo faciendone quicquam in al-

terum: sed de seipso & rebus suis. Et hoc duplex est: aut enim committitur, leniora & minor dicendo, quam reuera sint: aut maiora & splendidiore. Hoc quod fit circa minus, dissimulatio dicitur: illud verò quod circa maius, arrogantia. Id autem quod inferius est, quam verum sit, lautum & elegans est, ac interdum philosopho non inutile. Quamobrem etiam à Socrate usurpatur in dicendo, cum opus erat illudere superciliosum aliquem sophistam, sibi quæ plurimum de sua doctrina placentem. Tum enim vanitatem suam magis sentiunt, cum indoctiores deprehenduntur illo, qui se nihil scire simulat. Supra modum verò se suaque iactare, auditu graue ac molestum est: nec vlla narratio tam odiosa, quàm suis ipsius laus. Decet enim, præsertim in laude doctrinæ nostræ, etsi ab aliis prædicetur, ingenio pudore suffundi reuera doctos. Quinetiam ad veritatem affectum animi similiter moderatum instituemus, quo gubernata voluntarium quidem mendacium oderit, ac ægrè ferat, & cum sibi, tum aliis mentientibus valde succenseat: inuoluntarium verò facile accipiat. & si imperitia eius deprehendatur, non indignetur, sed instar suis promptè possit per inscientiam volutari.

Sicubi etiã mendacium dici opus est, dicatur. Herod. lib. Cernus quàm argute multiceps iste Sophista, 3. histor. nunc rursus tergiversando nos inuitos nos ens Ex Plato-





quodam modo esse sateri coëgerit? Quis non viderit? Quæ igitur ratione eius arte definiemus, ita ut nobis constemus? Quid maxime veritas ita loqueris? Quia enim Sophistam circa phantasmata deceptorem quædam asserimus, eamque artem decipiendi astutiam nominamus, utrumme animam nostram falsa opinari captivulus eius irretitam, an aliud quiddam dicemus? Non aliud certe. Falsa opinio est, eorum quæ sunt opinari contraria? Contraria, *Ais* igitur falsam opinionem, quæ non sunt opinari? *Aio*. Vtrum non esse quæ non sunt putat? an quodam modo esse, quæ nullo modo sunt? Si quis inquam quoquo modo opinando mentitur, necesse est, ut quæ non sunt, esse quodam modo iudicet. Nominem etiam quæ omnino sunt, nullo modo esse putabit? Id quoque. Et hoc falsum similiter? Et hoc. Quinetiam sermo mendax eadem ratione censetur, qui videlicet quæ non sunt esse, & contra quæ sunt, non esse pronunciet? *Haud* aliter mendax effici potest.

Ibidem.

Non ens constitit unum quoddam reliquorum generum existens, per omnia quæ sunt, diffusum. Constitit. Considerandum ergo deinceps, utrum opinioni atque orationi immisceatur. Cur? Quoniam si nullo modo his immisceatur, vera esse omnia necesse est: si autem immisceatur, falsa opinio, oratioque falsa exoriatur. Dicere enim & opinari non entia, hoc ipsum fal-

falsum est, orationi & cogitationi contingens.. Sic est. Cum vero sit falsitas, deceptio sequitur. Statim orta deceptione, necesse est simulacris & imaginibus phantasiæque cuncta repleri. Nichil repugnat.

Dic age mihi, utrum tu putas iustum esse, Platonis de mentirine, aut verum dicere? *Verum* dicere. *iusto*. Igitur mentiri fuerit iniustum? *N.æ.* Sed an decipere iustum reris, aut non decipere? Nimirum non decipere. Ergo decipere iniustum est? Sic est. *Ledere* vero iustumne est, an iniuvare? *Iuvare*. *Iniustum* ergo ledere? *Planè*. Igitur verum dicere, non decipere, iuvare, iusta sunt: contra mentiri, ledere, & decipere iniusta? *Sanè* per *Iovem*. An verò etiam hostes? *Haud* quaquam. Ergo ne hostes ledere iustum, iuvare autem iniustum est? *Mea* quidem sententia. Nónne per fraudem quoque hostes offendere iustum est? *Quidni?* At si quis mentiatur ut decipiat & leat ipsos, iustumne fuerit? *Fuerit*. Caterùm amicos an nõ inquis adiuvari iustum esse? *Inquam*. Vtrum non per fraudem: an id quoque, dummodo fiat in ipsorum commodum. Per fraudem quoque mehercle. Sed an decipiendo quidem ipsis prodesse iustum fuerit, non autem mentiendo, an ita quoque? *Sanè* & mentiando iustum fuerit. Efficitur itaque, sicut apparet, ut & mentiri & vera loqui, iustum simul iniustumque sit. *Prosclo*. Item decipere vel non

decipere, iustum ac iniustum fuerit. Videtur. Et offendere & iniurare, iustum pariter ac iniustum erit. Planè. Hæc igitur, quantum apparet, omnia cum huiusmodi sint, tum iusta, tum iniusta sunt? Mihi quidem videtur. Auscultas mihi. Viden' oculum esse mihi dextrum ac sinistrum, vt reliquis hominibus? Video. Narem quoque dextram & sinistram. Euidens est. Et manum dextram & leuâ. Planè. Quandoquidem igitur eisdem partibus nominatis, has quidem dextras, illas vero sinistras esse dicis, si te interrogarem vtri parti hoc vel illud nomen conueniret, dicere posses, quod pars ad illud hominem spectans dextra sit: que vero ad te, sinistra? Facile. Hic ergo similiter, quoniam easdem res nominans has dicis esse iustas, illas iniustas, potesne dicere vtra sint iusta, & vtra iniusta? Mihi sanè videntur horum singula, si decenter opportunèque fiant, esse iusta: secus, iniusta. Placet mihi tua sententia. Quisquis igitur illorum singula facit, vt decet, iuste facit: qui indecenter, iniuste? Ne. Nonne qui iusta facit, iustus est: qui iniusta, iniustus? Sic est. Quisnam est ille, qui potest opportunè secare, vrere, attenuare? Medicus. An quia sit, an aliam ob causam? Quia scit. Sed quis est qui tempestiuè fodere, arare, & plantare potest? Agricola. An quia nouit, vel quia nescit? Quia nouit. Sequitur, vt alii in rebus quoque simili-

similiter se habeat. Sciens igitur, opportuna facere potest decenter & opportunè: nesciens vero, nequit. Ita. Ergo is qui mētiri, decipere, iniurareque scit, horum singula decenter ac tempestiuè potest administrare: qui nescit, nequaquã. Vera dicis.

Potes mihi Philocles dicere, quidnam id tā Luciani in dem sit, quod multos in mentiendi cupiditatem Philopseu adducit, vt pariter gaudeant, quum & ipsi nihil sani loquuntur: & his qui talia narrant, maxime animum intendunt? Phil. Multa ò Tychiades sunt, que nonnullos mortales mentiri compellunt, quia in rem vident conducere. Tych. Nihil ad rem hæc, vt aiunt: neque enim de his rogabam, qui quum vsus postulat mentiuntur: venia nimirum hi, imò laude plerique eorum digni sunt, qui cumque vel hostes fefellerunt, vel ad salutem talis quopiam pharmaco vsi sunt in necessitatibus. Cuiusmodi multa Ulysses etiam fecit, vt & vitam suam, & sociorum reditum redimeret. Sed de illis vir optime dico, qui nulla necessitate mendacium ipsum veritati longè anteponunt, ipsa re videlicet delectati, atque in ea sine ulla idonea occasione versati. Isti ergo scire cupio, cuius commodi gratia istud agant. Philocles. An alii cubi tales aliquos iam deprehendisti, quibus hæc insita sit mentiendi libido? Tychiades. Et quidem admodum multi sunt huiusmodi.

Philoteles. Quid aliud ergo in causa sit, quod mentiuntur, nisi dementia? siquidem rem pessimam, optime loco proeoptant. Tychiades. Hoc nihil est: nam ego tibi multos ostēderim, ad cetera prudentes, ac sapientia mirabili, nescio tamen quo pacto captos hoc malo, mendacique studiosos: adeo ut ego certe molestē feram, quod viri tales, omnibus ceteris in rebus optimi, gaudent tamen, & se, & eos in quos inciderint, fallere. Nam veteres illi, id quod tibi notius est quam mihi, Herodotus, Ctesiasque Cnidius, atque his superiores: denique Hanceras ipse, & cetera.

Theophrasti de dissimulatione.

Dissimulatio, ut ita dixerim, est, quæ res atque verba videtur deteriorē in partem dissimulare. Dissimulator autem talis quidam est, qui inimicos adeat, dicatque, illos se minime odiosse: coramque laudibus eos efferat, quibus infidetur: & iis propter infortunium inæstis, maxime se ipse quoque ostendat. & maledictis se laceissentibus ignoscat: quæque adversum se dicantur, haud graviter ferat. Idem quoque indigne oppressis, & iniuria circumventis, ob hocque indignantibus, miti indulgentique oratione inseruiat: seruo se convenire volentibus, redire mandet: omnia sua facta occultet atque abdat, nec palam esse quicquam patiatur: sed se consilium capere dicat, simulatque se nuper accessisse, sero venisse, aegrotasse, mutuantibus

ant

aut rogantibus quippiam, dicat se vendere: cumque vendit, vendere se negat. ubi aliquid audierit, id ad se nihil pertinere simulet: etsi quid viderit, vidisse se perneget. etsi quid promiserit, memoria tamen rem non tenere dicat: & partim nota sibi esse, partim ignota: item illa sibi mirari, hæc minime: quod dudum sibi quoque haud aliter esset visum. Et in huiusmodi denique orationis genere permultum valebit, non credo, non opinor, obstupesco: & plane immutatum aliquem atque alium effectum dicit. Præterea, Non mihi exposuit, non mihi verisimile sit, alij cuius narres: verum minus tibi fidem adhibeam, an illum accusen, haud exploratum habeo. Caendum igitur ne huiusmodi vocibus, perplexis sermonibus atque iterationibus, patefacias aures, quibus nihil deterius inveniri potest. Itaque ingenia non aperta, non simplicia, sed astuta & callida, & ad decipiendum parata, magis quam viperas fugere debemus.

Vanitas est mendacium sermonum, & a De vanitate et ionum compositio, quæ pro ipsius componen- nitate, ex tis arbitrio & voluntate conficitur. At va- char. i. Ter- nus is esse dicitur, qui amico obviam procedens bus Teo- vultu demisso, atque subridens rogat: Vnde ti- phraasti. bi est iter amice? afferensne aliquid? aut habes hac de re quippiam dicere noni? addit ad hæc, Nunquid non magis dicitur? an que feruntur bona sunt? Ac statim priusquam respondeas,

subdit: Quid dicis? num nihil audisti? ego te passim sermonibus nouis. Ac sibi vel miles, vel alicuius tibicinis seruus, vel Lycou operarius adest è pralio, ex quo ait se certiorum esse factum. Hi ergo rumorum nuntij tales sunt, quos obliuisci possit nemo. Prosequitur autem, ab illis sibi nuntiatum esse, Polypercham ac regem ex pralio victoriam reportasse, Cassandrumque captum esse. Quod si quis ex eo querat, num ea sibi probabilia videantur, ait, Res ipsa loquitur: ita enim tota vrbe hominibus sermone celebrari: atque enim rumorem vehementer inualuisse, atque omnia conuenire iis qui de pugna loquuntur: & cædis permultum extitisse, quod ut credat, eorum sibi facies indicio esse qui interfuerint, se enim intueri ora omnium esse immutata. Audisse se etiam dicit, apud eos quædam domo occultum, quintum iam diem teneri, qui ex Macedonia veniat, omniaque probe teneat. Atque hæc cuncta commemoratam illum arbitramini animi dolore affectum videri? præsertim hæc dicentem, heu Cassandrum infelicem & miserum: vide rerum humanarum imbecillitatem, varietatemque fortune. Quam magnus & potens erat ille? Hæc ego te solum scire velim. Mox eadem ciuibus omnibus quoscumque offenderit, cursu aduolans enarrat. Huiusmodi ego homines quid sibi velint, vehementer admiror, qui fictis rumori-

moribus commentitiisque fabulis delectantur, non enim mentiantur solum, verum ex ea vanitate & mendacio ipsi quoque cum detrimendo abeunt. Sæpe enim euenit, ut eorum alij in balneis diuini commemorati amittant vestes: nonnulli dum in porticu victorias terræ marique partas narrant, absentes interim in iudicio dantur. Sunt etiam, & quidem permulti, qui cum per vim occupatos locos, & opima spolia referre gaudeant, ipsi miserissime domi cænent. Id igitur eorum studium multo miserimum puto, etenim qua in porticu, qua in officina, qua denique in fori parte tempus non terunt? auditorisque in fastidium ac defatigationem suis mendacijs non adducunt?

DE FIDV CIA ET LIBERTATE DICENDI
SERMO XIII.

VTVM mavis, tibi blanda mendacia Euripidis loquar, aut duram veritatem? dic, tua enim est optio.

Qui hæc tanta impudentia euomisti dicta Sophoclis? an te impune effugiturum putas? Effugio: veritatis enim robur mecum habeo.

Nō talem linguam hominis calamitosi probō: Eiusdē in dura siquidem verba, iustissima licet, mordet. Aiace. Lingua tua animi concitati iudicium habet. Ibidem.

Licitum est animosum esse, modo iure fiat.

Euripidis. Bono sis animo, vera dicendo nunquam er-
alias So- raveris. Nam iusta lingua maximam vim
phoclis in possidet.

Tereo. Mihi vel mendicus contingat, aut etiam
Euripidis. forte aliquis mendico inferior, qui modo bene-
uolus mihi seposito metu ex corde loquatur li-
berè.

Eiusdem. Quam elegans est vera & stabilis dicendi
Menesia. fiducia.

Sophoclis. Verecundia nihil ad calamitates proficitur:
alterius enim silentium, pro altero lo-
quente stat.

Euripidis. Agamemnon. Haud etiam securim si
Telepho. manibus tenens aliquis, cervici esset incessu-
rus mea, conticerem, iure si contradicere pos-
sem.

Philemo- nis in Epi- ducaxome- no. Diserto proclive est ad linguam confugere.
Pape. Quam que ipsis rebus iusta bonitas
est, semper bene dicendi occasionem mortalibus

Euripidis. gignit.
Hecuba. Esto bono animo. Maximum quid iustitia
valet.

Dielye. Haud unquam tamen quod rectum & ius-
Moschionis. sum est silens prateribo. Qui ppe nutricam Pa-
ladis inter ciues, in urbeque Thesei candidè ser-
uare decet loquendi libertatem.

Euripidis. Quæ iusta sunt, tacere nunquam conuenit.
Philoxenus Dionysii carminibus spreto, la-
pidici-

pidicinis hanc ob causam ab ipso adiudicatus
est. Deinde reuocatus, ac iterum ad eius car-
minum recitationem admissus, non multum im-
moratus, surrexit. Quærenti autem Dionysio,
quoniam abiret, Ad lapidicinas, respondit.

Nihil accidere potest infelicius, ingenuis Demosthe.
quidem hominibus, quam si dicendi libertatem
amittant.

Vt ignari nonnulli mel Ponticum gustare Ex Dioge
volunt, gustatum ceu minimè dulci amarò que nis diatri-
succensentes, illico respuunt: sic aliqui curiosi bis.

Diogenis periculum facere volebant, à quo re-
dargui statim tergo dato fugiebant. Conuiciis
quidem in alios iactis delectati, sibi solum me-
tuentes retrocedebant. Nam si diceris & ri-
diculis pro more luderet, perquam gaudebant:
serio autem agente illo, libertatem hominis su-
stinere nequibant.

Diogenes aliquando in Antisthenem in Ibidem,
cidens, reprehendit ipsum, ut in dicendo remis-
sorem se multo, & qui vix etiam altum clā-
mans exaudiretur: seipsum verò tubam con-
uiciorum appellabat. Cui, verbis se rursus
Antisthenes, pro tuba se similem esse respon-
dit respis, que sonum quidem alishaud magnū
edant, centrum tamen habent acerrimum, plu-
rimum verò libera Diogenis lingue prompti-
tudine delectabatur.

Optima quæque, non iucundissima consultata Solomis.



Pythago- Idem facit qui absinthii amaritudinem, &
ra. qui orationis libertatem tollit.

Aristony Vt mel exulcerata mordicat, secundum na-
 mi, alias ex turam autem affectu suaue est: ita quoque phi-
 similibus losophica orationes.

Aristonis Reprehensionem Diogenes alienam bonum
 Ex Ari- esse dicebat.

Stanzym To Cum Atheniensis quidam Diogeni obice-
 mar. ret, cur nō inter Lacedæmonios ageret, quos am-
 Ex senten- plius laudaret: Medicos etiam, dixit, licet sani
 tius Dionis tati studerent, non inter sanos versari.

Democriti. Melius est domestica vitia culpare, quam
 aliena.

Diogenes aiebat: Canes quidem ceteri ini-
 micos mordent: ego verò amicos, vt incolentes
 seruem.

Serini. Antipater cuidā rustico librum de fœlicitate
 exhiberi, non otium sibi esse dixit. Cui ille: Ne
 regnato quidem igitur, si non fueris otio.

Ibidem. Cū anus quadam presidente Philippo cau-
 sam diceret, ipsūque ad ea que proponenda
 erant somniculosum videret, rogabat vt sibi
 liceret pronocare. Et, cū ille interrogaret,
 ad quemnam: Ad Philippum, respondit, vi-
 gilantem.

Democrates cum furem ab undecimuiris ab-
 duci videret: Vah miser, dixit, cur tantula su-
 ratu es, & non potius magna, vt tute etiam
 abduxisses alios.

Hippo-

Hippocrati quidam persuadere conabatur, Hippocra-
 ad Xerxes proficisci, bonum dominum appel-
 lans. At ille: Ne bono quidem domino mihi
 opus est.

Demosthenes ad furem inquietem. Nescie-
 bam quod tuum esset: At tuum non esse scie-
 bas, dixit.

Vitia tua ne verbis celare coneris, sed emen- Pythagor.
 dare reprehensionibus.

Non tam difficile est ipsum peccare, quàm Eiusdem.
 peccantem alium non redarguere.

Vt corporis morbus, si abscondatur, laudetur Eiusdem.
 ue, non sanatur: ita animi vitium, cui vel patro-
 cinaris, vel abscondis, non emendatur.

Platonem Dionysius tyrannus, ob eius cum Plato.
 Dione amicitiam contemptum, discurrere vl-
 tima sede iussit, pariter subsannans: Nimirum
 vbi hinc abierit Plato, multa aduersus nos in
 Academia dicenda habebit. Tum ille, Absit,
 inquit, tanta me dicendi penuria laborare, vt
 tui mentionem facere oporteat.

Diogenes interrogabat Platonem, num leges
 scriberet: Amuebat ille. Nō me temp. quoq;
 scripsisti? Scripsi, Ea verò respub. leges non ha-
 bebant? Habebat. Quorsum igitur te denud le-
 ges scribere attinebat?

Timotheus Cononis filius Aristophontem Ex A-
 Azeniensem, eloquentem quidem illum, sed liano.
 luxuriosum hominem, acerbissimè increpauit



hiscē verbis: Cui satis esse nihil potest, ei ne turpe quidem videtur esse quicquam.

Ex Aristoteli. Dicente quodam plus satis ab ipso illudi stryini, alias bi. At etiam liensis, inquit, acria & amara Aristonis salubria, dulciora verò nocua sunt.

similibus. Libertas in dicendo, ingenuitati propria est: Democriti sed occasiois diuersitas, periculum habet.

Demosith. Ego verò boni ciuis esse iudico, plus rerum incolumitatem, quàm verborum suauitatem facere.

ex Serinis scriptis. Mulier quedam Lucena venalis ad interrogantem quidnam calleret, libera esse respondit.

Themisti ex lib. de a. uina. Penes alios iudicium esto, an rectè de Platone Diogenes his verbis usus sit: Que tandem utilitas nobis esse potest eius viri, qui diu iam philosophatus, nemini molestus fuit. Sensit nimirum, etiam philosophicam orationem tali esse dulcedine temperatā debere, que mordeat exulceratos.

Eusebii. Oratio libera ex animo ingenuo & veritatis studio procedit. Veris autem ipsa citra culpam, non existimando ipsam esse reprehensionem & conuicium in quibus absq; delectu: sed illos quorum refert, quibusq; de rebus, idq; suo tempore & loco, non sine astantium utilitate prudenter alloquendo.

Inimicus qui vera loquitur cuius amicitie simulatori ad gratiam loquenti, preferendus est longè.

Sin-

Lingue liberæ, vt tempori, opportuna occasio Socratis, maiorem gratiam conciliat.

Neque gladius retusus, neq; eloquendi libertas instructuosa sit. **Eiusdem.**

Vt minimè solem è mundo, ita neq; dicendi fiduciam à recta institutione tollere conuenit. **Eiusdem.**

Sicut pallium sordidum non obstat corpori, quo minus sanum & quadratū sit: ita paupertas nihil orationis liberam fiduciam prohibet. **Eiusdem.**

Cognitum vitium, ò maxime rex desiderium Mercurij, reprehensio parit, rerum quas prius ignorabat.

DE ADVLATIONE, SERMO XIII.

ANTEHAC omnes palliam, vt cōiicio **Postidipi.**
non me, salutabant. Iam enim ne vnus quidem mecum loquitur.

Quicunque omnia in gratiam amicis agens cōuersatur, præsens gaudium odio commutat in posterum. **Critic.**

Amicos qui nihil tibi verbis indulgeant cōparato. Qui verò vt complacent, & delectent te, verba faciunt, eos tanquam malos preforibus excludito. **Euripidis.**

Argue teipsum, quisquis es, nihil ad gratiam audito, neq; assentatores libertate loquendi prius. **Euripidis.**

Boni cum laudatur, quodammodo odio laudantur. **Iphigenia.**



Eiuslê in dantes habent, si prater modum id fecerint.

Oreste, Etiam laus nimia onus est.

Nicolai. Parasitorum genus ô viri inuenit Ioue prognatus, vt aiunt. Tantalus. Cum autem arte non rectè vti sciret, intè perantè linguâ habuit: deinde ingrâtâ compulsus in sedem, quæ sane ipsum cruciaret, à pristina mēsa subitò reiectus est. Repente autem ielus in medium ventrem, omnia sursum & deorsum confundi putauit.

Siphylum quoq; fama est hoc modo pessum iuisse, idq; bono iua. Phryx enim cū esset, non poterat nutrientis ipsum dicendi libertatem rectè ferre. Propter tale vitium igitur, quod modis omnibus omnes in vita amulantur, & cupiunt, acerbè volo reprehendere, (si modo per Iouem liberè mihi loqui per vos liceat) Homines qui sine simbolo comessantur, & qui sine labore aliena deglutire proponunt. Quidnã bono vir, obsecro te, didicisti, quòd parasitū agere velle? An quid rei in vita humana calles? dicitis; dignum est enim scitu. Cuius fuisti discipulus? quam scēlam profiteris? à quibus placitis incipiens audes parasitus esse? At egre nos qui vitam omnem contriuimus, ne nunc quidem adhuc apertas possumus intueri fores propter eos qui supra sunt, qui deuorant aliena.

Non cuiuslibet ad mensam nauigare licet: oportet enim vt illi primum habeant faciem impudentem, colorem stabilem, maxillam in-

desessam, quæ continuo possit alapas sustinere.

Hæc quidem elemēta sunt totius artis. Deinde si illudatur, de seipso rideat opus est. Turpe autem puto seruire dicitis. Minorem natu fingit esse, aut offenditur, dum studet elegans haberi, & prater ætatem egrotas. Ille Ganymedes esto inter deos relatus. Ad complacendum conuersatur in alentis perniciem. Si quis turbetur, statim omnes exanimat in conuiuium: alterum tacitè subsannans in mensa, & tu, inquit, bilem dimitte. Opinor autè me idoneum ad hæc negotia, ô pueri, natum esse. Adsunt enim mihi omnia. quæcumque habere oportet aliena comessantem: nempe fames, recordia, audacia, venter, otium. Et nunc me rex Lydorum abundantium auro amicum esse conuiuiam sibi decreuit.

Rectè facta collaudare, honestum est: mala verò laudibus rebere, adulterini animi ac impostoris est.

Ligna dum augent ignem, ab ipso consumuntur, O pes dum alunt adulatores, ab eis ipsi pereunt.

Delphini quousq; vnda subest, comitantur natantes, in litus verò nunquam egrediuntur. Sic adulatores in sereno rerum statu manent, Sicut qui amicos ad peregrinationem euntes, dum via plana est, deducunt: cum asperior incipit, recedunt.



Phauorini Non fidem meretur ea laus, qua quis alium, sui commodi gratia, prosequitur.

Eiusdem. Quem admodum *Aethon* ab alumnis suis canibus interit: sic parasiti eos à quibus aluntur, pessundant.

Theodori. Ingressus ad ipsam frequens erat, aliis morū simplicitatem probantibus, aliis aliqua re indigentibus: plurimis verò pro more & ingenio vulgo hominū peculiari affectis, qui homines diuites ceu spectaculum quoddam eximium mirati, ad ipsorum ianuas tempus terūt, etsi nihil inde latere sint commodi.

Diogenis In assentatione, veluti sepulcro quopiam, solū amicitiæ nomen inscriptum est.

Isocratis ad Demoniciū Adulatores vt impostores odio habeto. Creditores enim vtrique in eo quauis sibi credita fallunt.

Crates parasitos *εὐνοῦντων ὀφθαλμῶν* appellabat, quasi quis Latinè *conuuepulones* dixerit, quod omnium facile dictis inter epulas amuant.

Antisthenes satius esse ait, in coruos, quàm parasitos incidere, Hi enim viuientis animam corrumpunt, illi solum mortui corpus.

Pythagor. Gaudendū potius redarguentibus, quàm assentantibus, quos etiam hostibus deteriores existinare & refugere oportet.

Antisthenes aiebat, vt meretrices bona omnia præter mentem & prudentiam suis amatoribus

ribus imprecantur: eodem modo adulatores, iis quibus, cum agunt.

Crates ad opulentum adolescentem, quem parasitorum comitabatur turba: *Adolescens*, dixit, miseret me tuæ solitudinis.

Adulatorum beneuolentia tanquam tergo *Socratis* hostibus dato, fugit infortunia.

Lepores quidem canibus venatores capiunt: multi autem stolidos laudibus irretiunt. *Eiusdem.*

Lupi cū sint canibus similes, assentatores amicis, diuersa tamen studia sequuntur. *Eiusdem.*

Similis est adulatio *panopliæ pictæ*, ideoque delectationem quidem, sed vsu nullum præstat. *Eiusdem.*

Videbam id temporis, & adhuc video, magnas & immensas opes, tum priuatorum hominum, tum monarcharum, serè quo fuerint abundantiores, eo plures maioresque calumniatores alere, & voluptatem turpi damno confusam machinantes, quo nihil deterius diuitiæ, aliæque potentie generant. *Pla. i epist ad Dionys.*

Si quis huic rei fuerit studiosè deditus, nihil mirum, si cuius laudes recenset, ei benedicendi doctus esse videatur. *Eiusdem in Menexeno vel epitapho*

Assentationem autem rectè quis turpe colloquium, & obsequium quoddam assentatione, Theorum, vtilitatis gratia institutum esse arbitror. Assentator verò est, qui dum tecum vna proficiscitur, Animaduertis, dicat, vt in te ora



hominum atq; oculi coniecti sunt? quod præter te nemini ex ciuibus euenit. Item, heri in porticu maximè collaudatus es: quum enim plus quàm triginta homines eò sedentes conuenissent, ac sermo incidisset, quisnam ceteris maximè virtute præstaret, primi & vltimi vno ore te prætulerunt. multaq; alia his similia dicere consuevit: & à pallio si quid pili, festuca, stocci, aut pulueris fuerit, excutere atque amouere: & si palearum quippiam in crimen ventus abiecerit, id eximere, atq; arridendo dicere: vides vt duobus diebus, quibus à te absui, caniciem barba contraxit & si mihi præ ceteris, qui hoc ætatis sunt, capillo nigro esse vidèret, & quum ille aliquid loquitur, ceteris silentium imperet. nolentem etiam & inuitum esferat laudibus. & orationem finienti, Rectè, subiiciat. & salibus dictèrysq; amarulentis vtenti, vehementer arrideat, vestemque in os adigat, tanquam risum nequeat continere, ac si quis obuiam venerit, cū iubet consistere, quoad ille prætereat. pueris eius mālā ac pyra coempta deferent, eo spectante tradit, eosq; osculatus: ò præclaram, ait, optimi patris sobolem. calceos ementi adest, atq; pedem longè melius formatū calceis esse dicit. Quamq; is ex amicis aliquem adit, cursu assentator præuolat: eiq; qui aditur. Ah te profiscitur amicus, ait. & antequā adierit, reuersus affirmat se nūtiasse. Illa

Illā etiam quæ mulieris catus sunt, facillè ac sine labore prestare potest. Et si quando in conuiuio versetur, primus omnium uina collaudat. Et assidens, ait, Non videris mihi molliter accumbere: deinde aliquid è lance ei proponens, affirmat esse peroptimum. rogat deinde, nunquid frigore sit affectus, ac nunquid amplius indui, & vestibus abs se amicitari velit. atq; hæc omnia quum dicit, insusurrat in eius aurem, tum in illum aspiciens, ad alios astantes atque audientes loquitur, In theatro verò puluinas ministro ereptos esse subternit. domum artificiosissimè edificatam, agrum optimè excultum, & plantis confitum esse confirmat. Imaginem peritè ex illius figura imitatione simulatam atq; expressam. In summa, assentatorem intueri licet, ad eius cui gratificari se arbitrat, nutum ac voluntatem omnia sua & dicta & facta referentem.

Obsequium autem est (vt definitione id complectar) affabilis quidem cōgressus, non virtutis atq; probitatis, sed voluptatis gratia comparatus. At qui obsequitur, is est potissimum appellandus. qui etiā eminens salutat, virumq; optimum appellat: tum vbi accesserit, laudibus afficit, & prolixè admiratus eū vtraq; manus comprehensum, minimè a se dimittit. Quamq; illum paululum deduxerit, rogat, quòdnam intra tempus eum sit reuersurus: tum demum à se

De obseq.
ex Theoph.
notis.

laudatum dimittit. Quum arbiter vocatus est, non solum ei cuius causam tutari debet, sed & aduersario gratificari studet, ut cōmunis vtriq; amicus esse videatur. Tum peregrinorum causam iustiores ait esse, quàm ciuium. Inuitatus ad cenā ab hospite, filios vocari iubet: ingressosq; similiores patri ait esse, quam fico ficum. Inde manu trahens osculatur, & iuxta se sedere facit: & aliis colludens, ea loquitur quibus pueri oblectentur, vitem securim: alios patitur supra ventrem sibi somno obdormiscere, egrē pondus interim ferens. In eoq; studet quam maxime, ut quàm sepius capillum castiget, & ut dentes quàm candiduli sint, ut splendidi vtiatur vestibus, easq; frequenter immutet, ut vnguentis flagret: ac in forum descendens, primum argentarios adit, ad ea verò gymnasia libentissime se cōfert, in quibus impuberes exercentur, in theatro, quum spectaculum instat, pratoribus proximū occupat ad sedendum locum. Quinque nihil sua causa emat, tum ad Byzantium tragemata, ad Cyzicū Laconicos canes, mel Hymetrium ad Rhodum, peregrinis emens mittit. quae quum facit, cuius narrat. Idem maximam nutriendae simiae peritiam tenet, & in cercopitheco, in Siciliensibus columbis, in capreolorū talis, vnguentariis vasis, eiusq; rotundus & Tyrius, deniq; in inflexis ex Lacedaemone scipionibus comparandis, valet plurimum.

num. Ad haec vehementer enititur, ut auleiū possideat, perfas habens intextos, & arcolum palaestrico refertam puluere: haec denique locum pariet ad pile ludum, atque hae quotidie circumiens, sophistis, hoplomachis, musicisque hominibus iactat: & alium sabornat, qui praesentibus illis qui spectatum venerant, omnibus ostentatis, digito ipsum monstret, ac ipsius esse palastram astanti cuiuspiam dicat.

DE PRODICALITATE SERMO XV.

SI qui suas opes temerē dilapidat, laudibus Menādri rehanetur, id multis obesse potest.

Nam qui suam male gubernat rem familia Euphronie rem, Dic quaeso quomodo seruabit is alienam? i Diadymis Luciani.

Theron Menippi filius, patrimonium omnino adhuc iuuenis turpiter lasciuus sumptibus dissipauerat. Postquam verò Euctemon, paternus amicus, ipsum vidit iam ex cruciari arida pauperie, illachrymans ad se recepit, & marium suae filiae coniunxit, magnam dotem largitus. Vt primum autem Theron praeter spem ditatus est, statim pristinos sumptus repetebat, nihil non deliciarum indulgens ventri indecenter, ac nefarie sub ventre libidini. Ita Theronem obruit secundo noxiae paupertatis reciproca vnda. Ceterum, Euctemon denud



defleuit, non quidem illum, sed filie suæ dotem, & nuptias. Cognouit autem, quod quisquis malersus est rebus propriis, non possit esse fidus in alienis.

Diphili. Haud facile cumulus acernatur, etiam longo tempore: uno verò die facile dissipabitur.

Eiusdem. Multi sic affecti sunt, vt egrè queant parcere quicquam vltius, quàm pro vita presenti.

Menædri. Si nauigatio forte quatridui instituat, prospicimus q̄ necessaria sunt indies. At si quid parcendum in senectam sit, cur nõ viaticũ pat sinonia reponemus?

Theognid. Sicut ego, mediam viam ingredi pedibus, neq; aliis Cyrue largitor aliena.

Pythagar. Ne sumptus tenerè & importune feceris, Sed neque illiberalis esto. Modus in omni re optimus.

Socrates, cum facile quendam omnibus gratificari, nulloq; delecti suppeditare animaduertisset: malè pereas, imprecatus est, quoniã Grætis virgines vt scorta prostituiti.

Diogenes à quodam prodigo minam petijt: quo mirante, quod ab ipso minam, ab aliis tres obolos tantum rogaret: Iterum me ab aliis, respondit Diogenes, accepturum spero, abs te autem nunquam posthac amplius.

Crates, diuitum & prodigorum pecunias sicubus, quæ in præceptiis nascuntur, comparabat: quibus homines non fruuntur, sed coru

tantum & milui: vt prodigorum opibus, scorta & parasi.

Plurimi quidem hominum diuitias bene Demosthe consulendo, & nihil contemnendo acquirunt, nis in oratione ad Leptinen. non tamen iisdem artibus ipsas conseruare possunt.

Zenon ad prodigalitatẽ suam excusantes, quod ex multis superfluis sumptus faceret, dicebat: Igitur & coquis veniam dabit, si falsa obsona se fecisse dixerint, quod copia salis adfuerit.

Non tam graue est, bona non accipere, quàm acceptis priuari. Xenophontis lib. 8. institutionis Cyri.

DE PARCITATE, SERMO XVII.

Plura ride supra, sermone 10. vbi de Iniustitia & Auaritia.

Si presentibus non vtimur, absentia que- rimus: his quidem nõstra culpa, illis verò per fortunam priuabimur. Philemonis.

Odi fortunam iunctam infortunato corpori. Si quis enim per diuitias suauiter agere potest, miserè tamen vivit: quid aliud quàm fortunam accuses, quod se homini infortunato sociauerit. Apollodori.

Ego non opes quante sint appetentis, sed num Etusdem: qui

qui ipsas possidet, superior, ut domus, sit possessis.

Euripidis *i* Si quis fortunatus & opulentus nihil egregium domi instituat: hunc ego nequaquam beatum nominaverim: sed potius felicem divitiarum custodem. Inhumana est imperitia, in statu ne miserabili quidem lachrymas funderet. Hæc verò est malitia, cum opes affatim suppetant, neminem mortalium beneficium demereri, parcitate vitium improba.

Eiusdem *i* Quisquis domi rem gaudet abundare, & ventrem interea defraudans corpus miser macerat, is mihi sacrilego melior non esse videtur, neque parricida, aut sanguine iunctis inimico.

Menandri Nunquam prædivitem felicem existimavi hominem, bonis non vteretur qui suis.

Eiusdem. Ne lucrum undecunque captes: sed pudor adsit, quo minus per nefas conquiras opes. Semper sibi timet te miser ille, qui præ parcitate odium sibi peperit partis opibus duplo maius.

Theocriti. Decoque lenticulam, satius tibi pastor auare, quam lassisse manus, ressecas dum fulce yminum.

Menæd. in Psendoher. Inhumana res est, duritas vitæ.

Apollodori in Apo- Propemodum caput malorum nominasti, avaritiæ etenim insunt omnia, carterunte.

o is-

O infelices illos, quibus lucri ergo turpia videntur honestis preferenda: quippe prudentia accipiendo obnubilatur.

Diuitias, rem instabilem commemoras. Eas si tibi mansuras censes, perpetuo custodi, neque cuiquam hominum communices, solus ipsarum tibi dominus. Si verò ne te ipsum quidem, licet omnia fortune bona habeas, quid est o pater quòd istorum invidias alicui? Fortuna enim alij fortassis alicui indigno omnia qua tuè nunc habes, te spoliato, donabit. Quapropter sentio oportere te, quam diu dominus es ipsis liberaliter uti, pater, omnibus opem ferre, ditescere per te quam plurimos ut possis amicos. Hæc enim virtus immortalis est: atque si forte exutus omnibus fortunis fueris, iterum ab illis, quos antea beasti, capies. Longè præstatio est aperta viri amicitia, quam operæ auri divitiæ, quales tu defodisti.

Vir cui magnæ sunt opes recondite, quibus pro suo arbitrio ad res necessarias uti non audeat, similis est arario quaestori publicum thesaurum suum esse persuaso. Quantum etenim ad opinionem, ex æquo uterque dives est. Vsum verò divitiarum, qui proprius est possidenti, nò hic magis quam ille habet.

Si dominus amplissimæ fortunæ tristem vitam transigat, ne ille mihi omnium qui sunt, quique futuri sunt hominum, est miserimus.

Theopomp



Democriti. Qui parci præter modum sunt, instar apicularum operantur, tanquam perpetuo victuri.

Stolidi parciorum filij ubi quid à patria consuetudine exquisita illa & tenaci deciderint, perire solent: non secus quam qui inter gladios saltant, si vel semel aberrauerint in unico gladio, ubi pedibus niti debebant, intereunt. Est verò difficillimum, ne in vno quidem aberrare, cum sola pedum angusta vestigia relinquatur. Parsimonia & esuries, bona: suo autem tempore, sumptus etiam. Porro vir bonus discernet.

**Antiphō
iii.**

Non desunt, qui presentem vitam non viuunt, sed magno studio se parant, ceu vitam quandam aliam victuri: Interea, tempus ipsos deserit.

Metrodori

Aliqui in vita preparant que ad vitam pertinent, victuri post id quod viuere dicimus: non aduertentes, thetate nobis omnibus ipsum generationis insusum esse pharmacum.

Democriti

Vita sine festiuitatibus, longa est: via sine diuersorij.

Plutarchi.

Verumtamen auaritia & tenacitas cogit alios, repressis domi cupiditatibus, apud alios ingurgitari sumptuosos alimonij, usque frui, ceu bello partis, strenne comessando. Deinde male affecti discedunt, postridianam crudelitatem pro mercede ingurgitationibus habentes.

Thecti-

Theocritus multos diuites non dominos rerum suarum, sed tutores esse dicebat.

Virum qui magnas opes reconditas habet - Eusebi.
runt, nec aliam ob causam, quam vt reponat, conquirentem, quo semper aliquid presentibus addat, etsi locupletem, nihil tamen neque sui, neque alterius vtilitatis gratia insumentem, haud quaquam diuitem esse dixerim: sed custodem, & alienis pecunijs comparandis natum, qui se penumero sibi labores creet, & res nihil ad se pertinentes augeat.

Vt autem & istud scias, d. Cræse. Ego enim Xenophō.
non illos qui plurima habent, & custodiunt plurima, felicissimos existimo. Nam hoc pacto, qui mentia tuentur, felicissimi forent, vt qui omnia in ciuitatibus custodiant. Sed eum, qui tuum plurima iure possederit, tum plurimis honeste fuerit usus, quod pecunias attinget felicissimum esse statuo.

Hominis auari diuiti e, quem admodum sol Socratis.
post occasum, neminem viuentium exhilarant.

Auarorum vita similis est funerari con- Eiusdem.
uiuio. Omnia enim cum habeat, hominem qui presentibus hilariter fruatur, non habet.

Semel nati sumus, bis nasci non licet: sed Epicuri.
necessarium est etatem finire. Tu verò qui ne crastinum diem quidem in tua potestate habes,

tempus differens. Omnium verò vita cunctando perit: & hinc est, quod unusquisque nostrum inter negotia moritur.

Antiphōis Fama est, quòd cum quidam alterum argenti multum ferre, rogauerit eum, ut sibi mutuo daret cum sanore reddendum. Ille verò noluit, ut qui diffideret omnibus, & neminem iuuaret. Itaque quodam in loco argentum recondit. Et cum animaduertisset quidam, quid egisset, suffuratus est. Reuersus igitur ille postea, qui pecuniam absconderat, nihil inuenit: unde magno dolore motus est ob calamitatem, tum alias, tum quia roganti nò mutuo dederat pecuniam, qua quidem & salua ei mansisset, & insuper attulisset sanus. Cumq; incidisset in vitrum cui mutare prius noluerat, infortunium suum deplorauit, utpote qui peccasset: & permittere se dixit, quòd ei non obsequutus, sed ingratus fuisset: & prorsus ei omne argentum interuuisse. Ille autem bono animo ipsum esse insit, atq; existimare lapidem eodem in loco à se depositum fuisse, Omnino enim ne cum habebat quidem argentum, eo utebaris. Quamobrem etiam nunc ne putaueris te vlla re priuari. Illud etenim quo quis nec usus, nec usus est, nihil siue presens siue absens magis minusue laedit. Nà cum Deus alicui nò perfecte bona largiatur, instituit, exhibita pecuniarū copia, bonæ mentis inopē facit, atq; ita ablato altero, utrisq; priuat.

D E.

DE CONTINENTIA ET

SOBRIETATE, SER-

MO XVII.

Temperantia & Continentia quid differant, dictum est supra in sermone de Temperantia. De vituperatione Veneris alius erit sermo proprius.

TURPE est honesto loco natus turpius vivere. Quippe non decet animi generosi virum gaudis non licitis delectari. *Sophoclis.*

Ventrem modis omnibus refrenare conaberis, quandoquidem solus beneficiis acceptis ingratulus est, semperque plura sibi iusto postulat. Quicumque verò modum imperare ventri nescit, hic plura mala malis coaceruat. *Charetis.*

Ventrem modis omnibus refrenare coneris. Incerti. Venter & multorum capax est, & paucorum.

Pallade. Ventrem Deus odit, ventrisque epulas: propter ista enim temperantia soluitur.

Agathij. Bonum est quidem animum à nuptiis alienum habere. Si tamen opus fuerit, nunquam te masculus amor turbet.

Mulieres amare, modicum malum est, quo-



ni in illis *Veneras conuersationes* veneranda dedit natura. *Aspice brutorum genus animalium*: haud enim illorum, natura leges coniugij spernit: sed viro *scamina iungitur*. *Miseri autem viri*, sibi nubunt inuicem.

Sophoclis.

Inhonesti factu, ne dictu quidem honesta sunt. Quicumque verò philosophicis se dedunt laboribus, addiscunt per vitam *compescere ventrem*. Videlicet *frugalitas est magistra sapientum optimorumque consiliorum*.

Enripidis.

Nunquam sili potestatem nactus, turpes amores popularium persequitur: quia *feruum, variasque vindictas sibi parat*, quisquis bonorum, etsi pauperum, *dedecore liberos notauerit*.

Pythagoræ

Nihil egregium comparatur, quod non continentia labor *precesserit*.

Homines quorum concinnus est & compositus animi habitus, facile cum diuersis ingenijs *conuersans, imperare ac parere vicissim non imperitus, mores & studia sequuntur a voluptatibus abstinendi, imperandique cupiditatibus*. Quod omnino enitendum est, ut quicquid infrene ac immoderatum *voluptates nobis iniecerint, omnibus modis exterminetur*.

Phocioni filius plura solito *obsonia coemerat*. Itaque *comminatus est*, si plura quam *secundum naturam* soleret, per incontinentiam *ingurgitaret ipsum penas luiturum*.

Famis

Famis atque sitis non obliuisci oportet. *Multum enim potest apud sobrietatis ac prudentie studiosos*.

Continentiam tibi ut robur ingens opesque *stippum*.
parato.

Pythagoras admonerat, Ne sepe homo ab *ras*.
homine: hoc *enigmat*, frequente *veneriorum*
usu *interdicens*.

Commendamus *frugalitatem*, non quòd *tanti*
res *viles ac minimè sumptuosas faciamus*, sed *ni*.
ut hoc pacto animi *magnitudinem augeamus*.

Ne me facile alios *monere putaueris*: ego enim *maza* *utens*, aliòque *consimili victu*, ista *uobis* *consulo*.

Diogenes panem album nactus, è *pera cibarium* *iecit*, hunc *versum* *proloquens*: *Hos pes tyrannis è via* *decedito*.

In festo quodam *Athenis*, ostentandi causa, *Alcibiades multa dona Socrati transmissit*. Admirata *Xantippe magnificentiã*, *maritum ut acciperet rogauit*. Ad quam ille: *Imò detrectando munera, cum ambitiosa viri ostentatione certabimus*.

Moderatur *voluptati*, non qui *penitus abstinet*, sed qui hoc modo *utitur*, ut non *abripitur* *pi*.
cum *ipsa*. Ut namque & *equo moderatur*, haud qui non *utitur*, sed qui quò *libuerit*, *ducit*.

Siphocle formosum puerum sibi ostendente: ò *Pericles*.
Sophocles, dixit, oportet *frugi imperatorem*



non manus modo, sed oculos quoque continuo
resecum.

Epictati, Cùm aliqua voluptatis animum phantasia
ex Enchi- subierit, obseruandum est id quod in omnibus
tidio. ne statim abreptum te precipitem des. Nego-
tium te expectet, tuque tecum aliquantulum
immoratus, cogitationem tuam diligenter in-
spectam secundum prescripta tibi precepta exa-
minato. Veniat autem tibi in mentem utrumque
tempus, & hoc quo voluptati victus, postquàm
ei satisfeceris, nihil tibi reliqui quàm pœnitē-
tiam, & tua aduersus te conuitia habebis: &
illud, quo cum abstinneris, gaudebis, atque temet
laudabis. Quod si tamen voluptati locum dare
opportunitatem tibi videatur, fac ne in transuer-
sum eius suauitate ac lenociniis agaris, quis ha-
benis semper fortiter vitare.

**Demosthe- Perpetuum hoc esse debet sapientis institu-
nis.** tum, ut rationem cupiditatum dominam con-
stituat.

Socrates rogatus, quoniam à ceteris homini-
bus differret, respondit: Alij quidem viuunt,
ut edant: ego edo, ut viuam.

Epicuri. Gratia est habenda nature beatæ, quæ neces-
saria parabilia fecerit: difficilia autem paratis,
non necessaria.

Eiusdem. Si quem volueris diuitem efficere, nõ est quod
augeas opes, sed minuas cupiditates.

Continentia partem cupidam in malas volu-
ptates

ptates ruentem refrenat.

Continentiæ autem est, posse cohibere ratione
cupiditatem, ferentem ad malas delectationes
& voluptates, & pati & tolerare naturæ in-
digentiam & egritudinem.

Xenocrates, si quando vini cadum releuisset,
in rappam conuertebatur, antequam cõsume-
retur. Sæpe & obsonia pridiana iam corrupta
eiecit. Hinc natum est diuerbium, Xenoera-
tis caseolus, de rebus diu durantiibus, quæ non
facile absumentur.

Bene composito est animo, qui de rebus ab-
sentibus non tristatur, presentibus autem læ-
tatur. **Democri-
ti.**

Satius est mori, quàm per incontinentiam a-
nimum obnubilare. **Pythago-
ra.**

Socrates continentiam à corporis illecebris tem-
perantiam vocabat.

Chrysippus Solensis admodum paucis viue-
bat: Cleanthes etiam paucioribus. **Aelianus
in varia
historia.**

Epicurus Gargetius exclamabat: Cui parum
non satis est, nihil sufficere potest. idem aiebat,
cum quolibet se de felicitate certaturum diui-
modo maxam & aquam haberet.

Socrates interrogatus, quo quis pacto opulen-
tius euaderet, Si cupiditatum fuerit inops, re-
spondit.

Quod si bonum ac honestum hominibus con-
tinentia est, consideremus virum introdu-
ctum. **Xenopho
libro I. de
dictis &
factis So-
cratis.**

xerit ad eam talia dicens: O viri, si bello nobis
 indico eligere hominem velimus, per quem nos-
 tram salutem, ac aduersariorum consiliū con-
 sequuturi sumus, num illum eligemus, qui gu-
 le, venci, vino & somno seruit, qui laborem
 perferre non possit? At quo pacto cum talis il-
 le sit, aut nos saluos facere, aut hostes nostros
 vincere possit? Si autem ab hac vita migratu-
 ri, velimus testamentum cuiquam filios educan-
 dos, aut filias virgines conseruandas, aut custo-
 diendam pecuniam relinquere, num hominem
 incontinentem arbitrabimur aptum ad hæc es-
 se? Sermo verò non continenti commendabimus
 pecudes, ararium, aut cuiusquam operis curam?
 Ministrum autem talem, aut emptorem, gratis
 etiam nobis datum, accipiemus? Quod si nec ser-
 uum incontinentem habere prodest, multo ma-
 gis de nobis ipsis ne tales fiamus conabimur.
 Non enim vt iniusti, cum aliorum pecuniam
 arripiant, sibi ipsis diuitias accumulant: sic in-
 continentis, ceteris nocet, sibi ipsi prodest: verum
 ceteris etiã, sibi ipsi multo plus nocet. si quidem
 perniciosissimum est, non modo suam domum de-
 struere, sed non minus corpus ac animam pro-
 priam. In conuersatione verò, quis volet cum ipso
 conuersari, qui cibo ac potu, ac meretricibus
 potius quàm amicis affectus sit? Nonne quem-
 us oportet cum continentia sciat virtutis fun-
 damentum esse, hæc primam in animã depo-

nere? Quis namque sine ista aut quicquam disce-
 ret bonum, aut exercitatione perciperet? Aut
 quis voluptuarius, non omni turpitudine cor-
 pus animamque suam polluet? Mihi enim vide-
 tur optabile esse libero viro, nec seruū talem ha-
 bere. Quod si ipsemet huiusmodi seruiat volu-
 ptatibus, deprecari deos oportet, vt bonos domi-
 nos consequi possit. Hoc enim modo duntaxat
 talis homo seruari potest.

An ignoras edentem auidè minime epulis
 indigere: qui que cum auiditate bibat, minime
 potum exquisitum absentem desiderare. At
 vestibus quicumque diuersis vtuntur, frigoris
 & æstus causa mutant, calceisq; pedes induit.
 ne propter ea quæ pedes offendunt, ambulare
 impediuntur. Dic igitur quæso, quando me
 comprehendisti, aut frigoris causa plus ceteris
 domi inuentem, aut æstus gratia pro umbra
 cum aliquo contendentem, aut propter pedum
 dolorem non prodire quocumq; vellem? Nonne
 cerò tenes, natura corporis imbecilles, exercita-
 tione fortiores, ad ea quæ mediantur, effici, ac
 facilius sustinere, quam illos qui corpore fortis-
 simi, in exercitati tamè sunt? Cur igitur & me
 non opinari per exercitationem omnia posse
 sufferre facilius, te non exercitato? Propterea si
 quid amicis aut ciuitati prodesse oporteat, utri
 plus utiq; ad hæc procuranda erit? an illi, qui ut
 ego affectus sum: an illi qui, vt tibi beatum vi-

Ibidè pan-
 to post.

detur sic viuat? Ad rem autē militarem, vtrū qui sine sumptuoso victu viuere non possit: an ille cui satis est omne quod contingit, aptior iudicabitur? Aut vtrum ille citius expugnabitur, qui raris & sumptuosus indigeat: an qui mediocriter vtatur etiam communibus? Videris ò Antipho, felicitatem deliciis & diuitiis applicare. Ego autem, nullis indigere rebus, diis appropriatum esse duco: minimis, illorum qui quam proximi superis sint: & deos quidem optimos omnibus: qui verò diis appropinquant, proximos optimo existere.

Epicuri.

Turget mihi præ voluptate corpusculū. A qua & pane vitor, ad sumptuosas voluptates expuo, non tam ipsarum causa, quam sequentium ipsis incommodorum.

Eiusdem.

Tum egenus voluptate, cum eam abesse dolemus. Cum verò non ita afficimur in tranquillo compositoque sensu constituti, nihil nobis voluptate opus est. Porro non naturalis voluptas aliquid damni extrinsecus nobis accersit: sed que intra nos est vanæ opinionis appetitio, ea verò ledit.

Plato sepius siti laborans, è puteo hauriebat aquam, iterumque effundebat, vt ita cupiditatem castigaret.

Epicurus cum quaeretur, qua quis arte discesceret: Non si presentibus adieceris, respondit, sed

dit, sed vsu ac necessitate sibi persuasam circumciderit.

Dulcium que rarissima sunt, maxime delectant. Democr.

Si quis modum excesserit, iucundissima que in iucundissima sient.

Fortis est, non tantum hostium, sed & voluptatum victor.

Optime constituti animi hoc argumentum est, non ad epulandum se natum existimare, neque in eo vitam reponere: sed viuendi tantum gratis nobis alimenta dari iudicare. Euseb.

Continentia & corporis bonum est, ad secundam valetudinem ipsum promouens: & in anima temperantiam parit, que quidem virtus tranquillam, serenam, & compositam animam vitam adornat. Eiusdem.

De victu frequenter solebat diligenti ac seria oratione disputare, vt de non paruo negotio, neque paruo momenti. Sentiebat etenim continentiam circa cibum & potum, initium & tanquam fundamentum ad recte sapiendum existere. Cum igitur aliquando alia dicendi argumenta, in quibus plerumque versabatur, omisset, ita loqui incipit: O nono preferendum esse, vt nili pretij victum sumptuoso, ita parabilem exposito, & homini familiarem, ei qui talis non

Musonij
in libro de
alimentis.



esset, ut ferino. Familiaria autem nobis esse, que terra fundi, siue frumentacci generis, siue alia ad rectè nutriendum idonea: item que ab animalibus non occiduntur, sed aliter inuuantibus, sumuntur. Rursus horum maximè apta, quibus in promptu citra ignem uti liceat: hæc enim paratu facillima esse, ut plantarum fructus, quedam olera, lac, caseus, faui: non reicienda tamen quedam, quamuis ignem requirant, ut frumentacea & oleracea nonnulla, cetera enim ista homini familiaria esse. Ex carnibus autem alimentum ferinum asserbat, & bestis conuenientius. Hoc quoque grauius esse dicebat, cogitandi, sapiendique impedimentum, impuros vapores parere, qui animam obnubilent: quamobrem ingenio tardiores fieri, qui huiusmodi victu affatim utantur. Hominem verò decere, qui terrestrium omnium diu precipuè cognatus sit, simillimo quoque: ipsis modo ali. Diu sufficere exhalationes à terris & aquis elatas: cui nos simillimum alimentum sumemus, si quod purissimum leuissimumque fuerit, elegerimus: ita fore, ut anima nostris pura & sicca euadat, qualis videlicet, optima sapientissimæque in omnibus habetur. quemadmodum Heraclito videtur, dicenti: Virtus sicca, sic anima sapientissima, optimaque. Istud sanè miserum est, quod etiam brutis animalibus deteriores circa victum sumus.

mus. Siquidem bestie, etiamsi vehementi cupidine ceu flagello icta ad pabula ferantur, non tamen aut facinora improba, aut vlla artificia in victu affectant: quin obuiis quibusque contenta, solam repletionem, nihil vterius querunt. At nos artes varias, inuentaque noua meditamur, quibus ciborum potuumque voluptatem gule blandiendo edulcemus. Vsq; adeo delicatum est, & ingluuiei deditum nostrum seculum, ut si cut Musica, & medicinalis artis: ita etiam culinariæ extent commentarij, qui gulam delicis titillare docent, sanitati nocent. Hinc fit, ut qui ferculis deliciantur, longe minus salubri valetudine fruuntur. Sunt aliqui delicatuli, picam expertis mulieribus non dissimiles. nam & ipsi, veluti ille, familiarissimos cibos fastidiunt, ore ventriculi corrupto. Itaque, ut ferrum inutile acie noua semper eget: similiter & illorum stomachi inter edendum, acui nunquam non postulant, siue mero, siue aceto, siue acervo aliquo condimento. Quantum ab istis differerebat Lacon ille, qui cum conspexisset quendam preciosam auiculam sibi appositam præ fastidio renuere: At mihi, dixit, etiam vultur & hircus sapiunt. Ita enim Zeno Citiensis ne per morbum quidem cibo magis delicio fruendum opinatus est. Igitur medico columbinum

pullum consulente, ipse consilij impatiens, non secus quam Manem, si egrotaret, curari se iussit. Nimirum volebat, non se mollius tractandum, quam agrum aliquem seruum. Si enim absque sumptuosis alimentis recuperare sanitatem serui possint, quid idem nobis futurum prohiberet? Sanè indignum est, virum bonam re lo se seruo molliorem prestare. Quamobrem merito Zenon lautulas magno redemptas caueri consiluit, & ne parum quidem ipsis indulgere. loco enim semel dato cupiditati, in immensum crescit: & hoc sibi peculiare habet ciborum atque potuum luxuria, ut semel cepta, magis magisque augeatur. Hæc tum ille de victus frugalitate, præter sermonum suorum consuetudinem, veluti noua dicere nobis est visus.

Xenopho-
tis lib. I. de
dictis &
factis So-
cratis.

Tali autem modo viuendi corpus ac animam castigauit, quo quispiam visus, nisi quid diuinum impediatur, facillimè atque securè degat, tantòque sumptu non careat. Tam enim paucis utebatur, ut nescio si quis tam modicum laboraret, qui non posset lucrari, quæ Socrati satis essent. Cibo nanque tam parcè utebatur, ut incunde comederet: atque ad illum ita ibat paratus, ut pro obsequio sibi esset cupiditas comedendi. Potus verò omnis erat ei gratius propterea quòd nunquam bibebat, nisi sitiret. Sed quando verò in conuiuium conuocatus voluisset ire:

set ire, à quo difficillimum plurimis cauere est, præterquam deceat saturari, facillimè ipse ab illo cauebat. Qui verò hoc facere non poterant, his consulebat abstinere ab illis, quæ persuaudent non famescendo comedere, neque sitiendo bibere. Hæc enim esse aiebat, quæ ventribus, capitibus, atque animis noceant. Arbitrari autem iocando dicebat, idcirco suos homines effectos à Circe, quoniam multis talibus ipsos nutruerit: Ulysses autem partim Mercurij consilio, partim abstinentia sua, suum factum non fuisse: huiusmodi de his sermò simul ac iocò dicebat. De rebus verò Venereis superandis, admonerat à pulchris abstinere vehementer. Non enim esse faciliè aiebat, cum tales homo tangat, modestum esse.

Dic mihi, inquit, ò Euthydeme, putasne bonam magnamque possessionem homini atque ciuitati libertatem esse? Maximam, inquit. Quicumque igitur corporeis seruit libidinibus, & ob eas nequit, quæ sint optima, exequi, putasne tu hunc esse liberum. Minime, inquit. Fortassis homine libero dignum videtur tibi, posse agere quæcumque bona sint deinde habere, qui interpellant huiusmodi facere, seruire quispiam deputas? Omnino, inquit, puto. Omnino igitur tibi videntur incontinentes, etiam non liberi esse. Per Iouem, ait, & merito. Vtrum incontinentes videntur tibi

Eiusdem
lib. 4. de
dictis &
factis So-
cratis.

prohiberi ea facere quæ honesta sunt, an & cogi ea facere quæ turpia? Non minus hæc mihi videntur cogi agere, quàm & illa prohiberi. Quales tu dominos putas, qui bona prohibent, & turpia cogunt? Hercle quam pessimos. Seruitutem quam tu putas esse pessimam? Ego, inquit, ille, hanc quæ apud pessimos dominos seratur. Pessimam igitur seruitutem incontinentes seruiunt? Mihi, ait, videtur. Sapientiam vero maximum bonum, nõne tibi videtur ab hominibus auferendo, contrariam in partem eos concitare incontinentia? Nãque prohibens atcedere, & ea discere, quæ profutura sint, eos attrahit ad voluptates; & cum plures bona malique discernant, illa absterriti peiora pro melioribus eligunt. Fit quidem, inquit. Castitatem atque moderantiam cuiusmodi dicimus minus conuenire, quam incontinenti? Ipsa enim moderantia, atque incontinentia, opera contraria sunt. Fateor, inquit. Putasne, inquit, earum rerum studia, quibus vacare in primis oportebat, aliunde magis, quam ab incontinentia impediri? Minime vero. At quod pro vtilibus, quæ ledant efficit ut eligas: quæque ut in horum studio perseveres, illa negligas suadeat, cogatque ea facere quæ inmodesta sunt, putasne homini hoc dari peius posse? nihil. Continentiam igitur contrariorum verisimile est causam hominibus esse, quàm incontinentiam? Vehementer,

menter, inquit. Causam, inquit, contrariorum verisimile est optimam esse? Est quidem, inquit. Videtur igitur ò Euthydeme, ait, optimum omnium esse continentia. Merito, ò Socrates. Illud autem, ò Euthydeme, considera sine vquam? Quidnam, inquit. Quoniam, ait, & ad voluptates, ad quas sola homines videtur ducere incontinentia, ipsa quidem non potest perducere: continentia vero, maiores efficit voluptates. Quid ita? inquit. Quemadmodum, inquit, incontinentia non famem, nõ suum aduentare permittens, neque Veneris desiderium, neque vigiliis, per quæ sola voluptuose edere, bibere, Veneri uti, quiescere, atque dormire possit, prohibet necessariis, & continuis voluptatibus perfrui: sic contra, cum sola continentia desiderari ista faciat, sola etiam perfrui recte voluptatibus facit. Vera profectò narras, inquit. Atqui, ait, dicere quæ honesta & bona sunt, inque studiis rerum earum versari, per quæ suum quisque corpus bene regat, & propriam domum bene gubernet, amicisque atque patriæ fiat vtilis, & inimicos superet, à quibus non solum vtilitates, sed & voluptates quoque maxime capiantur, his omnibus continentes perfruuntur, cum quæ diximus, faciant: incontinentes vero in nullo participant. Cui namque minus hæc dicemus conuenire, quàm illi cui minime licet hæc agere,





alium propinquus tenetur voluptatibus? Atqui Euthydemus: Videris mihi ò Socrates dicere, homini voluptatibus seruienti, nullam vnquam virtutem conuenire. Quid enim interest, ait, ò Euthyde, inter hominem incontinentem, & belluam? Nam quicunque ea que optima nõ sunt, cogitat, voluptuosa verò omnibus querit modus exequi, quid à pecudibus differt? Solus igitur cõtinẽtibus licet ea cogitare que optima sunt, & dicere ac facere, ac rerum quidem discrimina secundum genera disgregare, bona eligere, mala secludere, quo optimi atque felicissimi reddantur, & bonorum docti rationatores. Nam & aiebat recta disserere dici, quod in vnũ consultant conueniant, rerum genera discernentes, seligentesque.

DE INCONTINENTIA,
SERMO XVIII.

Sophoclis. Quid ista laudas? Omnis profectò ebrius ira facile vincitur, & vacuus est mente. Itaque solet ei vsuuenire, vt postquã linguam temerè exonerauerit, vicissim illos etiã nolens audiat, quibus ipse volens maledixerat.

Sclerici. Quam non ferendus est, qui vel ex temulentia, vel insania, sibi quidem innocuus semper, conuersantium autem damno mente laborat.

Vinum

Vinum igni equalem habet vim. Vt hoc Eratosthenes minem subierit, quem conturbat, vt Lybycum nis, mare aquilo, vel auster. Itaque prodit latentia in mentis recessu, animũmque vniuersum concutit.

Meris copiosum parum cogit sapere. Nõ ipsa Menædri potus copia, si quis consideret, debacchari cogit, sed potantis ingenium.

Quid illũ viuere inuat, qui vitam suã nescit. Philemonis Vinum in causa est. Nullũ enim bene potum, si queras, inueneris, qui non à potu, tanquam seruus, sit domitus. Quicquid me vinum coëgit, id amisi. Malum vinum est, ò Nicophõn.

Nimium vinum omne semper est malum. Eiusdem. Ebrius eram. Scilicet pretextus hic ad peccandum satis est. Eiusdem.

Multo plures perdidit satias, quã fames, viros, qui plus sua sorte habere volunt. Turpe est virum ebrium apud sobrios esse. Turpe item si sobrius cum ebrius fuerit. Theognidis.

Vinum si bibas multũ noxium est: at si quis ipsum bibat prudenter, iam non malum, sed bonum est. Eiusdem.

Aes fame speculum est, vinum mentis. Aeschylus. Quisquis bibendo modum superauerit, is non amplius sue lingue compos est, neque mentis. Theognidis. Verba effatur balba, que sobrius dedecus fiunt. Nullo enim qualibet agendi pudare



ducitur, quàm diu fuerit ebrius. Qui prius sapiebat, tum stultus efficitur. Hæc tu animaduertens, vinum ne supra modum ingurgitaueris. Sed prius surge, quàm inebrieris, ne te sibi subiiciat venter, tãquam mediastinum improbum quotidianis laboribus inferuentem.

Tam stolidi, quàm sapientis vinum immoderate potum leuissimum reddit animum.

Ignem aurum, argentumque viri periti dignoscunt: at vino humanus animus arguitur, licet admodum sapiens: vitium omne detegitur, ita ut verecundia prudentes quoque afficiantur. Doleo caput Onomacrite, vim mihi facit vinum, animique non sum amplius compos mei: ades rotantur. Quis age surgens experiar, an et pedes vinum inuasit, et animum intra pectus. Sed metuo ne quid temere committam inebriatus, vnde mihi magnum probrum pariam.

Homeri. Vinum, quamuis sapientissimum, cantare, molliter ridere, et tripudiare impulit. Hoc etiam protulit verba, que satius tacita fuissent.

Menædri. Molestum est, si quis præ vino nimis loquatur, ea que nescit callere simulans.

Euripidis. Nunc vinum me mente priuauit, et fateor tibi iniurium me fuisse, sed inscium et inuitum.

Philippida. Non ita fiet, ut tu nunc ais: Ebrius fui peccator, peccasti, ut veniam à me consequaris. Quis enim

enim Pamphile quidpiam per vim aduersus imbecilliozem egerit, is non peccare simpliciter, sed iniuriari videtur.

Panyastus est, si quis in virorum conuiuio plurimos calices excicauerit recte, sciteque: aliumque simul prouocauerit. Tam inter epulas fortis vir esse potest, quàm qui in bello pugnas sequitur luctuosas, in quibus pauci animosi sunt, ac martem impetuosum excipiunt. Huic ego illum æquali laude contulerim, qui epulis asidens gaudet, aliumque pariter cætum incitat. Nò enim viuere illum mortalem iudico, neque agere vitæ hominum ærumnosorum, quicumque à vino auium abstiniens, potionem aliam stultus hauserit. Etenim vini non minor quàm ignis est mortalibus utilitas bona, malorum amuletum, omnis cantilenæ comes. inest vino sacra pars Thalia et Aglæa gratiarum, insunt saltatio et optatus amor: sed etiam venatio, tristisque malevolentia, Quapropter decet te inter pocula leto animo merum acceptantem potare, non cibo malè affectum instar vulturis sedere pleno ventre, oblitum gaudia.

Fieri non potest ut liber sit, qui seruit assectibus. **Pythagora.**

Ebrietatem serunt paruam insaniam esse. **Chryssippi.** Pythagoras ebrietatē insanie meditationem vocitabat.

Anacharsis primum quidem poculum sanitate esse dixit, alterum voluptatis, tertium contumeliæ, vltimum insanie.

Antisthenis. Fruitiones & voluptates, quæ non per ianuas ingrediuntur, ex Antisthenis sententia, opus habent aut sectione, aut helleborismo, aut fame macerari: ut malas pœnas luat illa ingurgitatio, quam breuissimæ voluptatis gratia admisimus.

Plutarchi Libero patri ferulam & obliuionem conferant, insinuantes non renocanda in memoriam esse, quæ inter pocula sint admissa, sed puerilem commotionem eis sufficere. Huc & istud facit: Odi memorem compotorem. Et Euripides, absurdarum rerum obliuinem sapientem esse dixit.

Platonis. Gubernator ebriosus, & cuius cuiusque rei præfectus, omnia subuertit, siue nauigium siue currum, siue exercitum, siue quamcumque rem fidei suæ commissam.

Eiusdem. Manifestum est, non modo senem his puerum fieri, sed inebriatum quoque.

Democriti. Pro sanitate vota cœlitibus homines offerunt, inscui penes se ipsam esse: contraria autem ei per luxuriam facientes, suis libidinibus ipsam perditum eunt.

Plutar. in lib. de mulierib. etiam insititendis. Ruditatem, ut ait Heraclitus, cum alias celeseres etiam lasse non est facile tum in vino multo maxime. Testatur & Plato, animi mores in vino appari.

parere. (Plura adduntur in Græco.)

Sophocles vitio vertebat Aeschilo, quod Eiusdem ebrius scriberet. Nã & si bene scribit, inquietabat, nesciens tamen id facit.

Pythagoras cõsultus, quãnam vinofus ebrietatem desereret, respondit: Si quæ per temulentiam facit, frequens animo voluat.

Anacharsis, quo quis modo temulentiam suggeret, interrogatus: Si qualia ebri faciunt, inspiciat, dixit.

Qui ventris voluptates sequuntur, ededo potando, Veneris illecebris tempus fallentes, breuiue omnino delectationis tempus habent, interrim duntaxat, dum edunt ac bibunt. Cura verò & tristitiæ multæ sequuntur. Semper etenim earundem rerum desiderio torquentur: & cum quæ appetunt, nacli fuerint, voluptas cõsumit, cum nihil in se boni, quàm momentaneam titillationem habet: itaque mox rursus isdem indigent.

Qui quis suum corpus curat, non seipsum colit. Qui verò pecunias, neque seipsum, neque sua, sed remotiora suis curat.

Turpissima res est proculdubio voracitas, & liguratio. Equidem paucissimos noui qui deliberarent de vitis huiusmodi fugiendis: plurimos autem, qui tales epulas absentes requirunt, presentibus abstinere nequeunt. Quin aded in temperanter eis cum incidant, vitunt, ut va-

Musonij
de victu.

letudini non parum officiant. Voracitas autem nihil aliud fuerit, quam incōtinentia in victu, qua impulsī homines, dulce præferunt vtilitati. Liguratio, quam Græci οὐλοσσύλαια, immoderatio circa vsum obsoniorum est. Porro cum modi excessus nulla non in re vitiosus sit, hac parte profectō maximē suam naturam prodit, liguritores & heluones ex hominibus in sues aut canes, quod ad ingluuiem, transformans, omnis honestatis in gestibus, visu, esuq; oblitos. Tantam ipsi insaniam cupediarum amor gignit. Quid autem turpius, quā ita se præstare circa victum, vt bruti potius animalis, quā prudentis hominis imago sit? Hoc igitur cum turpissimum sit, nimirum eius contrarium pulcherrimum erit, ordinatē modesteque cibo frui. & hoc omnium primum temperatiæ specimen edere. Cum enim in vniuersum tēperantia difficilis habeatur, multi studij ac exercitationis egens, maximē circa victū id contingit. Quā obrem istud? Quia cum innumera sint voluptates, peccandi incitamenta, que per vim morem sibi geri cogunt, præter omnem vtilitatem: ea que victum attinet, luxuria difficillima, periculosissimaque videtur. Quippe ceteræ voluptates variis incidunt, nōnullis etiam integros menses, annosque carere possumus: quæ vero in alimētis consistit, eam experiri quotidie necessitas cogit, & plerumque bis in die, cum aliter vitam

vitam fouere non sit. Quis sepius igitur edendi suauitatem vsurpamus, eo plus inde periculorum nobis imminet. Præterea quoties cibum sumimus, multis peccandi modis occasio datur. Nam & qui nimium edit, peccat: & qui festinentius, nihilominus: & qui obsonio vltra decorū se inquinat, & qui suauiora salubrioribus antepōnit, & qui sodalibus non æquam partem relinquit. Item qui non suo tempore comedit, is quoque peccat, cum aliis anteuortundis relictis, ad epulas se conuerterit. Cum ergo tot tantiq; errores iam enumerati, & quidem alij, ab epulantibus cōmitti possint, studendum est temperanti futuro, vt se ab omnibus purum & integrum exhibeat. Ita verō se tutum aliquot ab ipsis præstiterit, si multo exercitio consuecat alimentis vti, ad alendi, nō delectandi corpus, finem. Nō vt lenem ac lubricā reddat gulam, sed corpus vobis roboret. Gula enim condita est, vt ciborū meatus esset, non voluptatis instrumentum. Venter in animali eade gratia, qua radix in omnibus plantis factus est. Etenim vt plātam radix alit, forinsecus nutrimentum attrahens: sic venter animal nutrit, cibus & potionibus in ipsum derivatis. Rursus vt plantæ aluntur perdurationis, haud voluptatis causa: non secus hominibus, vitæ sustentandæ remedium, victus est cōcessus. Quas ob causas edendum vt viuamus, non vt voluptuemur: siquid-



dem ad optimam Socratis sententiam nos accommodare voluerimus, qui bonam hominum partem vivere dixit ut edant, se autem edere ut vivat. Enimvero quisquis probitatis studiosus fuerit, haud quaquam vulgo hominum similis erit vivendo ut edat, sicut illi prae cunctis ciborum illecebras captantes. Porro quod Deus hominum conditor cibum atque potum pro incolumitate, non deliciis largitus sit, hinc intelligi licet. Qui prope alimentis dum maxime munere suo fungitur in concoctione digestionisque, nullo suavitatis lenocinio nos afficit, sed nutrit duntaxat, & vires reficit, quamvis multo longius tempus interim eat, quam dum edimus. Oportuisset autem, si Deus delectationis gratia cibum nobis machinatus esset, longiori illo tempore voluptatem sentiri, non brevissimo tantum inter deglutendum. Sed licet tam momentanea sit ista glutientium suavitas, infinita tamen obsonia excogitavit. Maria navigantur ad ultima usque litora. Maius studium coquus quam agricolis impenditur. Aliqui tota praedia in conuiuorum apparatu consumunt. A non hoc miserimum est? praesertim cum nihil utilitatis corpori accedat, ex tam sumptuosa dapium structura. Omnino enim contraria ratione, qui communissimis cibis utuntur, robustissimi sunt. Itaque seruos dominis, agricolis urbanis, pauperes diuitibus validiores,

res, ut plurimum, videas, laboribus aptiores, tardius fatigari operando, rarius egrotare, facilius ferre frigus, aestum, vigiliis, & quicquid eiusmodi est. Etiam si autem ex equo tum preciosus, tum vulgaris victus corporis robur auferent, nihilominus vulgarem praesferre conueniret, ut qui magis sobrius sit, magisque bonum virum deceat: sicut & parabilis difficili paratu, & simplex elaborato, & exquisito qui in promptu est, ingenuus probisque viris eligibilior est. Sed ut cuncta quae dietam attinent, paucis complectar, opus esse dico scopum eius constituere, sanitatem ac vires: horum enim solum causa cibus assumendus, quem sumptuosum esse, nulla necessitas est. Is autem qui cibum ingerit, ut ordine, modo, mensura, puritateque decenter & absque festinatione obseruatis, plurimum à reliquis differat, omni cura & studio eniti debet.

Incontinentia vitium est appetentis, quo male Aristotele. Le voluptates usurpantur, ratione non prohibente. in libello de virtutibus.

Ibidem.
Incontinentia autem est, prohibente ratione, delectationes voluptatum sectari, & ducere praestabilis esse, non frui ipsis, frui autem nihilominus: & opinari quidem, oportere facere, & pulchra, & conferentia: abhorreere tamen ab ipsis, propter voluptates. Est autem comes incontinentiae, mollietas, & panitem-

tia, & plura eiusmodi quæ intemperantiam comitantur.

DE PATIENTIA,

SERMO XIX.

Euripidis **A** PARVO initio lites magnas, hominis lingua producit. Hoc verò sapientes mortalium cauent, ne quid inter amicos contentionis excitent.

Philemonis in Ecdia Nihil est iucundius, & docto viro dignius, quam ferre posse conuictantem. Quoniam si ille cui conuictum fit dissimulauerit, in ipsum autorem redundat.

Euripidis Altero duorum colloquentium indignante, is qui se non opponit, plus sapit.

Demosthenes à quodam conuicti lacestus: Nolim tecum in hoc genus certaminis descendere, dixit, in quo qui vincitur, ipso victore est melior.

Plato quodam ei maledicente: Perge, inquit, maledicere, ut qui bene nunquam didiceris.

Aristippus contumeliosus à quodam petitus, dixit: Penes te est maledicere: penes me autem, rectè audire.

Plutarchi Verborum, rei leuissimæ grauissima pœna, in lib. quomodo quis apud homines comes esse solet. & apud Deum, & apud hostes, cum ubique culpa vacet, tum maxime in aliorum conuicti, nescio quid egregium, Socraticum,

ticum, aut potius Herculeum præ se fert. siquidem & ille, non quantum muscam, odiosa verba curabat.

Magnam peritiam existimato, qua ferre potest aliorum imperitiam. Pythagoras.

Optimum est quidem ita assuescere domare iracundiam, ne facile ad ipsam accendaris. Siminimus, saltem ne quod ipsa imperat, statim irrationalis animæ pars ad finem perducatur. Eusebius.

Multo plus virtutem hominis, quam inimicitiam facio. Sophocles.

Non possum tibi animæ mi suppeditare curam, quæ quæ desideras: Fer igitur patienter, pulchra non solus appetis. Theognidis.

Quinetiam nihil agunt viri prudentes iracundiam, concitata enim illa pars animi irrationalis sit. est, & nihil inquam prouidenter agere nouit: sed litigandi studio quasi ebria, temere quouis rapitur. Itaque oportet non cito peccatorum pœnas, neque à seruis, neque ab aliis exposcere, ne non quod animositate gratum, sed quod rationi consultissimum videtur, id semper agas: non autem ita inimicos ulciscaris, ut tibi magis quam illis obsis. Qui enim inimicum suum cum malo vindicat, dat potius pœnam, quam ab illo sumat. Igitur paulatim occasio sese ulciscendi magis inueniunda est, quam illico inutiliter precipitanda. Theophrasti.

Lycurgi autem Lacedæmonij factum, qui Ruffi ex di-

vestrum non admiratur? Nam à ciue quopiam iuvene altero oculorum orbatus, illum à populo accepit, vt quo libèret modo puniret. Quod minime fecit, sed optime institutum, boniq; viri moribus præditum, in theatrum produxit, Lacedæmonijs autem admiratis, dixit: istum antehac iniurium & violentum, qualem à vobis accepi, iam frugi ac popularem restituo.

Pittacus potestatem habens puniendi quem piam, qui contumeliosus in ipsum extiterat, dimisit, inquit: Venia vltione melior est. Illa namq; mitis est ingenij, hæc autem ferini.

Ex Epistole
ti Enchiridionis.

Ab exiguis incipe: effunditur oleum, furto tantum auferitur. Cogita tanti redimi patientiã tanti emi imperturbationem: nihil gratis fit. Cum seruum accersueris, præmeditare: forte non pariturus tibi, forte nihil eorum que cupio facturus est. At non tãti est tamẽ, vt eius causa perturbari debeam, aut possim.

Musonij, in Actionem iniuriarum neq; contra alium sermone, se acturum aiebat, neq; id vlli philosophiæ vana An philo cantium consulturum. Si quidem quæ multi in sophus a iniurias interpretantur, eorum nihil iniuriam est. Elione iniuriam, neq; contumeliam in affectos eis: vt maledictarum contra ei, conspui, verberari, quod postremum indialiquẽ suscegnisimum videtur. Quod vero nihil grane aut pturus sit. iniuriosum contineant, argumento sunt Lacedæmoniorum pueri, qui publicis flagellis caduntur, & idiosum gaudent. Philosophi autem,

ten. si verbera aut contumelias contemnerne nequeat, quis nam vsus erit, qui & mortem patiam spernere deberet? Opus est per Iouẽ reipsa se talem præstare, non irridentem iniuriari iudicatum verberibus aut verbis contumelie plenis, aliò ne modo vlcisci velle. Demosthenes etiam oculis quosdam iniurios esse putabat. eamq; rem intolerabilem esse, & homines inde plurimum affici. Ita qui quid honestum, quid reuera turpe sit ignorant, iniuriam se pati censent, si quis aut torum ipsos intueatur, aut irrideat, aut percutiat, aut conuitia iactet. At vir sapiens & cordatus qualis philosophus esse debet, nullo horum perturbatur, non tam ipsa pati, quam inferre, turpe ducens. Nam qui peccat, is turpitudini obnoxius est: qui vero patitur, quatenus ipse peccatum non admittit, eatenus neq; turpis alicuius indignitatis particeps dicendus est. Quapropter non ad forum & actiones vllus mente præditus conuertetur, vt pote qui nullam sibi videatur iniuriam accepisse. Pusillanimitas enim est, has ob res indignari & commoueri intensius: sed leniter & tranquille tolerabit, quicquid acciderit. Hoc decorum est eius, qui se magnanimum profiteatur. Ita palam Socrates erat animatus, qui publica conuitia ab Aristophane passus, nõ modo non egrè tulit, sed obuium etiam interrogauit, num se versus ad similem rem aliam opus

haberet. Quam facile putas inter paucos maledicta sustinisset ille, quem ne publice quidem in frequenti theatro iactata commouere potuerunt? Caterū bonus ille Phocion iniuria uxori suae facta, tantum ab auctoris accusatione abfuit, ut cum ille sponte metu percussus Phocionem accederet, & veniam postularet, inquam ignorasse quod eius uxor fuisset, inquam iniuriosus fuerat, hoc sermone sit usus: Mea quidem uxor nihil abs te affecta est, sed fortassis alia quaequam: proinde non est cur excusatione apud me dicas. Habere alios multos ueterum proponendos, qui contumeliose tractati, siue uerbis conuictis, siue manibus, etiam cum corporis afflictione, nullo pacto uentionem exequuti sunt, nec aliud quicquam aduersus ipsos egerunt: sed equo lenique animo improbitatem hominum tulere. Sane animo cogitare, quae uia in eum qui momordit, morsum retorqueas, & retales iniuriam auctori, ferarum quam hominum, magis proprium existimo. Reputandum ac imperitiam committi, à quibus cognitis postea, mox desistitur. Mitia & humana ingenia, non efferata sunt & dura in eos qui peccarunt, ut quae melius sperent: Quanto fatius igitur fuerit, ita se prestantem uideri philosophum, ut uenia dignetur eos, qui aliquid aduersus ipsum admisserunt? quam causas agendo &

do & accusando, ita quidem se uelisci putare, re ipsa autem praeter omne decorum sibi uerbisq; suis pugnare? id quod facit, qui docet bonum rerum ab improbo haudquaquam iniuria posse affici, ipse interim malos accusat, tanquam iniuriarum sibi auctores, cum ipse bonus haberi uelit.

Dionem Academicum è conuiuio redeuntem, quidam maledicus insectabatur, nullas non blasphemias eruclans. Tacebat Dion. Ingressuro autem iam domum, conuictor ille dicebat: Nihil uero respondes? Cui Diō: Ne gry quidem.

Tum rursus Socrates: Ita bibendum etiam mihi sanè uidetur. Reuera enim uinum animos irrigans, ut hominis corpus mandragoras, sopit: iucunditatem & beneuolentias, non aliter quam oleum ignis, excitat atque fouet. Porro uidetur mihi idem in hominum conuiuio, quod plantis resuenire. Nam sicut haec, si nimium caelitus madescant, erigi nequeunt, neque ab auri perspirari. Cum uero tantum imbiberint humoris, quanto egebant, tum & in rectum augentur admodum, & floride ad fructuum maturationem perueniunt. Ita scilicet quoque nos, si potum sine modo hauserimus, mox & corpore & animo laboramus, ne respirare quidem amplius recte, nedum ad loquendum idonei. At si pacillatores nobis paruis calicibus

Xenoph.
ex Symposio.



frequenter instillauerint, vt Gorgia verbi-
riar, eo modo non à vino coacti ad ebrietate-
tem, sed tanquam paulatim persuasi ad maio-
res cum iocis hilaritatem peruenimus.

Spartane hospes, opprobria in animum de-
icta, cocitatum ipsum efferre solent. Caterum
licet tu contumeliosam orationem habueris,
non tamen mihi persuasisti, vt neglecto deco-
ro, parua referre velim.

Aristote- Mansuetudo virtus est animose parvis, qua
lis de vir- præditi egre mouentur ad iram. Ibidem. Mans-
tutibus. suetudinis autem est, posse ferre moderatè obre-
cta crimina & contemptus: nec celeriter rapti
in vltiones, nec facile moueri ad iras: moribus
contem esse, mitèmq; ingenio quieto & stabilibus.

DE IRA, SER-
MO XX.

Theogni- **N**ihil ò Cyrne tam iniustum est, quam
dis. ira, que dominum suum ledit, vt ani-
mo commoto miserè, gratum faciat.

Eueni. Sæpe mentem hominum detexit ira laten-
tem, ira que peior quandoque est insania.

Menædri. Ira non potest vnquam falli. Ea nunc im-
perat: rhi verò modicum deseruerit, multo
acutius, quod ex rsu est, videbit.

Philemo. Insanimus omnes, cum irascimur: ira enim
diffi-

difficillimè refrenatur.

Omnia que iratus agit, errata postmodum Menædri.
intelliges. Ira moderator. Respon. Id quidem
volo. Est enim ira, pater, ingratiissima res.

Quisquis iræ præcept indulget in malum fi- Euripidis v
nem exit. plurimum enim hominibus incom- Acolo.
modat.

Ne tute teipsum ob rem leuem iracundum Epicharmi
exhibeas.

Superare non iram conuenit, sed legem. Eiusdem.
Nemo iratus quicquam rectè deliberat. Eiusdem.

Multos iracundia magna perdidit morta-
lium, & imperitia, que gemina mala sunt,
vtentibus se.

Ira male multa sunt indecora. Extra iram Euripidis v
enim vnusquisque multo sapientior est: ex ira Archelao
imperita multum generatur malorum.

Ira vane causa sunt verba. Aeschylti.
Morsitas, obnoxia est imperitia. Sophoclis.
Ex ira scio cuncta prodire mala. Chereimo.

Ira permultos agere cogit mala. Eiusdem.
Ceterum vt mortale nostrum est corpus, ita Euripidis v
conuenit iram quoque non retinere inmort- Philoctete.
lem, quicumque sapientiam intelligit.

Nunc in facie tibi iracundia efflorescat ò se- Sosisphanis
nex, nunc irasci conuenit iustitie gratia.

O quam cohibendi magnus est iram labor: Menædri.
non esse videtur aliud ira pharvacum, oratio
nisi grauis amici vitæ.

Eiusdem. *Etsi doles vehementer, haud quicquam tamen irritatus ages temere: nam irā rationis in sciam refrenare in perturbationibus, in primis sapientem oportet.*

Ingenium tam irretabile, & amarulentum adeo iudicium statim est omnibus pusillanimitatis.

Theocriti. *Non fas ò pastor in meridie, non fas est nobis fistula canere. Metuendus Pars est: etenim à veneratione hoc tempore sessus quiescit, & acris et bilis perpetuò naribus assidet.*

Homeri. *At illi animus ater iracundia replebatur.*
Euripidis. *Mores violenti & agrestes cum lenibus, vna coniuncti, vti unq; temperant excessum. Nam ira mortalibus ob calamitatem graues, & dubius error animo abortitur.*

Archilochi. *O stulte, inuulvis est ira in malis.*
Sophoclis. *Anime mi, grauisissimis curis turbate, fac patier feras, & defendas te, hostilibus obijcēs, aduersum pectus inter hastas inimicorum cominus pede consistens tuto. Et neq; victor palā exultes: neque si victus fueris, domi prostratus lugeas. Quia rebus latus gaude, sinistris contristare ita, vt ne quid nimis. Sed agnosce qualis fors homines detineat.*

Soph. i Ty. *Multa videt animus obrutus iacens malis.*
Euripid. in Medea. *Vix compepsi potest excelsus animus male acceptus.*

Eiusdem in Nemo non prudentior est, cum ab ira immu-
nis

nis est. *Amens quidem ipse, sed magis ipse hyppisyle. insaniebant, que virū illū fortē vlciscebantur.*

Quisquis hominum rebus iratus aduersis vehementius ipso morbo remedium adhibet: is medicus est non peritus nature malorum.

Neophronis. *Age verò. Quid facies anime? consulta bene priusquā pecces, & charissima tibi reddas insensissima. Quā tandem exis miser? reprime voluntatem. & vim impiam, Sed quid hæc lugeo cum animam meam videam deserī atq; negligi, à quibus id minimè oportebat? Molles scilicet, & timidi sunt, huiusmodi qui mala tolerant. Ne te ipsum anime relinquant in malis. Hei mihi, stat sententia. O pueri ab oculis discedite: iam mihi cruciata magnam subiit rabies animum. O manus manus, ad quale facinus armanur. Heu quid tantum infelix audebo, que brevis diuturnum laborem perditura meū pergo tempore.*

Euripid. in Medea. *Non primum nūc video, sed sepius antehac, asperam iram quantæ sit molis ferre.*

Ibidem. *Gravis est & incurabilis ira, cum inter amicos nascitur contentio.*

Euripid. in Telepho. *Tempus requirit, animum vt ira superiorem habeat.*

Consilia mea vincit iracundia, que mala maxima gignit hominibus.

Animus commotus atque dolens nihil habet tuti.

Si cognati adfuerint malè fortunato asperè
& irati, imprudenter faciunt.

Hom. Il. 9. Reprime tuam iracundiam Achilles: haud
te decet animi crudelis esse. Mutabiles sunt etiã
superi.

Eius. Il. 15 Sicame tuo nomine, ô qui terram cingis cœtus
le comam, hec verba Ioui nunciabo, tam scus
duraq;? An placet mutare? mutatur sanè bo-
norum quoq; animus.

Plato quondam iratus cuiuspiam è famulis,
gratiam eum diis habere iussit, quod succederet:
alioquin enim non euasurum fuisse sine castigã
tione, si non succensuisset.

Antipho. Nihil quicquam homo iratus rectè potest co-
gnoscere: Vlciscendi enim auditas iudiciũ eius
corruptit.

Herodoti. Opprobra in hominem coniecta, iracundiã
excitant.

Eiusdem. Hominum animus in auribus habitare vi-
detur: bonis enim auditis, corpus gaudio reple-
tur: contrariis autem, ira inflatur.

Aristote. Nõvne vides quod ab omnibus que per irã
committuntur, ratio recedit, fugiens iracundiã
tanquam acerbum tyrannum.

Ariani. Sunt quidam leniter magnanimi, tranquil-
lè facientes absque iracundiæ motu, æquè ma-
gna, ac alij vehementer impetiosi & iracun-
di. Sed cavendum est à remisso illorum inge-
nio, ut quod sit deterius, quàm magno iracun-
diæ

diæ nixu intèssum. Hoc enim statim vltione sa-
turatur: illud verò in multum temporis exten-
ditur, quemadmodum exilis febricula.

Insania flos est iracundiæ.

Affectus iræ nisi curentur & castigentur,
in naturalem morbum abeant.

Qui propter leues errores vehementissimè
succenset, non sinit autorem peccati discernere,
re, quando minus, & quando maius admisserit
crimen.

Quamvis iram vincere tam magna res vi-
deatur, tum reuera sit: maius tamen est cavere
& providere, ne in ipsam incidamus.

Sapientibus iræ loco. Heraclito quidem la-
chrymæ, Democrito autem risus oboriebantur.

Quemadmodum navigia præclara iudican-
tur, non que in tranquillitate navigant, sed
que tempestatibus obsistunt & enadunt: sic
& homines qui iræ & perturbationibus resi-
stere valent, magni fortesq; habentur. Histrio-
nes quidem, licet solum simulent, hominis irati
faciem representant: Viri autem virtutis stu-
diosi, etsi reuera irascantur, vulnè tamen &
gestibus irati abstinent.

Ut fumus mordicans oculos non videre sinit,
que pedibus adiacent: sic iracundiæ oborietes ora-
tionem offuscant: & quod bonum habitura mēs
fuerat à ratione, eo non sinit ipsam iracundiã
sine labore ac molestia potiri.

Apoll. ad

Macedonè

Eiusdè in

Aristoclem

Eiusdè ad

Democratè

Dionysii

Halicarn.

sotionis fer

monum. 2.

de ira.

Aristotel.

Democriti Iracundiam iuipugnare quidem est difficile: sed viri preediti ratione bona est, ipsam vincere. Plato iratus olim in famulum, assistente X^o nocruete: Accipe, dixit, & hunc, flagris affice. ego enim irascor.

Plutarchi. Aristoteles inquit, Satyri, Samij aures amicos eius cera obstruxisse in causa agela, ne omnia per iracundiam confunderet, auditis aduersariorum conuiciis.

Eiusdem in *Serui nuper empti non querunt an super- lib. de calu- sitiosus aut inuidius sit Dominus, sed an iracundus.*

Rufi ex E- Hoc in primis est opus nature, vt cohibeat *picleti hist.* & moderetur imaginationis impetum, ad de- *de amicitia* cori & vtilitatis regulam.

Eiusdem. Ignobilis & imprudentis hominis est, ideo se facile contemptum iri à ceteris existimare, quod primos hostes non modis omnibus offenderit. Afferimus enim aliquem extra cōtemptum esse quidē, eo quod nocere queat: sed multo magis non contemni illum, qui beneficiis in- uire potest.

Arist. 7 lib. Iracundia vitium est partis animosa, qua ho- *de virtutib.* mines facile ad iram commouentur.

Ibidem. Iracundie autem species sunt tres, exco- *scendit.* sistentia, senilitas, & indignatio. Est autem iracundi, non posse ferre ne medicos quidem suis contemptus, neq; sortem inferiorem: promptum ad vindictam & inimicum esse, & de facili ad iram

iram facto verboue quouis moueri. Affectatur autem iracundiam ingenium preceps, & inconstans, & sordida illiberalitas: item penitentia, & paruas ob res dolere vel gaudere atque ita temere, subito, & per breue tempus affici.

Imprudens est omnis contentio: dum enim hostem quo pacto ledat, respicit, propriam vtilitatem negligit.

Aristippus Cyrenensis philosophus cum scirent quendam vidisset, ac verbis indignari, dixit: Ne verba per iram proferamus, sed verbis iram compefcamus.

Naucrates sapiens, iracundis simile quid accidere dixit, quod lucernis, quæ copioso oleo magis inflammantur.

Iracundia est perturbatio immanis affectione, **Aristo-** dura & violēta potētia, cedium causa, calamitatis sociata, iacturam concilians, & dedecus, perniciarum perniciēs, ad hæc perditionis origo.

Quisquis accedens aliquē animo ledendū sibi **Antiph.** metuit, ne non assequutus quæ facere vult, ea que non vult, referat, is sanè plus sapit. Dum enim sibi timet, curchatur: interea autem non raro tempus intercedens mutat institutum. Non dico quod metuēdo sapiat, sed dum moratur, sapere potest. Contra, qui aliis quidem se nociturum putat, se verò nihil passurum, minimè sapit. Spes enim haud semper est bona, sed sæpe

Democriti

talis cōcepta spes in maximas calamitates præcipitat: & multi quæ in alios se facturos sibi persuaserant, ea ipsimet palam sunt passi. Ceterum sapientem virum non rectius alium iudicauerit, quàm illum qui sese contra momentaneam iræ titillationem muniverit, & potuerit ipse refrenare, ac vincere seipsum. Contra, qui iræ noluerit indulgere, huic sanè deteriora præ melioribus placent.

Epicteti.

Si quem cum minis & impetu volueris aggredi, memento præmeditari, humanum esse tibi mansuetumq; ingenium: & quod pœnitudo damniumq; te sequutura sint, si quicquam immane commiseris.

Caton. maioris.

Iratiū ab insano, tempore tantū distare putat. Apparet iram parere maledicentiam: itaq; mater est iniuriarum.

Aristonis
Plutarchi.

Quæcumque ira commoti faciunt homines, necesse est cæca sint, & imprudentia. & omnino errata. Non enim fieri potest ut concitatus ira, ratione utatur. Omne autem quod sine ratione fit, inartificiosum ac peruersum est. Proinde rationem oportet agendorum ducem constitutere, ac ita demum actiones vitæ aggredi: iram interea contingentem semper castigando, ac evitando, ut naucleri fluctus aduoluendos. Est enim sanè non minor metus, ne ira nimium aduersa, seu prorse fluctus, & sui autorem, & familiam funditus perdat, eueratq;

tatque, nisi quis per industriam præternaturiget. Ceterum ad iram rectè moderandam diligentia & studium requiruntur. Vt usus enim ipsius moderatus, ad virtutem incitandam utilis, & fortitudini socius existat, tum in bello, tum per Iouem in administranda republica. Quòd verò nimium est, exundansque, id exterminare, & procul ab animo reycere oportet, nempe quod iram amarulentiam, & excandescentiam vocant, nominata & insignia fortibus animis indecora. Sed quo pacto in vita iræ moderamini studebimus? Hoc fiet in primis, mea quidem sententia, si multo antè rem præmeditemur, & longissimè ab nauigemus ab ipsa. Exercebimus igitur nos domi inter famulos, & uxores. Qui enim domi lenis esse didicit, idem multo magis publicè talis erit: præstabitq; foris, quod intus cū familia exercuit: videlicet ut mitis ac bonus sit.

DE COGNOSCENDO SE-
IPSVM. SERMO XXI.

HOMO cū sis, id fac semper intelligas, et Philemon. memineris, Cognosce teipsum: nō temerè, crede mihi hoc dictū celebre apud Delphos est. Nosces teipsum, si negotia inspexeris tua, & Menædris. quid faciendum tibi. Cataxom.

Diphili. Incundius viues, si noueris quid homo sis.
Antiphōis Si mortalis es vir optime, mortalia sapito.
Menandri Multis sanè modis non bene dictum est, Co-
 in Thrasy- gnosce teipsum : foret enim utilis si diceretur,
 leonte. Cognosce alios homines.
Aeliani in Cum in Cheronea Philippus Athenienses
 varia hist. ricisset, animum elatum ratione compefcuit, ne
 quid per contumeliam & fastum committe-
 ret. Ideoque sibi consuluit, vt quotidie in au-
 rora ab aliquo puerorum se hominem esse com-
 moneretur.

Ex Aristo- Heraclitus adhuc iuuenis omnium erat sapient
 nymi To- tiffimus, seipsum enim nihil nosse cognoscebat.
 mar. Demonax interrogatus quando cepisset phi-
 losophari, tum dixit, cum cognoscere meipsum
 incæpi.

Socrates roganti cur nihil scriptum ederet:
 respondit, Quia video chartam multo precio-
 sorem, quam scribenda forent.

Theocritus querenti quare poemata non scri-
 beret, dixit: Quoniam vt libet, non possum: vt
 verò possum, non libet.

Bianis. Contemplare velut in speculo tuas actiones,
 vt honestas quidem magis ornes, turpes verò
 abscondas.

Proverbiū Nosce teipsum, Theophrasto teste in libro de
 Parcemiis, proverbialiter vsurpatur. Multi
 Chilonis hanc sententiã faciunt: Clearchus au-
 tem diuinitus ipsam Chiloni dictatam scribit.
 Chilo

Chilo quid difficillimum interrogatus, seip-
 sum agnoscere respondit: Vnumqueneque enim
 multa ex cæco sui amore sibi attribuere.

Alexander postquam ex diuturno morbo
 conualuit, nihilo se deterius affectum dixit:
 admonuit enim nos egritudo, ne altum sapere-
 mus, utpote mortales.

Potatio quidem vini, & ingestio carniū, Plutarchi
 validum corpus efficiunt ac robustum, sed ani- ex lib. de
 mum imbecillem. Item assiduum pecunie stu- animi trā-
 dium, & conseruatio, auget quidem opes: sed quillitate.
 animi moderatio & temperantia, magnum
 sunt ad philosophiam viaticum. Itaque non
 quiduis vnicuique conuenit, sed oportet senten-
 tiæ Apollinæ morigerum seipsum agnoscere,
 deinde vnum aliquod aptum ingenio suo stu-
 dium sequi, non aliud alias vitæ genus emu-
 lando, distrahere naturam, ei que vim facere.

Nulla debes aliena præstãtia gloriari. Equus Ex Epi-
 quidem elatus si de seipso iactabundus diceret. Cleti En-
 Quam sum egregius: foret vtiq; tolerabile. At chividio.
 si tute dicas. Ne equum egregium possideo? nihil
 aliud quam de bono equo superbis. Tuum autē
 quid est? Nempe solus opinionum vsus, quem se
 secundum naturam habueris, tum gloriare, ita
 demum enim de propria excellẽtia gloriaberis.

Oportet expectare bona, deosque rogare vt
 ea nobis conferant: omnia autem humana exi-
 simare. Demosthe-
 nis ad Le-
 ptines.

Ibidem. Equidem rerum cunctus omnibus hominibus sunt obscuri, & momenta occasionum parua ad res maximas causa existunt: ideo in secunda fortuna moderatos nos prestare futurisq; providos oportet.

Platonis amatorib. Nunc verò cū homo quispiam existens ignoret bonos homines & malos, nōne suisipsum etiam ignarus erit, bonusne sit an malus? **Adnuit.** Seipsum ignorare, sapere an desipere est? **Desipere.** Seipsum itaq; nosse, sapere est? **Est,** inquit. **Hoc** igitur, ut videtur, & inscriptio qua in Delphis est, precipit, Prudentiā scilicet & iustitiā colere. **Apparet.** **Hac** eadem & recte cohibere simus. **Adnuit.** Qua ergo recte cohibere simus, ea utique iustitia est. **Qua** verò & nos ipsos, & alios dignoscere possumus, prudentia. **Videtur.** Eadem igitur est iustitia atque prudentia. **Apparet.** Quinetiam civitates tunc optime gubernantur, cum iniusti dant pœnas. **Vera** narras.

Xenoph. Tum Socrates: Dic mihi o Euthydeme, ait, lib. 4. de diis sine inquam apud Delphos? **Et** bis, inquit, **elis** & **sa-** mehercle, Considerasti itaq; ait, in templo scriptam illam divinam sententiam, Cognosce teipsum? **Ita,** inquit. **Vtrum,** ait, nihil illā fecisti, an conatus fuisti teipsum qualisnam sis, considerare? **Non,** inquit, mehercle: putabam enim bene hoc scire. **Nam** si meipsum ignorarem, quid aliud scirem? **Vtrum** autem seipsum ille

cogno

cognoscere tibi videtur, qui nomen suum solum novit? **an** ille qui seipsum considerat, qualis nempe sit, quantumque in rebus humanis ac usu earum valeat? **Quemadmodum** illi qui equos emunt, non antea putant se cognoscere equum, quem nosse cupiunt, quam animadvertant vtrum bene domitus an effrenis fortis an debilis, citus an tardus sit, ac in aliis quonam modo se habeat, in quibus equum valere oportet. **Sic** mihi videtur, inquit, ut tibi. **Qui** nanque se, quantum valeat, nesciat, seipsum ignorat, **At** Socrates: Hoc quoque manifestum est, inquit, quod propter sui scientiam homines malorum bonorum, sicut propter ignorantiam multorum malorum causa fiunt. **Qui** nanque se cognoscunt, que sibi conveniant, sciunt, ac discernunt que nam efficere possunt, que minus: proinde que sciunt, agentes, comparant ea sibi, quibus indigent, & feliciter vivunt. **Rursus** abstinentes ab ignoratis, nec in aliquo peccant, nec male agunt, **Quinetiam** cum possint alios quoque indicare, per ipsorum commoditatem sibi consulunt, & a malis cavent. **Qui** verò se quantum valeant, ignorant, inepte se habent, & adversus externos homines, & ad res humanas, nec quibus indigeant sciunt, neque quid agant, neq; quibus utantur: sed his omnibus frustrati, bonis privantur, atque in mala incidunt: &

illi quidem, qui sciunt quid agant, cum res quas velint, obtineant, honoribus afficiuntur. Itaque tum illi qui eis similes sunt libenter eis utuntur: tum illi, qui rebus propositis frustrantur, cupiunt eos consilere, ac sibi eos praeficiunt, spemque totam suam in eis collocant, maximeque eos propterea diligunt. Qui vero ignorat quid agant, frustrati a re proposita, non solum damnum & iacturam patiuntur, sed etiam in ignominiam incidunt atque derisum, neglectique vivunt, atque contempti. Vides autem etiam civitates quaecumque suae conditionis ignarae fortioribus inferunt bellum, alias depopulari, alias amissa libertate ad servitutem redigi? Tunc Euthydemus: Velim, inquit, o Socrates, scias valde mihi videri magnifacundum esse seipsum cognoscere. Sed vndenam incipere deceat hominem seipsum considerare, hoc mihi exponas. Illa quidem, Socrates ait, quae bona, quaeque mala sunt, utique scis. Ita, inquit, mehercle. Si enim nec ista cognoscerem, macipis etiam profecto deterior essem. Age igitur, ait, mihi quoque ea exponas. Non difficilem rem queris, inquit. Primum nanque ipsum sanum esse, bonum: egrum autem, malum puto. Deinde causas utriusque eorum, at cibum, potum, exercitia, & reliqua quae ad sanitatem adducunt, bona quae vero ad egritudinem, mala. Ipsam quoque igitur, ait, sanum & egrum esse, cum cuiusdam boni causa sunt,

sunt, bona: cum vero mali, mala sint necesse est. Et quando Euthydemus, inquit, aut sanitas esse causa mali, aut aegritudo boni potest? Cum, inquit, mehercle turpis exercitus, aut navigationis noxia, ceterorumque multorum similium, hi quidem participes facti ob bonam valetudinem corporis pereunt: alij vero abstinendo ab eis propter infirmitatem salvi manent. Ita dicit, inquit, ut res est. Sed vides quod etiam vitium rerum, hi quidem ob valetudinem corporis participes sunt: hi vero non, propter infirmitatem. Hac itaque, ait, cum modo proficit, modo obsint, non magis bona, quam mala sunt. Non inquit Euthydemus, mehercle. Sed sapientia tamen, o Socrates, absque dubio bonum est. Quid nanque non melius agat sapiens, quam indoctus? Quid vero? ait. Non audisti Daealum a Minoe propter sapientiam captum, coactum fuisse illi servire, patria simul atque libertate privatum? conatumque una cum filio aufugere, illum quidem amisisse: se vero ipsum non liberasse? Nam ad quosdam barbaros aberravit, ac eis ipsis serviebat. Dicuntur haec, inquit, mehercle. Calamitates autem Palamedis ignoras? Hunc enim propter sapientiam praedicant omnes invidia Vlyssis interemptum fuisse, Et hoc, inquit, dici audio. Quot vero alios arbitraris propter sapientiam ad regem Persarum vi ductos ibi servire? Apparet igitur o



Socratis, ait, felicitatem bonum proculdubio esse. Si quis, ait, ò Euthydeme, non illam ex dubiis bonis componat. Et quid eorum, inquit, que ad felicitatem conducunt, dubium esset? Nil, ait, dum non addamus ei pulchritudinem potentiam, diuitias, honores, aut aliud simile. Sed mehercle addemus, inquit: quoniam enim pacto sine his felix quisquam esse possit? Illa addemus itaque, Socrates ait, è quibus multa hominibus atque periculosa tuenient? Multi namq; propter pulchritudinem ab illis perduntur, qui pulchros venantur: multi confisi potentia, maiora quàm possint facere conati, in multa incidunt pericula. Multi propter diuitias molles effecti & pigri, insidias pererunt. Nonnulli propter honores ac ciuilem potentiam multa passi sunt. Tum Euthydemus: Si neque cum felicitatem laudo, rectè existimo, fateor nec id scire, quid à diis petendum sit.

At hæc nimirum, Socrates inquit, propterea quod prorsus tibi cognita putabas, non considerasti.

Ex Philo- Est ritique summatim deprauatio quedam
bo Platon. habitus alicuius cognomento dicta: improbi-
tatis verò vniuersæ genus quoddam est, contra
quid igno- prorsus habens, quàm Delphica præcepta do-
rantia. cent. Præceptum hoc inquis, ò Socrates, Nescit
teipsum? Aio. Oppositum huic esset, si serie
præciperetur, Nullo modo teipsum nosce?

Esset,

Esset. O Protarche, conare nunc id trifariam distribuere. Dicitur: ego enim nequeo. Ait ergo, me nunc istud diuidere oportere. Aio equidem, & quod maius est, obsecro. Nonne quisque ex iis qui seipsum ignorat, secundum tria id necessario patitur? Quomodo? Primo enim secundum pecunias, opulentiores quippe, quàm sit, aliquando seipsum existimat. Multi quidem ita decipiuntur. Plures etiam, qui maiores, formosioresque se putant, & quæcunque corpus atinens, supra quàm reuera sunt. Plures profecto. Plurimi deniq; qui animi dotes maiores quàm habeant, habere se putant. Maxime. Quantum verò ad virtutes animi, nonne vulgus sapientiam prorsus sibi vendicans, plenum est contentionibus, falsaque scientiæ ipsius opinione? Quid ni? Si quis ergo affectionem illam omnem malum quiddam vocarit, rectè nimirum appellabit. Maxime.

Age quid est seipsum curare, ne sepe *Plut. in. i.*
nos ipsos fallamus, non curantes nosmetipsos, *Alcibiade.*
cum belle curare putemus. Et quando id homo facit, num quotiens suorum, totiens & sui curam habet? Mihi videtur. Quid? Num pedes tum quis curat, cum ea que pedum sunt, cureat? Non intelligo. Dicitne esse aliquid ipsius manus, quemadmodum annulus est? Dico. Num alterius membri quàm digiti an-

nulum esse censes? Minime. Et pedis calcem eodem modo? Ita. Cum calceorum curam gerimus, num & pedum cura est? Haud satis te teneo, ô Socrates. Quid verò ô Alcibiades, vocasne aliquid rectam alicuius curationem? Voco. An non cum quid melius sit, tunc recte curatum dicitis? Dico. Quæ ars calceos meliores efficit? Cerdonica. Cerdonica igitur calceorum curam habemus? Hac ipsa. Nunquid & pedes etiam cerdonica? vel ipsa potius, quæ pedes reddimus meliores? Illa. Pedes autem meliores nonne qua & reliquum corpus? Videtur. Hac nonne gymnastica? Maxime. Ergo gymnastica pedes curamus, cerdonica verò illa quæ pedum sunt. Profsus. Et gymnastica quoque manus, annularia verò illa quæ sunt manuum. Sic est. Et gymnastica corpus: testoria autem & alijs facultatibus, ea quæ corporis sunt. Omnino. Alia igitur arte unumquodque, alia quæ illius sunt, curamus. Videtur. Non ergo cum sua quis, tunc etiam se curat. Nullo pacto. Non enim eadem ars, ut videtur, quæ nos, & quæ nostra curat. Non apparet. Age itaque, quanam arte nostros curare possumus? Non habeo quid dicam. At hoc inter nos conuenit, quod non qua nostrorum aliquid melius efficitur, nos curamus: verum qua nos ipsos ad meliorem frugem corrigimus. Vera narras. Noscere nunquam licet

quæ

quæ ars meliorem facit calcem, nisi calcem ipsum nouerimus? Fieri nequit. Neque etiam quæ annulum efficit meliorem, ignorantes annulum. Verum. Scimusne nunquam qua arte meliores euadamus, quamdiu nos ipsos ignoramus? Nunquam. Vtrum facile quiddam sit se ipsam cognoscere, ac ridiculus fuerit, qui templo Apollinis id inscripsit, an potius arduum quippiam, nec cuiusuis hominis est? Mihi quidem ô Socrates, aliquando visum est facile & cuiusuis esse, nonnunquam verò omnium difficultimum. Sed siue facile hoc sit ô Alcibiades. siue difficile, nobis sanè sic se habet, ut hoc intel ligentes: etiam qua ratione curandi sumus, intelligamus: ignorantes verò, contra. Est, ut dicitis. Age quomodo illud ipsum inuenimus: sic enim sortassis quid simus ipsi inuenire poterimus. Ad hoc ignorantes nunquam. Rectè loqueris. Attende ergo per Deum, cû aliõne quæ tecum tu disputas? Tecum. Et ego nonne tecum? Et tu tecum, Socrates igitur est qui disputat? Est, Alcibiades verò qui audit? Ita est. Nonne ratione Socrates disputat? Quid nisi? Disputare autem & ratione uti idem quodammodo vocas? Idem. Vtens autem, & quo vitur, nonne aliud? Quomodo dicitis? Quemadmodum cerdo incidit quidem circulari & semicirculari organo, atq; alijs instrumentis. Est ut dicitis. Nonne aliud quiddam est qui diuidit,



Et quo diuiditur quicquam? Quidni? Item
 aliud citharædus, aliud quod citharam pulsati
 Aliud. Hoc paulo ante interrogabam. an
 vtens, Et quo vtitur, semper aliud esse videat-
 ur? Videtur. Cerdonem incidere dicimus in-
 strumentis tantum, an etiam manibus? Et ma-
 nibus. Et ius ergo vtitur. Vtitur. An non Et
 oculis vtens coria incidit? Profsus. Vtentem
 verò aliud quiddam ab iis, quibus vtitur, esse
 concessimus? Concessimus. Cerdio igitur Et ci-
 tharædus aliud quiddam sunt. quam oculi Et
 manus quibus vtuntur. Apparet. Nōne toto
 corpore homo vtitur? Penitus. Aliud vtique
 vtens, Et quo vtitur. Sic. Homo ergo à suo cor-
 pore aliud est. Videtur. Quid est igitur homo?
 Igno. Scis esse quod corpore vtitur. Scio.
 Aliudne vtitur ipso, quā anima? Nil aliud.
 An non imperans? Imperans. Quinetiam ne-
 minem hoc aliter estimaturū puto. Quidnam?
 Quin ex tribus vnū aliquid homo sit. Ex qui-
 bus. Aut animā videlicet aut corpus, aut to-
 tum ipsum ex vtrisque compositum, Quid nō?
 Veruntamen id quod imperat corpori homi-
 nem esse confessi sumus. Confessi sumus. Quid
 igitur homo? Num sibi ipsi corpus imperat?
 Nullo modo. Subiici enim illud diximus. Cer-
 te. Non est igitur hoc quod querimus. Non, vt
 videtur. At vtrunq; simul forsitan corpori
 dominatur, atq; id homo est. Fortè. Imo mini-

me omnium. nam altero illorum non domi-
 nante, nulla coniectura est, vt simul vtrunque
 dominetur. Recte loqueris. Cum verò nec cor-
 pus nec simul vtrunq; sit homo, restat, vt arbi-
 tror, aut nihil omnino hominē esse, aut si quid
 est, nihil aliud quā animam esse. Profsus.
 Adhuc ne liquidius monstrari tibi oportet
 animam esse hominem? Non per Iouem. hæc
 enim sufficere mihi videntur. Etsi non in inte-
 gram hæc discussa sunt, mediocriter tamen in-
 ducta in presentia sufficiunt. Nam tunc demū
 penitus comprehendimus, cum inuenerimus
 quod nunc, quia ampliorem indagacionem re-
 quirebat, prætermisimus. Quid istud? Paulo
 antè sic est dictum, quod prius considerandum
 sit ipsum idem: nunc verò pro eo, quod quidem
 est ipsum idem, considerauimus ipsum vnū-
 quodq; quid est, idq; fortè sufficiet. Nihil enim
 in nobis ipsum esse maius quā animam dicere
 possemus. Non certè. Nōne sic putandum est,
 me scilicet ac te conspirare inuicem anima ad
 animam sermone vtētes? Et maxime quidem.
 Hoc itaq; erat, quod paulo antè dicebamus,
 quod Socrates cum Alcibiade disputat, ora-
 tione vtens non ad personam tuam, vt apparet,
 sed ad Alcibiadem verba dirigens: hoc au-
 tem anima est. Mihi sanè videtur. Animam
 igitur nosse iubet, cui præcipit. Nosce te ipsum.
 Videtur. Quicumque igitur corpus cognoscit,

sua quidem, non seipsum nouit. Sic est. Atque ideo nullus medicus, ut est medicus, neque gymnasticus ut gymnasticus, sese nouit. Non, ut videtur. Multo minus agricola, aliique officios se cognoscunt: neque enim se, neque sua, sed remotiora quadam artibus suis expendunt: in enim intenti sunt, quibus corpus curatur. Vera narras. Quare, si prudentia est seipsum nosse, nullus istorum secundam suam artem est prudens. Non, ut videtur. Ob hoc mechanice artes istæ, non autem boni viri disciplina videntur. Prorsus. Nonne rursus, quicumque corporis curam habet, sua quidem, non seipsum curat: Apparet. At verò cui pecunie cure sunt, nec se, nec sua, sed que procul a suis sunt, curat. Videtur. Non ergo suis indulget, qui pecunias cumulat. Rectè. Quisquis etiam corpus Alcibiadis amauit, inquam, non Alcibiadem ipsum, sed que Alcibiadis essent, amauit. Vera loqueris, Quis verò te amat, amat animum. Necessario sequitur ex ratione tua videtur. Nonne tui corporis amator, cum primum species deflorescit, abiens deserit. Apparet. At verò qui animum tuum diligit, nunquam deserit, donec ad meliorem frugem peruenias. Consentaneum. Hæc ego ob causam te minime desero, verum in amicitia perseucto, reliquis senescente corpore abeuntibus,

Bene

Bene mihi dicere videris, ò Socrates: Verum ibidem passim conare iam nobis exponere, qua ratione nosmetipsos curemus. Nonne satis iam à nobis in superioribus definitum est? Quid enim simus, communis consensu definiuimus. Nam timebamus ne in hoc decepti nos ipsos forsitan falleremus, alicuius alterius, non nostri curam habentes. Est, ut dicis. Deinde concessum est, anime curam habendam, semperque ad ipsam respiciendum. Manifestum est. Corporum verò pecuniariorumque curam alii relinquendâ. Quid ni? Quoniam igitur pacto ista perspicue nosceremus, siquidem hoc intellecto nos quoque ipsos intelligimus? An forte per deos Delphicam illam inscriptionem rectè monentem, cuius supra mentionem fecimus, nondum intelleximus? Quid nam sic ais ò Socrates? Dicam tibi quid suspicer hanc inscriptionem nobis consulere: neque verò passim eius exemplar sed in visu solum inueniri posse videtur. Quomodo id ais? Contemplare tu quoque, si oculo nostro quemadmodum homini consulisset: Vide te ipsum, quomodo id admonuisse putemus? Nonne ut in illud inspiceret oculus, ex cuius intuitu seipsum visurus esset? Constat. Consideremus itaque in quid potissimum intueres, illud simul ac nos ipsos videremus. In specula, et alia huiusmodi. Rectè loqueris: sed oculo quo videmus, an non inest huiusmodi

B 5



quiddam? Valde. Num animaduertiſti quod facies hominis in oculum intuentis in oppoſitiſ visu relucet, velut in ſpeculo, quam ſumam vocamus pupillam, ſimulachrum inſpicientis exiſtens? Aduertit. Oculum igitur ita demum ſeipſum cernit, cum in oculum inſpicit, in idque præterea intendit, quod oculi optimum eſt, & quo oculus ipſe videt. Apparet. Si autem in aliud quoddam hominis membrum reſpexerit, vel in quoduis aliud, præterquam in id cuius hoc eſt ſimile, haudquaquam ſeipſum percipiet. Verum. Oculus ergo cum ſeipſum viſurus eſt, in oculum reſpicere debet, atque in eum oculi locum, in quo virtus eſt oculi. Is autem viſus, atque pupillæ acies eſt. Sic eſt. Eodem pacto & anima, o amice Alcibiades, ſi ſeipſam noſcere vult, in animam intueatur, in eumque præcipuè locum animæ, cui in eſt virtus animæ, ſapientia: & in aliud: cuius hoc eſt ſimile. Mihi quidem videtur, o Socrates. Num reperire poſſumus quippiam in anima diuiniſ illo, circa quod intelligentia ſapientiaque verſatur? Nequaquam. Id igitur anima diuino ſimile eſt, in quod ſanè quis intuens, & omne diuinum, Deum ſcilicet & ſapientiam cernens, ita & ſeipſum agnoſcet. Apparet. Seipſum verò cognoscere, prudentiâ eſſe concedimus. Proſus.

Eiusdem. Nonne ſicut ſpectula videntiſiora ſunt, quam oculi

oculi pupilla, & puriora, & ſplendidiora: ſic quoque Deus optima animæ noſtræ parte purius quippiam ac ſplendidius eſt? Videtur, o Socrates. Deum itaque conſpicientes, pulcherrimo ſpeculo utemur ipſo, deinde inter humanæ animæ virtutem intuentes: atque hoc pacto maxime ad inſpectionem noſtri cognitionemque peruenire licebit. Reuera. *

* Si hæc eximas, præcedentia & ſequentia, ut in imprefis Platonis exemplaribus habent, cohærebunt. Suſpicio verò rectè hic loq̄, & omnia coniungi debere: in imprefis verò culpa librarij omiſſa eſſe que ſequentur hæc verba, (Seipſum verò cognoscere, prudentiam eſſe concedimus. Proſus.) donec eadem repetantur. ſis enim ſæpe fit error.

Seipſum verò cognoscere, prudentiam eſſe concedimus. Proſus. Si autem nec nos ipſos cognoscere, nec prudentes eſſemus, poſſemusne noſtra ſeu mala ſeu bona noſſe? Quomodo poſſet fieri, o Socrates? Impoſſibile tibi forte videtur quenquam, qui non noſcit Alcibiadem, tamen que Alcibiadis ſunt, quid ſint Alcibiadis, noſſe? Impoſſibile, per Iouem. Nec noſtra quod noſtra ſunt, niſi prius nos ipſos? Nullo modo. Si noſtra ignoremus, nec ea que noſtrorum ſunt intelligimus? Non, ut videtur. Nō, igitur rectè omnino conſenſimus, cum ſupra



quosdam esse assereremus, qui se ignorantes, sua tamen dignoscere: atqui nec ea etiam, quae suorum, haec enim cuncta dignoscere vnius atque eiusdem artis officium esse videtur, seipsum scilicet & quae sua sunt, & quae suorum sunt, nosse. Videtur. At qui sua ignorat & aliena. Quid ita? Num igitur si aliena, etiam quae Reipublicae, ignorabit. Necessè est. Nunquam ergo hic vir civilis sit. Non certè. Nec aconimicus etiam. Neque hoc. Nec quod agit, intelliget? Minimè. Ignorans autem, nonne errabit? Maximè. Qui aberrat, an non male agat & priuatim & publicè? Quid nunc? Male agens nonne miser? Et maximè quidem. An verò & ille quibus cum haec agit? Et huius quoque. Nemo itaque felix esse potest, nisi sapiens bonusque sit. Nemo. Sequitur ut mali homines miseri sint. Apprime. Non ergo qui diues sit, sed qui prudens, miseriam vitat? Videtur.

Eiusdem. Neque me pudebit fateri aliquid aliud non rectè dixisse, potius quàm consentire, ut qui seipsum ignorat, sit temperatus. Ferme nanque hoc ipsum temperantiam esse arbitror, seipsum cognoscere, illique assentior, qui præceptum hoc templo Apollinis ipsius inscripsit. Atqui videtur haec inscriptio, tanquam Dei salutatio quaedam ad homines, qui templum ingrediuntur, eius loco quae gaudere iubet: quasi non probè dicatur

dicatur Gaude: neque inbere nos iniucem deceat, sed temperatè potius viuere. Ita homines templum ingredienti, singulari sententia Deus alloquitur, aliterque quàm homines, nos salutatur, ut sensus ille, meo iudicio, qui inscripsit. Et ingredienti nihil præcipit aliud quàm viuere temperatè, verùm obscurus hoc præceptum verbis tanquam vates interserit. Quippe cognoscere seipsum, idem est quod temperatè viuere, ut literæ testantur, egoque interpretor. Fortè vero aliud esse putabit quispiam: quod quidem contigisse illis qui sequentia imposuerunt, existimo: hoc est, Nihil nimis, & sponsoni non deesse iacturam. Nam illi quidem, Cognoscere seipsum, consilium quoddam esse putarunt, non Dei ipsius ad eos qui ingrediuntur, appellatiorem. Deinde ut & ipsi nihilo deteriora confulerent, reliqua insuper adiecerunt.

Quatenam fuit, & à quo profectum sacrum illud Pythicum præceptum, quod Deo supplices futuros, cognoscere sese iubet? Neque enim Deum, ut par est, culturum: neque voti committò, Nosse seipsum. Porphyrius ex sermone I. de hoc dicto, Nosse seipsum. Sed siue Phenonoe hoc ad omnes res humanas vtilissimum oraculum deprompsit, siue Phanothea Delphi filia: siue Biantis aut Thaletis, aut Chilonis hoc verbum anathema sit inspiratione diuina natum: siue Clearcho potius credendum est, qui hanc sententiam

nam ab ipso Pythio responsam ait, Chiloni roganti quid hominibus optimum esset edoceri: siue ante Chilonis aetatem fuerit inscriptum fundato templo post lapideum & arcum, ut Aristoteles de philosophia scribens meminit. sed cuiuscumq; tandem hæc inquam, sententia sit autoris, etsi id in controuersia sit: proculdubio tamen aut à Deo, aut non sine Deo natam esse, inde constat, quod Pythico templo consecrata est. At quid nam sibi velit, & quid ante lustrationem per aspergillum ex aquiminario faciendum precipiat, necessarium fuerit cognoscere.

Ididem.

Sed fortè hæc Appollinis sententia accipienda fuerit tanquam dicentis σοφῆς, id est temperans est: vel secundum Græcum ethymologiam, σοφῆς τὸν ἐγγύσιον, id est, prudentiam seruans. σοφῆς enim, id est temperantia, nomen apud Græcos habet quasi σοφῆς οὐν dicere, hoc est integritas prudentiæ. Ita verò nimium ad animal prudentia capax de precipua causa, qua prudentes efficiuntur, sermocinaretur, seruare seipsum admonens. Quod si hic sensus sit, rursus cognoscere oportet, quæ sit essentia nostra. Cæterum alij approbantes sententiam, qua homo paruus mundus esse fertur, hoc dicto admoneri volunt, cognoscendum quidem esse hominem: sed cum homo paruus quidam mundus sit, nihil aliud quam philosophiæ

incum-

incumbens, in significari. Quod si igitur inofense philosophari libet, studeamus cognitioni nostri ipsorum, & veram philosophiam assequemur ab agnitione nostri ad vniuersi speculationem ascendendo. Sed quod à nobis orsi de cæteris quæ in vniuerso continentur ratiocinemur: & quod inuestigata inuentaq; nostra natura facilius ad vniuersi contemplationem nos conuertamus, rectè dicitur. Verum videtur non tam philosophiæ causâ Deus, ut cognoscamus nos ipsos præcipere, quam alicuius maioris gratiæ, propter quod ipsam quoque philosophiam assignamus. Incubimus enim philosophiæ propter sapientiæ desiderium, & sapientiæ speculationis amorem. Porro studium admonitionis cognoscendæ seipsum ad verè beatitudinis consequutionem pertinet, quæ quidem ex affectu circa sapientiam consistit, & ex speculatione boni circa sapientiæ comparationem, & verè entium cognitionem. Speculari igitur & cognoscere iubet Appollo vniquemq; suam verè essentiam, non ut philosophemur, sed ut sapientes effecti beatitudine fruamur. Næque cōsecutio essentiæ nostræ reuera entis, eiusq; vera cognitio, sapientiæ cōsequutio est. Siquidē sapientiæ propriū est, verè essentiæ rerū verā scientiā: per sapientiā autē perfectæ beatitudinis possessio cōparatur.

Postquam in hæc loca descendimus, & ex Eiusdē eternum hominem induimus, vnde fallimur nos libro 4.

id existimantes esse quod sub oculos cadit, maxime conuenit hæc ad hæc adhortatio ad propriæ facultatis cognitionem. Siquidem Plato in Philebo memorata sententiâ. Nosce teipsum, triplicem facit ignorationem. Est autem omni ex parte ignoratio sui mala, siue quis inuis suæ dignitatis amplitudinem ignorans, diuinam in se partem neglectam humiliet: siue extra humilitatem natura sibi appositam ignorans, ob externa extollatur, nesciens omnem naturam mortalem ita se habere profusus.

Vt puer accumulans multum per littus arena, Vnde sibi fingit permulta, sed omnia statim Confundit manibus ludens, pedibusque repulsat. Quis igitur, qui per ignorantiam sui quæ circa se sunt, extollit: is plus attribuit naturæ à qua fabricatus est, quam ipsamet requirat, utpote ludicra eius facta tanquam magna & grauiam admiratus. Ipsa verò natura in cunctis conuenientem dignitatis modam tenere apparet, neque cum hominibus supra modum res sui uiliores extolentibus decipi. Caterum hæc sententiâ, Nosce teipsum pertinet ad omnem existimationem, quæ de presenti aliqua facultate concipitur, modumque cognosci præcipit ubique. Porro seipsum nosse oportere necessitatem facere videtur, animæ & uentis statum esse cognoscendum, nempe cum essentia nostra in ipsis existat. At si quis dicat, Vnde quaque teipsum

cognosce:

cognosce: hoc dicto contineri apparet, & nos & nostra, & quæ nostrorum sunt. Huiusmodi quidem distinctione tam exacta usus est Plato, qui operæ pretium ratus est tum sese solum cognoscere extra cetera cuncta, & sine circumiacentibus: tum rursus unde quaque se cognoscere, ut & internus immortalis homo cognoscatur, & umbratilis ille forinsecus non ignoretur: & quæ ad utrumque pertinent, intelligantur. Ad interiorem enim pertinet perfectissima mens, in qua id existit, quod hominem appellamus, cuius unusquisque nostrum umbra duntaxat & imago est. Ad externum uero simulacrum illud pertinet illa, quæ circa corpus sunt ac possessiones, quorum etiam facultates scire debemus, & quatenus utriusque cura sit habenda, ne pretium dignitatemque partis immortalis, corruptibili ac terrene tribuentes, aliâs ridiculam ipsam faciamus, aliâs lachrimatione dignam, dum in hac stolidæ uitæ comædo tragædiâ detinetur: neque rursus mortalis partis uilitatem applicantes immortalis, miserabiles sumus, iniusti que per omnia propter ignorantiam quæ debita cuiusque dignitas existat.

Diuinum hoc & primum homines præceptum Agapetò discimus, ut noscat quisque seipsum. Nam qui ad Iustitiam se nouit Deum cognosceat. Qui Deum nouerit, Deo assimilabitur. Similis autem fiet Deo, qui Deo dignus fuerit. Deo autem dignus sit,

qui nihil Deo indignum committit: sed cogitat res diuinas, & quæ cogitat loquitur, & quæ loquitur facit.

DE SUPERBIA

SERMO XXII.

Euripidis. GRAVIS fastus ex improbi hominis opinione nascitur.

Eiusdē in G. auco. Quisunque ciuium vir arrogans fuerit, is nec amicus, nec totæ ciuitati familiarem se præbet, ac affabilem.

Sophianis. O infelices ut plurimum, minimum verò felices mortales, quid gloriâmini propter potestates, quas vna lux vel dedit, vel abstulit? Cum primum aliqua fortuna affulserit, homines nihil illico ad cælos caput erigitis, interea dominum Orcum, seu Plutonem astantem non videtis proximè.

Euripidis. Cum videris in sublimi quempiam elatum, splendidis gloriantem opibus, ac genere, supercilioque supra sortem suam fastuosum. Illius celerem diuinitus expecta breui vindictam.

Eiusdem. Quis aliquid magni de homine sibi pollicetur, quem qualibet occasio totum abolet? Vbi, aut quomodo latebis? Quis nobis est fidus amicus? Quægramus. Opinio malum est hominibus, & magni conatus ut plurimum aberrant.

Mortalibus

Mortalibus morbos parit quicquid mediocritatem superat.

Homines deorū decus usurpare nō conuenit.

Quam stulti sunt superciliosi homines, dicit, Menædris. Considerabo: Quasi si quis hominum infortunium inciderit, aliquid cōsilio tuo efficere queas.

Quis res sua sponte in vitiosam partem suunt: & si dormierit aliquis, itidem in contrariam.

Omnino pars superior non sinit superbire. Cheremo-

O miserissimi terq; quaterq; omnes, qui de sese nis.

magnificè sentiunt inflati: ignorant enim illi Menædris in Guberni conditionem.

Omnis insipiens arrogantia & plausibus natoribus capitur. Eiusdem.

Videte tyrannū, ut orbis senex fugit. Mor- Euripidis talem autem non decet altum sapere. in Alc-

Tacere sapientem potius est, quàm verbis cō-

tendere: Ceterum huiusmodi ne mihi contin-

gat amicus, neque contubernalis, qui satis mul- Euripidis ta sapere se sibi persuadet, & pro seruis amicos in Aeolo-

estimat. Eiusdem.

Qui valde sunt inflati; superiores sermones in Andromache.

Mortales cum nati sitis, ne supra deos vos Demon-

erexeritis. Eiusdem.

Nimis sapere non est sapientia, & non secundum mortalē sapere naturam. Aenū est bre-

ue, in quo qui magna sequitur, præsentē condi-



tionē non bene sustinet. *Huiusmodi sunt mores insipientiū, & stultorū hominū, vt ego iudice.*

Iupiter nimis superbos castigat.

Menādri. Nimirum tibi videtur argentum, adolescens, non modo rerum necessariarum indies pretium exhibere posse, vt panis, polenta, Aceti, olei, sed quippiam hisce maius. *At immortalitatem nunquam tibi cōferet, neque si collegeris copiosa illa, vt fama fert, Tantalū talenta. Sed cum obieris mortem, aliquibus post te relinques. At quid hec dico? Videlicet tu quoque, etsi fueris ditissimus, nihil argento crede, neque etiam pauperes nos spreueris: sed felicitate tua semper exhibeas teipsum spectantibus non indignum.*

Sophoclis Video enim nos aliud esse nihil, prater simu-
in Aiace lacra quedā, quotquot viuimus, aut vmbra
flagellifero. leuem. *Hic igitur consideratis, fastuosum nullō
inquam dixeris in deos verbū: nec aliquo mo-
do superbiaris, si quopiā amplius aut polles ma-
nibus, aut copia diuitiarum.*

Ibidem. Magna etenim & inutilia corpora labefa-
ctari grauibus à numine calamitatibus vates
dicebat: *vt si quis humana conditione natus,
deinde non secundum hominem sapiat.*

Eiusdem. Mortalia sapere oportet mortalem naturam:
istud scientes, quod non est quisquam prae-
ter Iouem futurorum dispensator, quae eueni-
re oportet.

Decet mortalem pro hominum sorte sapere. Eiusdem.
Oportet eos quibus aspirauit aura fortuna *Euripidis*
sinistra, humiliter non fastum superioris vsur- in *Alc-*
pare fortis. *maeone.*

Homo cū sis fortunā memineris communem. Hipposte-
Quāuis rex natus fueris, audi tamen vt mor- nis i Hip-
talis. *Quid tū, quod procul expuis? multa abū- pothoonte.*
das pituita. *Vestem elegātem fers? at hanc oni- Socratis.*
cula prius habuit. *Aurum geris? haec fortuna*
inconstans est potentia. Opibus affluis? haec vis
est iniqua temporis: Superbis? huiusmodi est
stultitia iactantia (vel hinnius.) At si tem-
perantiam secleris, diuinum donum est. Fit au-
tem temperantia, si teipsum metiaris.

Cum sis mortalis, operam da, vt quae retro Isidori.
sunt, videas.

Quo tibi maxime places, idipsum te pessun- Menandri
dabit: nempē opinio, qua tibi aliquis esse vide- i *Empim-*
ri: perdidit enim alios etiā infinitos, *Humili- pramene.*
tas tua, si qua grauitas accesserit, pulchra apud
alios videbitur, o chare vir: *sin tute feceris abie-*
ctum teipsum, & pro nihilo duxeris, domesti-
cus esse contemptus, & ludibrium apparabit.

Quod nō grauitate laborauit, bonam fortunā Menādri
naclum est. *Felicitas solet excitare superbiam. in Cane-*
Concede necessitati, & deos non impugna. *phora.*

Quis aspicere me sustinet, & elationem ani- Euripidis.
mi remitte. *Maxima quaeque per sepe numen*
humilia reddidit, iterumque contraxit.



Ex histo- Socrates Alcibiadem intuitus ob diuitiarum
ria Aeliani inflatum, & superbientem opibus, præditiisque,
 in quendam ciuitatis locum duxit ipsum, in
 quo suspensa erat tabula terre circuitum com-
 plexa. Iussit igitur Alcibiadem Atticam
 in ea requirere: quã vt inuenit, sua etiam præ-
 dia inspicere precepit: quã cum Alcibiades
 inquam esse picta diceret: Cur igitur, Socra-
 tes inquit, ob illa superbis, quæ circa nullam
 terræ partem existunt?

Demosthe- Tantum abest, vllum illorum qui solidè do-
nis. Eli sunt, quicquam de sese gloriosius dicere, vt
 alio etiam dicente erubescant. Qui verò lon-
 gius à vera, quam sibi vendicant, doctrina ab-
 sunt, propter inscitiam verba molestissimè au-
 dienda de seipsis proferunt.

Socrates. Apud superbiam, ceu apud malum figu-
 lum aut statuarium peruersas rerum imagines
 videre est.

Idem. Superstitio superbiæ tanquam parenti est
 morigera.

Idem. Vires quidem inanes spiritus distendit, stult-
 tos autem opinio.

Socrates interrogatus mechanici qui essent:
 qui sui similes spernunt, respondit.

Phauorini Nunquam quidem de te superbam opinio-
 nem concipies: neque contra nimium de te hu-
 milites senties.

Diogenis. In arrogantia, quemadmodum in armis inau-

ratu, non similia sunt interiora exterioribus.

Fastus tanquam pastor quoquo libet vul-
 gus hominum ducit. Eiusdem.

Definit in malam infamiam, qui cum su-
 periore contendit. Democriti

Democrates iam senex ascendens in arcem
 Athenis per quã anhelosus: idem se facere
 dixit, quod vniuersa ciuitas Atheniensium
 soleret, nempe se magnum quidem spirare, pa-
 rum autem valere.

Arrogantis nomen vsurpari mihi rectè vi-
 detur, in illis qui se simulant esse ditiores & Xeno-
 pho- tis.

fortiores, quã sint: & ea facturos promittit,
 quæ præstare nequeunt, idque manifestò face-
 re videntur, accipiendi quippiam & lucrandi
 gratia. Ceterum ij qui risum moluntur inter
 conuersantes, neque suum ob quæstum, neque
 auditorum iacturam, aut vllum aliud dam-
 num, quo pacto illi non vrbani potius & face-
 ti, quam arrogantes nominabuntur?

Videtur autè mihi, ô Domine, difficilium inue-
 niri virum, qui secundã fortunã bene ferat, quã 8. de pedia
 qui aduersam. Illa enim in plerisque cõtumeliã, Cyri.
 hæc autem temperantiam in omnibus gignit.

Vides eximia animalia vt fulminet Deus, Herodoti
 neque suis opinionibus vti sinat: exigua verò lib. 1. histo-
 facile fert. *Vides etiã* vt in edificia maxima riarum.
 semper, & celsissimas arbores cælestia tela
 ingruant. Solet enim Deus eminentia qua-



nis castigare. Ideoque magnus quoque exerci-
tus ab exiguo sternitur, cum Deus inuides aut
metum ipsis iniecerit, aut tonitrua, unde condi-
gnam se perditionem incidunt. Non finit enim
Deus alium præter se altum sapere.

DE AMORE SVI,
SERMO XIII.

Euripidis, Intolerabile est, cum quis insipiens sibi sa-
al. Critia. pere videtur.

Socratis. Lyncei sumus aliena videndo mala: Quod si
quid ipsi committimus, non agnoscimus.

Menandri Quam nullus in se sua mala videt Pamphi-
le euidenter: ast alius si quid indecens egerit, fa-
cile viderit.

Euripidis, Qui ea solum inspicit & expectat, quæ sibi
alias, Me- cordi sunt, ne illa veritatis absque ratione in-
nandi in dex est.

Aspide. Omnes in admonendo sapiunt: sed cum ip-
Euripidis. sumet aberramus, haud aduertimus.

Aesopus nunquamque nostrum duas fer-
re peras aiebat: alteram ante nos, alteram in-
tergo: & in anteriorem quidem alienos erro-
res condere, in posticam verò nostros, ideoque
non videri à nobis.

Ex Ari- Nonnulli non secus sibi philosophari viden-
stonymi To- tur, quam ebrj homines esse sobry. Socrates di-
maris. cebat, si quis in theatro cotiaros surgere iube-
ret,

ret, eos solum surrecturos: similiter si fabros
etarios, te xtores, aut alios generatim. Si verò
prudentes aut iustos, hic omnes exurrecturos
fore. Est autem hoc in primis in vita damno-
sum, quod cum hominum pars maxima stulta
sit, sapere tamen sibi videatur.

Quare facillimum est omnium seipsum deci-
pere: quod enim quisque cupit, id etià in ani-
mum inducit, & sibi persuadet. Res autem ipse
frequenter non ita se habent. Diogenes dixit,
hominum aliquos opportuna loquentes non
intelligere seipsos: sicut lyre egregie resonantes
non sentiunt.

Si quis omne genus legum proponeret homi-
nibus, & optimus sibi, consideratis omnibus,
deligere iuberet singuli suas recepturi essent. Ita
quilibet omnium longe præstantissimas suas
esse leges existimant.

Ambitio improba res est.

Ne malum malo medicare. Multi iam dum
materna querunt amifere paternam.

Plato consulebat, ut cum aliquos irridere no-
luerimus, conuertamur ad nosipsos, & videam-
us, ne ipsi eisdem vitijs laboremus. Amor
enim sui multa celat, & circumperit in illo
qui magis irridere solet alios.

Plerique homines propria peccata defendunt
accusant aliena.

Multi cum seipsos amare videantur, non verè
Eusebii.

amant. Quare sibi met ubique indulgentes, perperam gratificantes, in maxime contrariis desideratis incidunt.

Eiusdem. Plurimi cum velint haberi quam consultissimi si qua in re familiarissimi, & benevoli ipsis homines eos dehortentur, nolunt à confirmato semel intra se proposito recedere: sed ne redarguantur à consilio suo tanquam pravo desistere permanent in proposito donec tandem inde profecta incommoda sentiant.

Platonis in Cratylō. Ipsum sese falli à seipso, res est omnium pessima. Cum enim in postor ipse ne minimū quidem discedat, sed semper adsit, quo pacto non graue foret.

Eiusdem ex 5. legum. Omnium verò maximum quoddam malum in multorum hominum animis est innatum. Cuius quidem cum facile sibi ignoscant, remedium nullum excogitant. Est autem hoc quod dicere solent quod natura sibi quisque amicus est: recteque est, ita id se habere. Sed reuera nimis in seipsum amor omnium peccatorum omnibus semper est causa. Occæcatur quippe circa occæcatum qui amat. Quapropter qui amat, cum seipsum magis quam veritatem honorandum putet quid iustum, bonum, & pulchrum sit, malè iudicat. Decet sanè eū qui magnus vir futurus est neque seipsum, neque sua diligere, sed iusta semper, siue à seipso, seu ab alio quous geratur. Ex hoc ipso delicto accidit omnibus,

nibus, ut ignorantiam suam esse sapientiam opinentur: hinc fit, ut quamuis nihil, ut ita dicā, sciamus, scire tamen omnia arbitremur. Cum verò nec alijs committamus facultatē agēdi que seipsi facere ignoramus, facientes ipsi errare cōpellimur. Quamobrem nimium suspensus amorem fugere quisque debet, & meliores sequi, nullo robore verecundiæ impeditus.

DE CONSCIEN. TIA,

SERMO XXIII.

QUIS QVIS enim ipse nō seipsum re- Diphili.
retur conscium sibi quod mala commiserit: quomodo apud nescientem proferet?

In primis autem reuerere te ipsum, Pythago.
Qui aliquid sibi conscius est, etiamsi fuerit Menædri.
audacissimus, conscientia tamen facit ipsum timidissimum.

Si quis in furto palam deprehendatur, illum Sophoclis.
tacere necessum est, licet eloquentissimum.

O miser Orestes, quid morbi te perdit? Orestes.
Euripidii.
Conscientia: sum enim mihi conscius de Oreste.
malis perpetratis.

Magna profecto res est, si quis de innocentia Sophoclis.
sua sibi conscius sit.

Consciū esse sibi in vita sua nullius criminis, multum voluptatis parit. Antiphō.
tis.

Pythago. Vir iniquus plus mali patitur affliclus conscientia, quam ille qui in corpore castigatur: & flagris ceditur.

Isocratis ad Demonicis Nunquam sperare debes, si quid turpe feceris te latiturum. Quamuis enim lateas alios, tute tamen tibi conscius eris.

Eiusdē in Nicole, vel Cyprii Nihil celandum est provisus illorum, que quis possidet, aut facit, aut facturus est. Si quidem circa res latentes necessario multum timorū & metus contingit.

Bias interrogatus, que nam res in vita mortu careret: Bona conscientia, respondit.

Periander interrogatus, quid esset libertas: Recta conscientia dixit.

Socrates rogatus, quinam tranquille viverent: illi, inquit, qui nullius absurditatis sibi conscij sunt.

Diogenis. Quis enim minime timidus, animosus autem maxime fuerit, quam ille, qui nullius mali sibi conscius est?

Plutarchi de animi tranquillitate. Facinorosa conscientia, instar ulceris in corpore, penitentiam relinquit in anima lancinantem iugiter ac perwellentē. Nam cum alias omnes tristitias tollere ratio solita sit, penitentiam hac eadem cum pudore, quasi mordicus impetentem sese atque excarnificantem promouet. Quemadmodum porro qui rigente febre perfrigescent, aut aestuante exuruntur, acris infestis que afficiuntur, quam qui actu rigorent

exit-

exterius hac eadem patiuntur: sic obtusiores tristitias habent fortuita & temeraria, utpote aduentitias. Atqui illud.

Nemo mihi alius inculpandus est, sed ego ipse.

Cum sceleribus perpetratis succlamari sibi libenter solet, grane suapte natura vulnus granius etiam facit, atque altius adigit.

Aemulemini non opulentissimos, sed de nullo Isocratis de crimine sibi conscios. Cum hac enim fortuna Nicole, suavisime quis vitam agere poterit. vel Cyprii

DE MEMORIA,

SERMO XXV.

QUEM AD MODUM & reliquis Ex Por-
Quamvis anime facultates exactioribus, ipsarum phyrrio deprehendimus, ita memoriā quoque anima vel que à posteriori considerantes, posuimus anime de anime in a facultatem esse que per relationem ad alia potentius, cōsistat ex rebus, siue sensu, siue cogitatione perceptis. Atque hanc anime potentiam, que semper ad alia refertur, & memoria nominatur. Aristoteles definit habitū esse imaginationis tanquam simulacri illius rei, à qua orta est imaginatio. Cum enim ad facultatem imaginandi sensus peruenire, tum illa, quacunque tandem affectio, phantasma dicitur. Excitata igitur sentiendi facultate à sensu, id quod offert rei sensibus imaginem, à qua re phantasma natū



est, imaginis & simulachri rationem habet ad ipsam rem phantasia perceptam: & sic imago quedam est in facultate phantastica rei, que sub sensum cecidit. Cum autem circa phantasticam facultatem retentio & habitus phantasticus sit, memoria nominatur, que quidem est brutis quoque communis. Illa vero discretæ facultatis qua reminiscimur, solis ratione predictis contingit. Nam quod discretum est, ad rationem pertinet. Proinde Aristoteles ait animalia bruta meminisse quidem, non autem reminisci: solum vero hominem utrumque facere.

Platonis *Memoria* vel nomine suo Græco cuius ostendit, quod māsio quedam sit, non autem motio.

Ex Aristotele de *Memoria*. Aristoteles autor est habitum phantasticam memoriam nominari: ac eorundem ruminationem, reminiscentiam esse. Ceterum non eosdem qui memoria præcipue pollent, reminiscentia quoque valere: sed plurimum accidere solet, ut memoria præcellant, qui tardo ingenio sint: reminiscentia, qui rigore animi, celeritate, docilitateque præsent. Præterea memoriam à phantasia differre, quod hæc sit motio sensus aut cogitationis agentis. Vtrumque enim similiter appellare nos phantasmata. Illam vero ceteri picturam animæ quandam esse. Motum enim à sensu factum in anima quodammodo signare & imprimere formas, quales ab annulis & signaculis imprimuntur. Pro

pterea illis, qui propter affectum & morbum aliquem aut ætatem valde commouentur, non existere memoriam, cum motus & signaculum velut in aquam fluentem adigatur: alijs vero, ideo quod phantastica forma deterioratur & discobincitur, ut antiquata solent adificia. Ad hæc propter duritiem partis recipientis, non absolui typos. Quapropter & valde iuuenes ac senes obliuiosos esse: desuere enim illorum quidem typos, quod in iugi sunt incrementis, horum autem quod natura in sene ad occasum pronaminiatur. Similiter memoria laborare, tum qui præceleres & impendio volucres sunt, tum qui admodum hebetes tardique. Alteros, quod sint humidiores quam sit necesse, unde sili & inherere imagines nequeant. Alteros, quod rigeant plus æquo, unde propter duritatem typos non admittant.

Maxima studiorum est conseruatio, si non Ex Platone scribantur, sed ediscantur. Fieri enim non potest quin scripta nobis excidant. Propterea nihil unquam ego de his rebus scripsi, nec vllum nysum. extat opus à Platone conseriptum, nec extabit. Que vero iam ei tribuuntur, ea Socratis sunt illius pulchri & iuuenis.

Motum autem in communi corporis et animæ passione factum, si sensum vocaueris, hæc ab re nominabis. Vera loqueris. An non peripimus iam quid sensum vocari velimus?



Percipimus. Sensus præterea conseruatione re-
 Et qui memoriam in ea sententia nuncupabit.
 Recte nimirum. Et à memoria ren. in scētiam
 discrepare fatemur, necne? Fortè. An non in
 hoc præcipue. Quoniam? Quoties quæ cum cor-
 pore passa est aliquando anima, eadem sine cor-
 pore in seipsa resumens animaduertit, tunc
 meminisse ea asserimus, an non? Valde quidem
 Quinetiam quando memoriæ passa iacturam,
 deinde vel sensu vel disciplina monente eam
 iterum reuocat, in seipsa reminisci putatur.
 Atque hæc iam memorias reminiscentiãsq̃
 vocamus. Probè loqueris.

Amblichi Harum igitur facultatum, quæ cõmunissimæ
 in lib. de sunt, aliæ quoq; facultates anime habentur, se-
Anima. cundum ipsam quidem existentes, non tamen
 essentiam eius constituentes, vt memoria, quæ
 visus seu spectri est retentatio.

DE OBLIVIONE,

SERMO XXVI.

Sophoclis **O**BLIVIO Pieridum odiosa & ina-
 in Synop. mabilis, miseræ vitæ breuem isthmum
 continens.

Euripidis **O** venerabilis obliuio malorum, quàm sa-
 in Orest. piens es, & infortunatitatis exoptata dea.

Sophoclis **E**t obliuionem rebus omnibus priuatam sur-
 in contumelia dam, mutãtque.

Satyri.

O quàm

O quàm iucundum est infortunatis vel pa- Eiusdẽ in
 rum Temporis obliuisci præsentium malorum. Mysis.
 Est enim obliuio, exitus memoriæ. Platon. in
 Quod enim dicitur meditari, quasi exierit Philebo.
 scientia dicitur. Obliuio nanque scientia exi- Eiusdẽ in
 tus est. Symposio.

DE IVREIVRANDO,

SERMO XXVII.

Iurandum nec iustum, nec iniustum vsur Chetili in
 pandum est. Perside.
 Iuramenta non fidem asserunt viro, sed vir Aeschyls
 iuramentis.

Firmum est iuramentum, si solum amuero. Alexidis
 Quisquis enim iuranti nihil credit, ille met fa Amphidus.
 cile peierare scit.

Hera, cum aliquis contemnit iurantem, cui Antiphan,
 antea vnquam commissi periurij non est con-
 sciens: tum ille mihi deos ipsos contemnere vi-
 detur, ac prius aliquando iurans ipsemet
 peierasse,

Apposito iureiurando cautior & diligẽtior Sophocl. in
 animus fit. A duobus enim sibi tum cauet: Hippodã.
 & ne ledat amicos, & ne peccet in deos.

Præsente flagello, non postules amplius iura- Apollodori,
 mentum.

Qui iuramentum à malo viro postulat, insa- Antipantis
 nit: contrarium enim nunc dõ faciunt. Nam aliis Anti-

si quis peierarit, continuo ille qui postulavit iuramentum fit attonitus: merito nimirum, quia credidit improbo homini.

Alexidis in Sapientem non oportet iurantibus, sed ipsis Olynthiis. rebus semper habere fidem.

Lycurgi. Eatonus amicis & familiaribus auxiliandum est, quatenus periurium non admittitur.

Ifocrat. ad Sacramentum oblatum tibi duobus de can-
demoniis. sis iurato, vel ut te ipsum turpi suspicione libera-
res, vel ut amicos ex magnis periculis eripias.
Pecuniarum verò gratia & si vera dicturus
sis, nullum Deū inuaueris: sin minus, aliis per-
iurus, aliis auarus videberis.

Ex Enchi- Irumentum deprecare, si quidem fieri potest,
rid. Epict. omnino: sin minus, saltem quoad eius potest.

Eusebij. Multi homines adhortantur ut in iurando
probi sint & fideles. Ego verò ne princi-
pio quidem facile iurare religiosi viri officium
existimo.

Herodoti Leuzychides hæc coram ipsis locutus est. Fa-
cile Athenienses vtrum ipsi vultis, si reddetis
sanctè facitis: è contrario, si non redditis, Qua-
lis autem res circa depositum contigit Spar-
tae, volo referre. Dicimus nos Spartiata fuisse
tertia ab hinc etate quendam Glaucum Epy-
cydidis filium, qui cum aliis summis laudibus
excelleret, tum iustitia inter omnes optime
audiebat, qui per id tempus Lacedæmonè inco-
lebat. Et huic procedente tempore cõsurgisse, ut

vir quidam Milesius Spartæ venerit, hominis
conueniendi gratia, atque ita sit alloquutus:
Ego sum vir Milesius, qui ad tuam Glauce
fruentiam iustitiam venio, Visum est itaque
mihi dimidium mei census in pecuniam reda-
ctum deponere penes te. Multo deinde tempore
interiecto, filij eius qui pecuniam deposuerat.
Spartam veniunt, & Glaucum pecuniam re-
poscunt. Ille verò repellebat eos Ita. Milesij fa-
cta iactura tanquã fraudati pecunia, discessere
& Glaucus Delphos se contulit ad oraculum
consulendum. Cui consultant, an õperis, id est in
reivrando pecuniam predaretur. Pythia respõ-
dit his versibus.

Glauce Epicydides equidem expedit ad bre-
ue tempus.

Iurando superesse, interuertisseq; nummos.
Deicera & euorcũ quoniã manet exitus idẽ.
Ast Horci natus sine noĩe, q; manibus, qui
Nullis est pedib. rapide aduenit, vsq; adeo, diũ
Corripiens omnẽ perdat prolemq; domumq;.
Cum sobole euorci melius sed postea agetur.
His auditis, Glaucus veniam sibi eorum que
dixisset ut daret, Deum obsecrabat. Cui Py-
thia, inquit, idem pollere, tentare Deum & fa-
cere. Tũc Glaucus, accitis Milesiis hospitibus,
pecuniam reddidit. Cur autem hæc oratio apud
vos instituta sit, viri Athenienses, dicitur:
Glauci nunc nulla superest neq; soboles, neque

domus, quæ illius censeatur: sed ex sparta radicibus extrita est. Ita bonum est nihil aliud de deposito cogitare, quam ut repetentibus reddatur.

DE PERIVRIO,
SERMO XXVIII.

- Sophoclis. **I**uramentis enim & mulier fugit acerbam parturiginem liberorum: ast ubi malū abierit, eisdem in retibus capitur, à presenti cupiditate victa.
Venereum iusurandum non constitutam habet pœnam.
- Callimachi. Iuravit quidem, sed ut aiunt, amatoriam iuramenta deorum non subeunt aures.
- Diphili. Idem est iuramentum meretricis, & popularum captantis auram, uterque enim iurat apud illum, qui cum loquitur.
- Sophoclis. Nullum iusurandum graue est furis, & impostori.
- Euripidis. Lingua iurauit, sed iniurata mens est.
- Menædri. Aetate nostra fides omnis confunditur.
- Hesiodi in Theogoniis. Et iusurandum, quod quidem plurimū terrestres homines ledit, si quis ipsorum sponte peierauerit.
- Democriti. Iuramenta, quæ iurant adacti necessitate, non seruant mali homines, postquam periculum euaserunt.

Notis

Non enim intellectu caret numen, sed potest Euripidis. intelligere quæ nam sint male facta iuramēta, & necessitate coacta.

Faciles mihi ad dandam veniam dii videntur, si quis iurando mortem effugere cupiat, aut vincula, aut malam hostium violentiam. Euripidis.

Atio nunquam: qui voluntatem peierandi habere videtur, aut qui peierat verbis, etiã si factum quod comitatur periurium non contingat, siue per fortunam aliquam, siue quod noluerit ille, cuius erat postulare: nihilo secius periurum esse animo, & non minus meritū esse, pœnam periuris prescriptam, quam ille qui re ipsa peierauit. Eusebii,

Cleanthes dixit iurantem eo ipso quo iurat tempore, verè iurare aut peierare: nam si ita iuret tanquam facturus, quod iusurandum attinet, verè sancteq; iurare: sin proposito dissentiente tanquam non facturus, peierare.

Chrysiippus differre dicebat rerum iurare & fideliter iurare, item peierare & falsum iurare. Id quod iuratur enim, quo tempore iuratur, aut res vera aut falsa sit necessum est. Siquidem ipsa iurandi forma cum axioma, id est pronunciatum constituat, vera sit oportet, aut falsa. Ipsum verò iurantem quo tempore iurat, non statim aut periurum esse, aut fidelem necessarium est, quando nondum adest tempus, ad quod ceu terminum iusurandum refertur.

Nā sicut aliquis dicitur bene vel male paci-
sci, non cum pactum committitur, sed cum
prescriptum prestandi conuenta tempus acces-
sit. Idem quis aut fideliter aut perperam iu-
rare dicitur, cum adiuerit tempus, quo iuramen-
to se satisfacturum pollicitus est.

Xenophō,
lib. 2. de ex-
ped. Cytii
Hoc primum & precipuum est, quod deo-
rum sacramenta nos hostes inimicem esse probi-
bent. Ea verò si quis neglecta sibi conscius est,
illum ego nequaquam beatum existimauerim.
Diuinitus enim illatum bellum, haud scio
qua quis aut celeritate effugere possit, aut qui-
bus in tenebris latere, aut in quo munimento
arcere. Etenim omnia diis ubiq; sunt obnoxia,
& equali potentia reguntur ab ipso omnia
vbis gentium.

Hierod.
lib. 1. hist.
Eiusdem.
Nam sine firma necessitate non potest firma
fides permanere.

Aurum quidem homines arte Lydio lapidi
affricantes, quod prestantius est cognoscunt,
Hominem verò probū nemo potest secum ani-
mo perpendens discernere. Talis nimirum olim
deorum voluntate constitutio nostra facta est.
Oportet autem fideles in amicitia esse, nos
duplici sententia inquinatum cor possidere,
nec periuurium sancto iuramento preferre,
Nam qui talis vir fuerit, diuinam quidem vin-
dictā differt, interim verò presentium acerba
fruitione se stultus oblectat. Quis enim ignorat
quod

quod omne malum vindicta sua manet? Quā-
uis enim non presens pœna sit: nullum tamen
lucrum affert dilatio temporis, sed tarditas pœ-
na grauitate tandem compensatur. Porro
quod numen non negligenter inspiciat huma-
na negotia, ex ipsis factis quæ verè contigerūt,
facile iudicari potest. Fertur enim Archeti-
mus ex Erythraea Ionica ciuitate in Tenedum
renisse, & apud Cydiam hospitem suum au-
ri magnam vim deposuisse, nihil de homine
sinistri aut violenti suspicatum, vt qui cum
recens amicitiam iniuisset. Tum Cydia ma-
lum consilium auaritia suggestit. Cum enim
aurum apud se depositū ab ipso reposeretur, con-
tumaciter negauit. Et cum inter se contende-
rent, tandem visum est, vt totum negotium ad
iusiurandum referretur. Cydias igitur cum ter-
tio posthæc die fidem suam cum diis commissam
inreirando confirmaturus esset, reuersus do-
mum excogitauit dolum huiusmodi. Omne si-
mul aurum in excavatam ferulam inclusit, &
qua parte ferulam manus amplectitur, fasciā
circumtulit vndequeq; vt dolus celaretur.
Postquam verò prescriptus dies aduenit, Cy-
dias languidum gradum causa morbi fingens
sulciendo ferula corpus accessit: & stans ante
templum, quod iuramenti sui conscium esse
volebat, ferulam, in qua omnis eius iniquitas
latebat, Archetimo tenendam porrigit, donec

absoluerit iuramentum: deinde manibus eleuatis dixit, accepisse quidem se depositum ab Archetimo, sed id restituisse: quod mendicium erat arte confectum. Huius dicti grauius indignatus Archetimus, iclu vehementi ferram in pavimentum proiecit: qua dirupta, omnis auri moles effluxit. Hac quidem diuinitus prouidentia adiutus est Archetimus. Cydias autem malum vitæ exitum habuisse dicitur. Hæc ergo respiciens quilibet sibi caueat ne sacramenta contempserit.

DE ASSIDUITATE, ET
DILIGENTIA, ET QUOD
IGNAVIA SIT INUTILIS, SERMO XXIX.

Sophocl. in Thyeste.
Hesiodi in Operibus.
EAMVS quam celerrimè: nō potest enim iusta diligentia vnquam reprehendi. Si quis ociosus respexerit alterū locupletem, is festinabit vt aret, plantetq; & rem domesticam ritè disponat: Aemulatur enim vicinus vicinum ditescentem. Est autem hæc emulatio mortalibus vilis.

Ibidem.
Operando viri pecuniosi fiunt & dites. atq; laborans multo magis amatur à diis. Non est autem dedecori laborare, sed oriri. Quod si labores, statim & ociosus aliquis emulabitur te dite-

ditescentem: diuitias verò virtus & gloria sequuntur.

Verecundia inutilis virum egenum occupat. *Ibidem.*
Verecundia, quæ viris multum obest, rursusq; prodest.

Verecundia facit infelices: animositas felices.

Pecunie non raptæ, sed diuinitus datæ plurimum præstant. *Ibidem.*

Virtus autem per labores incedit. *Euripid. in Boni viri subire labores audent, & nusquam Heraclicis. Vlla in re sunt timidi.* *Eiusd. in Iphi*

Labor enim, vt aiunt, bonæ famæ pater est. *genia in Trau Laboribus vendunt nobis omnia bona diuinitus.*
Necessum est vt laborent, qui volunt feliciter agere. *Eiusd. in Licymio.*

Plures studio boni sunt, quam natura. *epicharmi Bona per labores augentur hominibus.* *Critic.*

Labor assiduus omnia vincit. Tibi dixi o *Anaxandr. li, vt fortunam laboribus indagat: honorari Euripid. in enim tuum patrem vides. Nullus est, qui dum Erechtheo. molli vitæ studet, gloriam adeptus sit: sed laborandum est. Præstantes enim, & qui faciunt Eiusd. in Archelao. aliquid eximium, honoramus, ac viros in ciuitate nominare dignamur.*

Nunc sum ignauus, quia præteritos labores frustra tuli. *Menædr.*

Genitos oportet, quoad vixerint, laborare. *Hesiodi in Operibus.*
Ignauia enim non alit frugalem vitam.



Menædri. Nam si vel modicum modico coniunxeris, idq; frequenter feceris, statim fiet hoc quoque magnum. Omnia enim assiduitate conficiuntur negotia.

Euripid. in Andromed. Gloriam assequutus sum non sine multis laboribus.

Aeschyl. Solet laborantem Deus pariter adiuvare.

Eiusdem. Pulchrum est etiam senem sapientie studere.

Euripid. in Erechtheo. Bona per labores augentur hominibus: Volutuosa autem vita, & mala timiditas, nec domui, nec victui quicquam profunt.

Eiusdem in Cresis. Haud poteris felix absq; labore degere, Et inuenen laborare nolle, turpis res est.

Sophocli. in Vatribus. Nulla res magna sine labore veniet. Necesse est ut laborent, qui volunt esse fortunati.

Philemon. Omnia pulchra laborans consequitur. **Ni-
Cataphru domeno.** hil non desiderium inquirentis inuenit.

Omnia possunt inueniri, si modo non labore fugerit aliquis, qui rebus indagandis adheret. Assiduitate quelibet assequi datur.

Eiusdem. Quantum delector ob exhausta mihi preterita mala. Nisi enim tum laborassem, in presentia non gauderem.

Euripid. in Cancro. Nemo sibi laudem comparauit ex voluptatibus. Nullus enim socors celebris vir est: sed labores generositatem pariunt.

Alexid. in Orchestrid. Laborantem pariter Deus adiuvat. Inueniuntur omnia quesita, nisi prius desistas, laboremq; fugias. Cum enim homines quidem inueni-

inuenerint partem aliquam in diuinis tanto spatio distantes, nempe syderum ortus, occasus, solstitia, defectum solis: quidnam ex rebus communibus & familiaribus hominem fugere possent?

Laborantem enim Deus pariter adiuvat. **Euripidis Theodecti.** Multum oportet illum laborare, qui gloriosam laudem consequenturus est, lyto.

Negligentia verò presenti voluptate fruens dolores asferre solet in posterum.

Sine fortuna enim, ut in proverbio est, labor relictus, haud amplius grauis est hominibus.

Nulla enim ratio preteriti laboris habetur. **Sophoc.**

Labores cum iam abiire dulces sunt. **Eiusdem.** Vias peculiâres seruantur qui industria sunt ingenio.

Non licet o stulte cum inertia otiosos eadem nancisci, que laborantes.

Non ab initio statim diu cuncta mortalibus ostenderunt: sed illi progressu temporis inquirentes singula melius inueniunt.

Nullum tibi tempus otiosum elabatur. **Hippocleti.**

Si tibi sat temporis ad negotia sumpseris, perficientur & domabuntur omnia.

Que pulchra sunt, infinitis laboribus comparantur.

Nulla in re oportet recte facientem omnino desperare. Comprehendi possunt industria & labore omnia.



Menandri Omnia que inquiruntur, indigere cura di-
in **Eunu-** eunt sapientes.

cho. Quod quaeritur comprehendere potest, effugit
Sophocles autem quod negligitur.

in Oedipo. Requirit autem hæc res virum animi patien-
In **præfa-** ti, & laboriosum, qui singula cupidus expe-
tione **Or-** riat, desideretque & laboret: & qui discat, &
phei de la- à scientibus inquirat. Non enim absque labore
pidibus. finem dictis & factis altisonans Iuppiter dare
vult: sed etiam ipsi ad occasum anhelantes per
æthera splendidum Solem in curru lucentem e-
qui perducunt.

Hesiodi in Ante virtutem dii sudorem posuerunt.
Operibus. Conuenientibus laboribus vendit nobis om-
Epichar- nia bona dii. Tua enim patria laboribus pro-
mi. ficit, quietæ verò ciuitates in obscuro sunt sta-
tu, & obscure vident sibi metuentes.

Antipha- Omnia diligentia subiiciuntur.
nis. Ex numerosa gutta, ut aiunt, perpetuo stil-
Smyrnei lante excanatur etiam lapis in scissuram.

Bucolici a- Non decet, amice, propter quoduis negotium
lias Bionis. adire fabrum, neque es alienum in omni re con-
flare. Quin tute fabricato fistulam fuerit enim
tibi facile factu.

Epichar- Ceterum diligens industria plus donat ami-
mi. cis quam bonum ingenium.

Euripidis Non enim Ulysses solus est disertus: Ne-
in **Tele-** cessitas docet & si quis tardus fuerit, esse sa-
pho. pientem.

Nulla

Nulla res necessaria turpis est hominibus: Eiusdem in
sed iucundum est superstitem meminisse la- **Andro-**
borum. medæ.

Solon Atheniensis Execestidæ filius, cum **Aeliani.**
eius nepos ex fratre inter pocula carmen quod-
dam Sapphus cecinisset, delectatus est illa can-
tilena, & iussit adolefcentem ut eam se doceret.
Cum autem quidam interrogasset quam ob cau-
sam hoc desideraret, respondit: Ut postquam
ipsam didicero, moriar.

Voluntarij labores necessarij sunt laboribus **Eusebij.**
in **posteriorum** euenturis: quos facilius tolerabit
ille, qui sponte sua præexercitatus in ipsis fuerit.

Demosthenes Demosthenis filius si postri- **Aeliani.**
die concionem ad populum habiturus esset, to-
tam noctem præcedentem vigilabat, scilicet ad
meditandum ac ediscendum que dicturus erat.
Hanc igitur ob causam Pytheas, ut mihi vi-
detur, torquebat in ipsam dicteria, inquit senten-
tias eius ellychnia redolere.

Natura comparatum est, ut presentes absen- **Demosthe-**
tium bonis fruantur, & ignauorum graui. nis contra

Diurnum in operibus exercitium plus cō- **Philippū.**
fert, quam pulchrè instructi sermonis breuis **Thucyda-**
adhortatio. dis.

Voluntarij labores inuoluntariorum patien- **Democri-**
tiam leniorem efficiunt. Labor continuus cō- ti.
suetudine fit seipso lenior.

Voluptates venari conuenit, quæ labores se- **Antisthe-**
nis.

quuntur, non illas que precedunt.
Democriti Plures fiunt exercitatione boni, quàm nō
 Eiusdem. turæ.

Perpetua cunctatio reddit actiones imper-
 fectas.

Socrati in senectute citharam pulsanti &
 aberranti, dixit quidam: Tūne adeo senex ci-
 thara ludis? Respondit Socrates. Atqui præ-
 stat serò quam nunquam discere.

Phavori- Ferunt animum quandam cum quotidie par-
 ni. uum vitulum sublatum gestaret, & nullum
 diem intermitteret, tandem adultum quoque
 bouem gestasse.

Ex Christi Tessus Hermonens quidam sapiētius esset
 Aristotelis. præ ceteris, interrogatus: experientiam, dixit.

Xenophō Nullam gloriam diligebat pro qua non la-
 tus in Age- borasset.

Xenophō Vitulus autem nō statim deserebat ea, in qui-
 bus vincebatur: sed modis omnibus experieba-
 tur, ut aliis melius faceret.

Cyri insti- Cyrus regis est ex fratre nepos, ac filius, &
 tutione. magnæ regionis imperat: non tamen aut pran-
 didium aut cœnam sumere solet, antequam su-
 dauerit.

Ibidem. Atqui nulli virtuti, mea sententia, operam
 dant homines, quo nihilo plus habeant viri
 probi quàm improbi: sed & hi qui presentibus
 abstinent voluptatibus, non id agunt, ut la-
 tentur nunquam sed ut per hanc continentiam
 multo

multo maiore in posterum letitia fruuntur: &
 hi qui dicendo student ceteris antecellere, non
 hoc exercent, ut à benedicendo nunquam ces-
 sent, quod existimant hac orationis præstantia,
 dum reddūt homines persuasos, fore, ut & mul-
 ta & magna bona ipsi consequantur. Et item
 hi qui hæc bellicas res exercent, non hoc la-
 borant ut à preliis nunquam vacent, sed quia
 sperant, si rerum bellicarum gloria excellue-
 rint futurum ut multas opes, multam felicita-
 tem, maximisque honores & sibi comparent
 & reipublicæ. Quod si qui versati bellicis in
 rebus prius quàm fructum inde vllum susce-
 perint, senectutem sibi imbecillam obrepere
 patiantur, simile quid mihi videntur pati, ac
 si quis bonus agricola esse studuerit bene ser-
 uendo, & studiosè plantando: cum autem fru-
 ctus recipiendus est, eum nō conuehat, sed sinat
 rursus in terram destuere. Item si quis pugil
 post multos labores exhaustos, & iam dignus
 victoria redditus, sine premio tandem deficiat,
 nec hic quidem mihi videtur amentia crimen
 effugisse.

Ut facilius & promptius labores illos susti-
 neam, quos virtutis & honestatis gratia ex libro de
 subituri sumus, hæc animo reputare secum uti-
 le fuerit: videlicet quàm multa tolerent aliqui
 propter malas cupiditates, ut qui amant luxu-
 riosè. Et quantum sufferant alij lucrandi cau-
 do labore.



sa. Item quanta patientur nonnulli, dum gloriam venantur. Et quod omnes isti sponte tolerant arumnas omnes. An nõ igitur iniquum foret, illos quidem huiusmodi pro nulla re honesta sustinere: nos vero honestatis gratia, & declinande causa malitiæ (quæ planè pestis est vitæ nostræ) tum comparandæ virtutis (quæ nobis bonorum omnium dux est) non quosuis labores promptè subire. At qui verbis exprimi non potest, quanto præstantius sit eniti, ut cupiditates propriæ castigentur, quàm laborare ad uxore potiendum aliena: item frugalitatem exercere, quàm in comparandis pecuniis laboriosum esse: & operam dare ne sis ambitiosus, quàm gloriæ conquirendæ causa multis negotiis molestari: præterea se ab omni invidia immunem præstare quanto sit satius, quàm modum querere quo quis illi noceat, cui invidet: & amicos sibi veros conciliare potius laborem sumere, quàm quibusdam nomine solum amicis seruire, ut adulatores faciunt. In summa, cum labor omnibus hominibus necessarius sit, tum his qui præstantius aliquid, tum illis qui vilius quidpiam desiderant, absurdissimum est, eos qui præstantioribus operam dant, & magna præmia sperant, non multo in laboribus promptiores esse. Circumforanei quidem mirabilium auctores perquam difficilia negotia suscipiunt, & de vita sua periclitantur, alij quidem sal-

dem saltantes supra gladios præcipitati, alij supra sinem ambulantes in sublimi, alij tanquam aves per aërem volantes in quibus si contingat error, mortis periculum est. omnia tamen ista mercedis exiguæ causa faciunt: nos vero nihil sustinebimus laborum pro vniuersa simul felicitate? Nullus enim alius finis est bonitatis morum quàm bene beatèque in posterum viuere. Ad hæc meritò natura quorundam animantium consideranda est, quæ nos planè potest ad capeßendos labores hortari. Coturnices enim & galli cum neque virtutis, ut homo, nec honesti iustique notitiam habeant, neque laboris quicquam hisce comparandis insunt, pugnando tamen iniuicem & mutilari sustinent, & mortem potius obeunt, quàm superari se permittant. At quanto magis nos consuevit patientes ac tolerantes esse, cum honestis ob causas arumnis & laboribus fatiganur, vel ad opem ferendam amicis, vel iuuandam ciuitatem, vel pro vxoribus & liberis pugnandum. Ceterum ut boni, iusti, & temperati sint, quæ res omnium est maxima & præcipua, nullis mortalium citra laborem datur. Hinc inducor ut dicam, quod is qui laborem recusat, serè seipsum condemnat tanquam bonus omnibus indignum: quicquid enim est vbiq; boni, labore comparatur. Huiusmodi tum ille dicebat, & alia his simi-

lia, ad excitandum instigandumque presentis
vt laborem contemnerent.

Xenophō *Hæc* tenus de his, que in venatione geruntur in lib. de tur, cuius studio dediti magnam ex eo utilitatem capient. Nam corporibus bonam valetudinem comparat, hinc vident audiuntque magis; senescunt minus. Hæc ad bellum precipue instituit. Primum quidem si vias difficiles sub armis ambulant, minus lassantur, nam labores sustinent, quibus feras capere consueverunt. Deinde poterunt humi iacentes quiescere, ad imperatoris edictum præsto esse, in aduendis hostibus inuadere simul, & imperata facere, cum feras ipsi hoc modo venentur. Nec verò in fronte locati deserunt acies, quia paratissimi sunt. At in hostium fuga ubiq; illos propter locorum peritiam recte ac tuò persequuntur. Quod si exercitus suus infeliciter pugnaverit, in syluosis, abruptis, iniquisque aliis locis seipso cum cæteris non turpiter seruare poterunt. Nam consuetudo venandi non nihil eos peritiores reddit. Et hi plerumq; magna comilitonum turba fugiente, victores hostes propter locorum difficultatem errantes, suo ipsi robore & audacia repugnando, terga dare cogunt: nam fortuna ferè corporis & animi fortitudinem comitatur.

Ibidè paulo post. Dicunt verò nonnulli venationibus delectari non oportere, ne res familiaris negligatur, ne scientia

scientes qui de repub. & amicis bene merentur, eos omnes rei familiaris diligentiores esse. Quod si studiosi venationis ita se comparat, vt patria vilissimi sint: hi certè nec priuata neglexerint: nam sua cuiusque vna cum repub. seruantur, & perent. Itaque priuatas res suas & aliorum pariter tales viri conseruant. Sed eorum multi, qui hæc sine ratione dicunt, præ inuidia deligunt suo ipsorum vitio perire potius, quam aliorum virtute incolumes esse. Nam voluptates multe sunt & prauæ, quibus vitii peiora dicere vel facere compelluntur. Deinde ex inanibus dictis odia sibi comparant: ex improbis facinoribus morbos, damna, mortes: nec sibi solum, sed liberis quoq; & amicis, qui sine sensu malorū suorum, voluptates plus etiã quam ceteri sentiunt.

Incitabat autem semper enixè conuersantes Musonij sibi ad actionem huiusmodi ferè verbis usus, ex lib. de Virtus, inquiebat; est scientia non contemplatiua solum, sed etiam actiua, sicut & meditatione, & musica. Quemadmodum igitur oportet medicum & musicum, non solum contemplationes sue artis vtrumque percepisse, sed in ipsis etiam actionibus iuxta contemplationes exercitatum esse: similiter qui vir bonus est futurus, non præcepta solum ad virtutem pertingentia edidisse debet, verum exercitari quoque secundum ipsa diligenter ac enixè. Etenim

quo quis pacto statim temperans euaderet, si solum nouerit, quod à voluptatibus vincere deceat, repugnandi verò nullum exercitium habeat? Aut inustus quomodo fieret aliquis, scies quidem equalitate esse diligendam, non autem circa potioris partis cupiditatem fugiendum se exercuerit? Item fortitudinem qui comparauerit sibi ille, qui quamuis intelligit non esse terribilia, quæ hominum vulgo metuenda videntur: ut tamen intrepidum aduersus ipsa se praestet, exercitio nullo confirmatus est? Præterea quo pacto prudentes fieremus, cognoscetes quid quæ bona, quæ mala sunt reuera, non exercitii verò contemnere ista, quæ boni speciem solum referunt? Quamobrem necessarium est omnino ad doctrinam preceptorum unicuique virtuti convenientium usum & exercitationem accedere, si quam modo utilitatem affore nobis ex ipsa doctrina expectamus. Atque tanto magis exercitari conuenit futurum philosophum, quam medicinæ aut similis alicuius artis studiosum, quâto maior absolutiusque difficilior est philosophia quouis alio studio. Siquidem alias quidem artes ipsarum cupiditas accedunt animis non prius corruptis, neque contraria didicerunt antea his quæ deinde discenda sunt: philosophia autem prius multis corrupti modis impletur; malitia, sic ad virtutem se conferunt, quare hanc ob causam quoque maius exercitium requiritur.

quiritur. Quoniam igitur modo, & qua ratione conuenit ipsis exerceri? Quoniam homo non anima solum, neque corpore solo constat. sed compositum quiddam existit ex vtriusque: necesse fuerit exercentem se vtriusque curam habere, magis quidem præstantioris partis, ut decet, hoc est anime: alteram tamen non negligere, si modo nullam partem sui imperfectam habere velit. Etenim oportet corpus quoque philosophantis ad corporis officia recte constitutum esse, Virtutes namque haud raverent ad actiones vite utpote necessarium instrumentum corpus usurpant. Exercitiorum igitur aliud rectè per solam animam efficitur, aliud anime simul & corporis commune cõsendum. Communis etenim vtriusque sit exercitatio, si nos assuefaciamus ad rigorem, calorem, sitim, famem, victus tenuitatem cibilis duritiam, abstinentiam rerum suauium, & molestiarum tolerantiam: quoniam per hæc & huiusmodi tum corpus roboratur, ita ut non facile forissecus efficiatur, sed firmum, & ad quoduis opus utile sit: tum anima sic exercitata confirmatur, scilicet difficilia quidem sustinens ad fortitudinem, abstinens verò suauibus ad temperantiam. Cæterum ad alterum exercitium, quod anime solius est, pertinet, primum quidem faciles sibi & in promptu demonstrationes parare, quibus efficitur quod illa bona, quæ speciem tantum boni præseferunt, non sint bona:

Et mala quae pro malis opinione multorum habentur, non sint mala: quae autem reuera sunt bona cognoscere, atque ad discernendum à non veris affueri: deinde operam dare, neque existimata vlla mala refugere, nec vlla pro bonis habitata persequi, et à veris malis omni modo declinare, vera autem bona omni studio sequi. Haec tamen in summa propemodum dictum est, qualis uterque sit exercitandi modus: verum tamen sigillatim quoque deinceps, quomodo in singulis agendum sit explicare conabor, nullo posthac discrimine facto inter animae corporisque communia exercitia, et animae propria, sed virisque simul iunctis. Quandoquidem igitur omnes qui philosophiae sumus initiati, audiuimus et consensimus quod neque labor, neque mors, neque paupertas, vilo pacto mala sint, nec aliud quicquam alienum à malitia: et rursus bona non sint diuitiae, via, voluptas, aut quicquam quod non coniungatur cum virtute: sed quamuis ita sentiamus, propter corruptionem tamen statim à puero nobis innatam, et malam inde consuetudinem, accedente quidem labore, aliquid mali nobis contingere putamus: voluptate autem se offerente, aliquid boni putamus nobis dari: et mortem quidem cum calamitatem extremam horremus: contra vitam veluti maximum bonorum amplectimur. Ita argenti vim impeditentes, tanquam accepto dam-

no dolemus: recipientes vero tanquam adiuti gaudemus. Consimiliter in plurimis alijs, non ut rectas opiniones decet, res administramus: sed malam potius consuetudinem sequimur. Quando igitur (ut supra dicebam) haec ita se habent, oportet exercentem se conari, ut vincat seipsum adeo ne voluptati applaudat, neque laborem aueretur, et vite non nimis cupidus sit, nec mortem metuat: et pecunias accipere non maioris faciat, quam expendere.

Ille qui dixit ad vitam tranquille agendam non multa agere oportere, nec priuatim, nec publicè, hic primo magno nobis parabile animi tranquillitatem facit, utpote inertia venalem, et tanquam egrotum vnumquenque hortans versu illo tragico:

Mane miselle tuis in lectis immotus.
Si quidem cum noxiuum est medicamentum corpori, sepulta illa segnitie, tum nihilo melior animae medicus est ageritudinis et turbulentiae torpor et molliiia, socordiaque amicorum necessariorum, patriaeque desertrix. Ibidem. Ita; ne Epicurus quidem hominibus ambitiosis audisque glorie, ut se otio dedant, auctor est: sed ut ad gerendam remp. natura duce accedant: tales enim haud quaquam equo animo inturbideque laturos se ea re obatos esse, quam in primis concupierint. Sed ille ineptus, qui ad remp. asciscat

Plutarchi
in opere de
animi trans-
quillitate.

eos, qui sibi ab ea temperare nequeant, & non eos potius, qui gerende reipub. facultatem habeant. Neque verò multitudinem paucitatisque negotiorum securitatem animi anxietatemque metiri conuenit. *Honestam enim omittere, non minus quam turpia agere, molestum est turbulentum.*

Protagoras assererat, nec artem sine exercitio quicquam esse, nec exercitium sine arte.

Platonis.

Primum quidem illum qui rem agreditur non oportet assiduitate claudum esse, ita ut dimidia quidem sui parte sit assiduus, altera verò ignauius. Fit autem hoc, ubi quis gymnasia laboreque diligit, & omnia que corpore peraguntur absoluit: discendi verò, audiendi, inquirendique studiosus non est, sed in omnibus hisce laborem exosum habet. Contra qui exercitiis quidem anime dat operam, ignauius autem est corpore, hic quoque claudus est.

Apollonius

Non esse natum, nihil est: natum autem esse, labor est.

Dioni.

Res ipse dum peraguntur, non fatigantur.

Ex lib. de

memorabilibus
Epi-
cteti.

Sciendum, quod homo non facile illum sibi dogma cōparauerit, nisi quotidie eadem dicat, & audiat, & simul ad vitam accommodet.

Nicias tam erat assiduus, ut famulos saepe rogaret an lauisset, aut pransus esset.

Archimedes incumbentem abaco, & figuram quasdam ducentem, famuli per vim ab-

stra-

stratum vngebant: tunc verò figuram in corpore vncto ducebat.

Lampis nauclerus interrogatus, quomodo nauelus esset diuitias: magnas quidem respondit, non difficulter: exiguas verò, laboriose.

Omnes labores otio incundiores sunt, quando illa consequuntur homines quorum gratia laborant, aut consequuntur se sciunt. Frustrationi verò, cum spei non respondet euentus, vnum est remedium, si omnia reliqua similiter arumosa sunt & laboriosa.

Aeschylus cum certamen in Isthmo constitutum videret, & quodam percusso spectatores exclamassent, dixit ad Ionem: Viden' qualis res sit exercitatio? Qui iclus est, tacet: spectantes verò clamant.

Demosthenes interrogatus, quo pacto sibi Ex Aristotele oratoriam facultatem comparasset: plus olei, di telus Christus ait, quam vini mihi consumptum est.

Demades rogatus, quo præceptore fuisset & sus: tribunali, respondit, Atheniensium: insinuans, quod in ipsis negotiis experientia quam institutio sophistarum melior sit.

Medeam dicebat sapientem non veneficam Diogenis fuisse. Acceptis enim mollibus & effeminatis hominum corporibus, confirmasse ipsa gymnasia ac exercitiis, & robusta vigentiaque reddidisse: hinc famam emanasse, quod coquendo carnes in iuuentutem restituerit.



Platon. in *Quænam* igitur & bene, & non bene scri-
Phaedro, bendi ratio est? Nunquid opus est nobis ô Pha-
dre de his à *Lysia*, vel ab alio scribitari, qui vel
vel de pul- quandoque scripserit aliquid, vel sit scripturus,
chro. seu civile publicum opus, siue priuatum, aut car-
mine vt poëta, aut tanquam priuatus oratione
soluta? Rogas, an opus sit? Cuius enim gratia,
vt ita dicam, viuat quispiam, nisi huiusmodi
voluptatum? Non enim illarum gratia, quas
dolor necessario antecedit, alioquin voluptas
minimè prouenit, quod omnes penè voluptates
corporis habent: quare seruales non iniuria sunt
appellatæ.

Xenophô. Socrates assererat operarium esse utile ac bo-
libro. 4. de num homini: otiosum verò esse, damnosum &
fact. et dict malum. Item operari, bonum: otiosi verò ma-
Socratis. lum. Præterea boni quippiam facientes operari
dicebat, & opifices bonos esse: aleatores autem,
vel aliud quippiam prauum & noxium agen-
tes, otiosos nominabat. Quare Hesiodus rectè
dixisse videri debet, Nequaquam dedecet ope-
rari, sed otia probrosa sunt.

Ibid. lib. 1. Fortassis autè nonnulli eorū qui se appellant
philosophos, dicent, nunquam iniustum hominem
iniustum fore, aut moderatum contumeliato-
rem, aut doctum in aliquo eorum quorum do-
ctrina est tradita, indoctum in illo quod didicit
posse fieri. Ego verò de his aliter sentio. Video
nanq; quod quemadmodum ea quæ per corpus
sunt,

sunt, non queunt benefacere illis qui non exer-
ceant corpora: sic etiam qui non exerceant ani-
mum, minimè posse animi opera agere. Nec
enim quæ faciunda sunt facere, nec à quibus
abstinendum est abstinere possunt. Quæcirca
patres et si sobrios sciant liberos suos, prauorum
tamen hominum colloquia eis prohibent, quas
honorum hominum conuersatio exercitium sit
virtutis, prauorum verò destructio. Testatur
autem hoc etià qui dicit Poëta. Bona quidem
disces à bonis: quod si te misceas prauis, amit-
tes etiam insitam mentè. Quiq; ait: Vir autem
bonus, modo fortis, modo ignauus. Quibus ego
quoq; assentio. Video nanq; quod sicut carni-
num facile obliuiscuntur, qui meditatione con-
tinua non vtantur, sic illi qui negligunt, tradit
obliuioni sermones ac admonitiones præceptorū
suorum. Cum verò quispiam istorū obliuiscat-
ur sermonum, obliuiscitur etiam illorum qui-
bus animus ad desideratam sobrietatem moue-
tur. Hoc autem factò, nihil mirum profecto ip-
sam quoque sobrietatem obliuioni tradere. Con-
sidero etià illos qui ad vitium bibèdi, aut amo-
res inciderint, minus quàm antea quæ deceant
facere, & ab his quæ nõ deceant, abstinere pos-
se. Multi nanque cum in pecunia expetendâ,
antequam amassent, parci essent, post amorem
parcere non possunt: & cum pecuniam con-
sumpsissent, ab eo quæstus, à quo propter

turpitudinem antea abstinebant, amplius abstinere non queunt. Cur igitur non videatur possibile, eum qui antea sobrius erat, in posterum non sobrium effici? & quod iuste antea egerit, non posse similiter agere postea? Mihi namque videtur omnia quidem bona ac honesta exercitatione homines consequi posse, & non minus sobrietatem. Cum enim voluptates in eodem corpore cum anima insint, persuadent ei non exercere sobrietatem, sed ea quæ sibi ipsi atque corpori grata sunt agere.

Ex Serini
Scriptis.

Sybarita quidē cum peregrinatus in Lacedæmonem venisset, moribus eorum perspectis, & patientia, qua statim à pueris educatur, nihil ipsos mirum dixit præstare quod facile mortem obeant in bello, ne ita viuere cogantur.

Platonis
Theateto.

Corporum habitus quiete ac otio corrumpitur, & gymnasiis & motibus magna parte conseruatur. Itidem anime habitus, institutione ac meditatione, qui motus quidam secundum disciplinas sunt, seruatur, euaditque melior: otio autem, quod ab omni meditatione disciplinæque vacatio est, neque discit quicquam: & si edidicerit, obliuiscitur.

Cephisidorus dicebat neminem opes à se conquisitas abligurisse, sed ab alijs acceptas.

Pythagoras familiares suos hortabatur, ut optimum viuendi genus sibi deligerent: quãuis enim

enim laboriosissimum esset, consuetudine tamen iucundum fore.

Dionysius emptum Laconicum coquum parare iussit Laconicum iusculum: paratum autem non comedit, sed interrogauit quid nam eius delectaret Lacones, cum insuauissimum esset. Tum coquus, hoc iusculum non habere condimenta illa dicebat, quod Laconicum habet. Interrogauit Dionysius quæ nã essent illa, se enim imperasse promo ut omnia affatin ipsi suppeditaret. Respondit coquus, huiusmodi condimenta apud te non sunt, nempe labores ante cibum, & balneum in Eurota flumine.

Nihil autem esse mali duco admoneri, si quid Platonis in
perperam aut fecimus, aut nunc facimus. Imò Lachete.
ad sequentem vitam cautior euadat necesse est, qui modo hæc non fugiat: sed velit cupiatque discere, iuxta Solonis dictum, quandiu uiuit, nec senectam secum afferre mentem exstimet. Ibidem. Sepius audiui te dicentem, quod in eisdem bonis unusquisque nostrum sit, in quibus sapiens est: contra malus, ubi rudis & imperitus.

Otio utique abundamus, ac etiam mihi vi- Platonis in
dentur velut in aestu super caput nostrum cica- Phædro.
de canentes, & inuicē disputantes nos contueri. Si ergo nos uiderent, quemadmodum & alios multos in meridie, non disputantes quidem, sed dormitantes, ab ipsis ob uientis desiderium deli-

nitos, meritiò deriderent: existimâtes mancipia
 quædam ad eas illuc diuertisse, inq; ipso secessu
 tanquam pecudes sub umbra secus fontem me-
 ridiano somno teneri. Sin autem viderint disse-
 rentes nos, minimèque ab illarum quasi Sire-
 num illecebris captos, quo minus portum ver-
 sus enavigaremus, fortè nobis libentissimè præ-
 mium illud tribuerent, quod deorum concess-
 sione traducere ad homines possident? Quis-
 nam muneris istud est, quod possident? Nun-
 quam enim audisse videor. Non tamen decet
 Musicarum studiosum virum rerum huiusmo-
 di ignarum esse. Fertur autem, hos olim homi-
 nes ante Musas fuisse. Natis deinde Musis,
 cantuq; monstrato, illorum nonnulla voluptate
 eantus vsque adeò delinitos fuisse, vt camentes
 tribù potuinq; negligenter, imprudentèq; peri-
 rent: ex quibus deinceps cicadarum genus sit
 natum, munus hoc à Musis nactum, vt alimo-
 nia nò indigeat, sed absque cibo potuq; quãdiu
 vixerit cantet: postea vero ad Musas proficis-
 catur, quam quis hominum Musam hic colat,
 renunciaturum. Ergo Terpsichora nunciantes
 qui præcipuè illam in choris cætibûsque cele-
 brauerint, eam ipsis propitiâ reddunt. Erato
 autè eos, qui in rebus amatoris honorauerint,
 atque aliis eodem modo pro sua cuique vene-
 rationis specie. Calliope autem antiquissimè,
 eamque sequenti Urania, eos qui in philoso-
 phiâ

phia viuunt, coluntque ipsarum Musam, re-
 ferunt: que præ cæteris Musis citra cælum, at-
 que sermones tam diuinos quàm humanos ver-
 santur, vocem pulcherrimè modulantes.

DE OTIO, SER-
MO XXX.

QUIS QVIS enim victis abundè pos- Euri-
 sidens, rem quidem domesticam socor-
 dia sua neglexerit: cantibus au-
 tem delectatus, id vnum sequutus fuerit. Vir
 ille in domo quidem & ciuitate ociosus erit: a-
 micis verò nullus. Perit enim natura, vbi quis
 à dulcedine voluptatis vincitur.

Que bona sunt, scimus & cognoscimus, sed
 opere non facimus: alij propter pigritiam, alij
 Hippolyto voluptatè honestati præponetes aliquã
 aliam, coronato. sunt enim multe voluptates
 vitæ, & longè con-
 fabulationes, ac ocium, incunctum malum.

Quisquis non assuetus est experiri aduersa:
 Eiusdè in fert ille quidè, sed dolet imposta iugo
 cervice: Hecuba. & sane mortuus multo
 felicior foret, quam vi-
 uis. In malis enim vitâ agere, labor est
 ingens.

O Cleon desine negari: si discere distuleris,
 Philemone. vitam tuam omni ope destitutam
 imprudenter nis. efficies. Neque enim
 nauta, si non per vndas
 reclus apprehenderit terram, vnquam
 seipsam seruare poterit. Neque vir pauper
 qui nullam.

didicit artem, autò viuere potest. Sed pecunias possidemus. At ille cito pereunt. Sunt nobis prædia, & domus. An ignoras fortune rices, que diuiter hodie, mendicium facit in crastinum? Quòd si nostrum aliquis ad portum fortune appulerit, demittit anchora securitatis gratia. Sin temerè iactatus inepto flatu feratur, nullà in senectute pauperitatis auxiliarem habebit salutem. Sed forte dices: Sodales, amici, & familiares mihi, per Iouem collationem conferent. Quin tu potius opta non periculum facere de amicis: sin minus, nosces te ipsum aliud nihil esse quam umbram.

Hesiodi in Illi pariter indignantur & dij & homines,
Operibus quisquis ociosus rixerit fucus absq; aculeis simi
& diebus. **lus studio,** qui apam opus sine labore comedunt.
Sophoclis Nihil boni parit ocium mane: Deus enim
Iphigenia ociantibus haud absistit.
Menandri Homo sanus ociosus, quàm febricitans mul-
in Epireto miserior est: bis enim tantum comedit in-
pust. **utiliter.**

Alexidis. Nam qui gaudet edere quotidie semper, ac su-
cere cibis nullum opus dignum: sed circuire in
ocio serians, infensissimum est vitæ malum.

Euripidus Multi mortaliū hoc ritij habent, vt quã-
Antiope. us mente sapiant, nolint tamen obsequi animo
suo, vt plurimum ab amicis victi.

Hesiodi in Multa vir ociosus vana spe ductus, dum eget
Operibus. victu, mala secum ipse meditatatur. Spes autem
inuti-

inutilis indigentem virum fouet sedentem in con-
uenticulis, cui non satis victus suppetit.

Idem est ociosus & malus ciuis: Nullus enim **Euripidis**
ociosus, quamuis deos ore predicans, colligere in Melan-
victum sine laboribus potest. **nippe.**

Anaxarchus inquebat, si quis alterum au-
dire imprecantem sibi manus & pedes inuitiles,
iratum illi proculdubio fore. Diuites autem cu-
re ipsa manus suas pedesque faciant inuitiles,
interim ob hoc ipsum se beatos existimare.

Quis tandem adeo stupidus est per deos, qui **Demoste-**
non videat bellum illinc huc adueniurum, si ne- **nis Olyn-**
gligentes fuerint? Quod si fiat, timeo viri **Athiaca 1.**
thenienses, ne similiter vt illi qui pro magnis
risuris facile mutuan pecuniam accipiunt, post-
quam breue tempus abundarunt, postea ipsam
quoque sortem amittunt: ita nos etiam, si diu
fuerimus socordes, & omnia voluptatis gratia
fecerimus, multa tandem & difficilia præter
voluntatem nostram facere cogamur, & de ipsa
regione nostra periclitemur.

Ocium tabefacit corpus, animam verò socor- **Eusebii.**
dia: Exercitatio verò ad speciem Deo similli-
mam, ipsam euehit.

Cum verò de ocio, quidnam sit, consideraret, **Xenophō-**
vt plurimum dicebat se deprehendere omnes a- **tis 3. lib. de**
liquid facere: etenim qui reseris, qui que risui fastis &
excitando vacant, aliquid faciunt: nihilomi- **dictis So-**
nus huiusmodi omnes ociosos dicebat. **Liceret cratis.**



nanque eis, istis dimissis, meliora agere: à melioribus verò ad peiora migrare, nulli ocium esse. Si quis autem migret, hunc id malè facere negatis implicitum.

Platonis Nam siue lex siue officium id appellandum
3. de Legibus. sit quod modo precipimus, certè omnibus turpe illud & illiberale videri debet, vt ciuium aliquid per totã dormiat noctem, nec primus excitetur & surgat, ita vt hoc toti familie pateat. Quinetiam vt domina ab ancillis, non ancille ab ipsa primùm excitentur, turpe dicendum apud seruos, ancillas, pueros, & dominum denique si possibile sit, vniuersam. Nocte igitur exurgant, & magistratus publicum aliquid, patres verò matresq; familie in domibus propriis rem suam curent. Somnus enim multus, nec corporibus, nec animis, neque rebus gerendis, natura conducit. Nemo quidem dum dormit, alicuius precij est, non magis quam si non viueret. Quare quicumque & viuere sapere cupit maxime, quam longissimo tempore vigilet, sola sanitatis commoditate seruata. Ad hanc verò non multo opus est somno: si bene assueueris somnis. Magistratus profecto nocte in urbibus vigilantes malis hominibus tum hostibus tum ciuibus terrore sunt, amandi honorandiq; iustis, & temperatis, sibi & ciuitati vtilis vniuersa.

D B

DE VERECUNDIA,

ET PVDORE SER-

MO XXXI.

VERECUNDIA plus inuauit homines Euripidis
 quam ita. in Timeo.

Volo te reprehendere iuste, & paucis, non Eiusdem
 valde sursum palpebris impudentius reductis: in Iphige-
 sed moderatius, vt pote fratrem. Vir enim tur-
 nis in Au-
 pidis neminem vereri solet. lide.

O veneranda verecundia, vtinam omnibus Eiusdem
 hominibus conuersans impudentiam animorũ in Hippo-
 exemisses. lyto.

Verecundia, quæ viros multum ledit, & Hesiodi in
 inuauit. Operibus.

Omnis erubescens probus esse mihi videtur. Menædri
 Verecundia dignus apud omnes habebis, si in Homo-
 primùm teipsum vereri incæperis. patriis.

Malum, etiamsi solus fueris, neque dixeris, Musonij.
 neque feceris. Disce autem teipsum multo ma-
 gis quam alios reuereri. Democri-
 ti.

Pythias Aristotelis philosophi filia inter-
 rogata, qui color esset pulcherrimus, dixit: Qui
 per verecundiam ingenius oboritur.

Huiusmodi fuerint mores, qui bonitatẽ pro- Iamblichij
 bant, & verecundiam sequuntur, propter quam ad Sopa-
 turpibus cunctis abstinemus: & qui impuden-
 tiam ab anima exterminant, vt pote causam, titi.
 quod multi turpia committant.



Theophrasti. Reuerere teipsum, & non erubescas coram aliis.

Catonis. Inprimis autem existimato oportere vnquam quemque reuereri sese ipsum. Nihil enim a seipso separari vnquam posse.

Stasimi in Cypriaci. Iouem autem qui fecit, & qui isthæc omnia plantauit, non vis eloqui. Vbi enim timor, vbi pudor.

Homeri. Reuerendus mihi chare socer videri, atque grauis.

Eiusdem. Sed vereor metuoque.

Euripidis. Pudor in oculis nascitur, o sili.

in Crespote. Nullum thesaurum recondes intus meliorem reuerentia quam bonis viris Cyrene tribuit.

Theognidis. Cum peccare me puto, faciem vereor amicorum.

Agathonis. Contra enim statuo quam Poëta qui dicitur.

Platonis. Scribere cur metuâ, quâ scribo de Ioue summo.

in Euthyphrone. Namq; metus secû sociû trahit vsq; pudorem.

Ego autem à Poëta hoc discrepo, vis que discrepo tibi dicâ? Prorsus. Non videtur mihi vbiunq; timor est, ibi etiam pudor existit. Nam multi paupertatem ac morbos carere, & que huiusmodi, vt mihi videtur, metuunt, neque tamè pudore vilo in iis afficiuntur: tibi vero nonne idem? Et mihi. At vbiunq; pudor, ibi & timor. An quisquâ est qui pudore offuscitur, atq; erubescit opinionem prauitatis non formidans?

Formidat certè. Haud igitur rectè dicitur, vbi timor, vbi pudor, sed vbi pudor, & ibi timor: neq; tamen vice versa, vbiunq; timor, ibi etiam pudor. Amplior enim, vt arbitrator, est timoris quàm pudoris natura: siquidem pars timoris est pudor, quemadmodû numeri pars est impar. Ideoq; non vbiunq; numerus, ibi impar: vbi tamen impar, & numerus est.

DE IMPVDENTIA,

SERMO XXXII.

OMNES perfrecta sunt fronte, vllus amplius erubescit. Menædris.

Qui verò nec erubescere scit, neque metuere, ille primas vniuersæ tenet impudentiæ. Diphili.

Homine impudente nullum animal est confidentius. Malus enim est pudor, vbi vincit impudentia. Diphili.

Nunc verecundia quidem inter homines peruenit, at impudentia terram peragrât vbiq; Theognidis.

Hæc non est animositas, neque fortitudo, in faciem intueri amicos malè à se affectos: Sed maximus morborum inter homines omnium impudentia. Bene autem fecisti quod adueneris. Euripidis.

Omnes humane res natura consensescunt, & ad finem temporis veniunt: præter solam, vt etiam videtur, impudentiam. Hæc enim quanto

magis genus augetur mortalium, tanto fit maior quotidie.

Menandri *O Maxima deorum hoc temporis Impudentia* (si modo te deam vocare, oportet: sed oportet: nam quod imperat, pro Deo nunc habetur) *Quantum progredieris? quousque peruenitur a mihi videtur?*

Herodoti *Mulier simul cum veste pudore etiam* libro 1. *exiit.*

Xenophō *Ingratitudini verò potissimum impudentia* in 1. lib. *videtur esse comes, quæ ad omnem turpitudinem de Pædia maxima dux est.*

Cyri *Impudentia (vt breuiter definitione illam De impudens circumscribam) gloriæ contemptio est, forsitan quæstus causa indulta. Impudens autem illa qui quem frustraturus sit, ab eo aliquid mutatur: quiq; ubi diis immortalibus sacra mutatur: et auerit, apud alium cenat, ipse carnes suas saltem conditas recondit: & ministro accersito panem & carnem largitur è mensa, ac audientibus cunctis vescere, aut honoratissime. Dumq; obsonium emittit, laus commemorat, si quis illa in re nunquam emolumento fuerit, & ubi ad stateram constitit, carniem, vel saltem ossium aliquid ingerit in lancem supra pondus: quod si acceperit, rectè habet: si minus, ex mensa arrepto intestino aliquo cum risu discedit: & quam hospitibus suis carnes emittit, in spectaculis aliquandiu immoratur, priusquam debitam*

eis partem det. *Ad conuiuia postridie etiam una cum liberis & pedagogo redit. Iam si quis aliquid emerit, deferatque, sibi quoque iubet impartiri. Ex aliena domo mutatus hordeæ, interdum & paleas, cogit eos, à quibus mutua accepit, ad se domum deportare. Nec balneas petens veretur ad aliena accedere, & seipsum hausta aqua perfundere, exclamante balneatore, & abiens sese lotum dicit subdēs, nullam tibi habeo gratiam.*

DE TACITVRNITATE,

SERMO XXXIII.

MVLTI enim hominibus pharacini. *Cum malorum est taciturnitas, quæ peculiaris est frangi moribus.*

Nil vtilius est quicquam silentio. **Menandri.**

O puer tace: multa continet bona silentium. **Sophoclis.**

Linguam imprimis ubique moderari coneris.

Nam tum seni, tum iuueni conciliat honorem **Chæcæti.**

compos silentij lingua tempestiui.

Silentij premium periculo vacat. **Atheno-**

Nil est quicquam præstantius quam tacerere. **dori.**

Satius est tacere, quam temerè loqui. **Amphiditi.**

Cum quidam ad tacentem Cleanthem dixisset, Cleanthis.

Tu quid taces? Atqui iucundum est cum amicis

consulabari. Iucundius quidem, respondit Cleanthes: sed quo iucundius est, eo magis in hoc amicis oportet concedere.

Plutarchi Præter hoc, continentia lingua, exigua virtus in libro, tantis pars, rationi subiecti & morigerata fieri non potest: nisi quis multo studio, cura & inquis fructus dicitur, pessimos affectus, qualis ira est, de ab inimicis uicerit.

Zenon ab Antigoni legatis Athenas missis una cum aliis philosophis ad conuiuium uocatus est: & cum reliqui inter pocula suam quisque eruditionem ostentarent, ipse tacebat. Cum autem legati interrogarent, quid Antigono deberent de ipso renuntiare: Hoc ipsum, dixit, quod uidetis. Oratio enim omnium est difficillima moderatu.

Xenocrates singulas diei partes certis negotiis assignans, silentio quoque suam partem dabat.

Simonides aiebat nunquam se penituisse silentij, dictionum autem sepius.

Amnitendum est sedulo, ut nihil indecens eloquamur. Est enim uiri plane imperiti, non posse tacere, sed que non decet efferre.

Diogenes ad quendam, qui se philosophum profitebatur, interrogabat uero contentiosus: Vah miser, dixit, cum id quod optimum est in uita philosophi corrumpas, uerbis tamen audes te philosophum iactare.

Theocritus à blaterone quodam interrogatus, ubi

ubi cras uisurus esset ipsum: Illic, dixit, ubi ego te non uideam.

Ne me existimetis Athenienses ignorare Dionis, aliam Demo quam tutum sit silentium. sthenis.

Quantum commedauerit Homerus taciturnitatem, per hæc luculenter ostenditur: inquit Plutarchus enim, O Thersita loquens sine iudicio, & si uehemens concionator sis, desine, ac solus contendere cum rege noli. Et cum Telemachus dixisset: Nimirum deorum aliquis intus est, qui celum incolunt amplum. Reprehendens pater subiicit: Tace, animumque contine, nec interrogaueris. Hic equidem mos est diuorum cælicolarum. Hoc interpretationem Pythagorici nominantes, nihil respõdebat de diuinis rebus, quoquomodo interrogarentur.

DE TEMPESTIVA ORATIONE, SERMO XXXIIII.

Euripidis, nysii.

AVT dic aliquid silentio melius, aut alias Dionysii.

Simplex est oratio: ne dixeris. nam dicere bene malum est, si quid incommoditatis afferat. in Archelao.

Nisi contineris linguam, mala tibi contingent. Eiusdem in Aegeo.

Nulla est oratio que longa uideatur, quando ad ipsam rerum naturam uerba accomodantur. Antiochi, alias Antiphani.



Aeschyl. Potius mordendum os est, quam hæc dicenda.
Iſocratis Duo tibi tempora dicendi præſcribe, ut vel
 ad Demo- de rebus indubie tibi perſpectis, vel necessariis
 nicum, verba facias. In iſtis enim ſolis oratio præſtat
 ſilentio: in aliis verò tacendum potius quam lo-
 quendum.

*Pythagoras dicebat, aut oportet ſilere, aut af-
 ferre meliora ſilentio.*

*Aut ſilentium tempeſtuum, aut orationem
 ritilem habeas.*

Verba ſilentio, ſilentio tēpeſtuitate claudas.

*Aſchines Socraticus reprehensus de ſilenti-
 o, cum Socratem præceptorem habuiſſet:
 Non loqui ſolum (dixit) à Socrate, ſed etiam
 ſilere didici.*

**Pythago- Optabilis, tibi ſit lapidem temere proicere,
 ra.** quam ſermonem otioſum.

Euripidis Taceſne? At ſilentium obſcurus eſt interpres
 in Andro- ſermonis.

meda. Sapientem inter ſultos multa loqui, indecorū
 eſt. Et ruruſ ſemper tacere, impoſſibile.

**Theogni- Præſige tibi certum modum & characterem,
 dis.** quem obſerues tum ſolus tecum, tum aliis con-
 uerſans. Silentium ut plurimum eſto, aut ne-
 ceſſaria dicantur idque paucis. Rarenter au-
 tem interdum per occaſionem ad dicendum ve-
 niemus, ſed nulla de re leui, non de athletis, aut
 gladiatoribus, aut equis, aut cibus, vel potioni-
 bus, que in ſingulis regionum habentur neque
 de ho-

de hominibus vituperando, laudandoue ipſos,
 aut inter ſe conferendo. Deinde operanda, ne
 in colloquia plebeia deſcendas: ſed ſi quidē fieri
 poteſt, orationem tranſſer ad aliquid decorum:
 ſi minus, ſilentium age.

Solon inter pocula tacitus interroganti Pe-
 riarandro, an propter verborum inopiaſiam, aut ob
 ſtultitiam taceret, reſpōdit: Atqui nullus ſtul-
 torum in conuiuium ſilentium præſtare poteſt.

*Adoleſcens quidam ex illis, qui cum Dio- Ex Chrō
 gene verſabatur, interrogatus ab ipſo, tacebat. Dionis.
 Tam Diogenes: Non putas, inquit, cuiusdē eſſe,
 que dicenda ſint ſcire, & quando: & quaſi
 dicenda ſint, & apud quem?*

*Cleoſtratus ei qui dixerat, nō te pudet ebrie-
 tatis? reſpondit: Te verò non pudet ebrionem
 admonere?*

*Ridiculo ſermone tanquam ſale, parçē uten-
 dum eſt.*

*Multarum rerum cognitio aut valde inuat,
 aut valde ledit habentem. Inuat quidem virū
 dextrum & communem: ledit verò illum, qui
 facile quemuis ſermonem, & apud quoſuis elo-
 quitur. Oportet autem occaſionis modum noſ-
 ſe. Is enim ſapientiæ terminus eſt. Qui verò in-
 tempeſtue cantilenam Muſicam quamuis do-
 ctō cecinerint, illi non approbantur, ſed criminoſi
 ſtultitiæ ſubeunt.*

DE BREUITATE IN
DICENDO, SER-
MO XXXV.

Hesiodi in Operibus. LINGVÆ thesaurus est optimus inter homines parca, & plurimū gratiæ meretur, si fuerit moderata.

Eupolid. in Domis. Relinquam ambages in dicēdo: Eloquar autem rem ipsam intra suos fines.

Euripid. in Acolo. O pueri, istud sapientis est viri, paucis plurima posse verba bene complecti.

Sophocl. in Alete. Orationi breui multum inest sapientiæ.

Menād. in Alete. Imprudentes sermones hoc solo iuuantur, si fiant breues, & temporis modum habeant.

Epāgello- meno. De omnibus contendis, licet ne vnum quidem intelligas. Literas oportet discere, ac insuper prudenter esse.

Philonidis Nam si quis multa dixerit, admiratione dignus erit: Sed potius qui pauca pronunciauit, si fuerint vtilia.

Pythagore Ne multis verbis pauca cōprehendas, sed paucis multa.

Lycurgus interroganti, quamobrem Lacedæmonij breuiloquium surparent: Quoniam silentio finitimum est respondit.

Ex Epicte In omni negotio nihil adeo prospicere debes, est Enchiridion quam vt tutum securumq; sit, quod agis, Est autem tuius tacere, quam loqui. Ceterū iis dicendis qua mente & ratione carent, superse-

debis.

debis. Ad sit quoq; nimietas in dicendo, & propriorum facinorum aut periculorum commemoratio. Non enim similiter vt tibi mentio nem de tuis periculis facere, sic & aliis, que tibi contigerunt, audire incundum est.

Vrbem nostram omnes Greci existimāt elegantē & copiæ sermonis studiosam esse: Lacedæmonem verò breuitati, & Cretam sensu fecunditati potius, quam verborum multitudini studere.

DE GARRVLITATE,
SERMO XXXVI.

MULTIS hominibus non vlla ianua lingue obditur conueniens, & multa in ipsis occultanda comparent. Sæpius enim latitās malum intrinsecus processit. Melius autē fuerit boni quippiā egredi, quā malū.

Nulla fides lingue est, que alienos quidem animos hominum admonere callet: ipsa verò ex sese plurima mala possidet.

Non primū nunc mihi sed sæpius, o Creon, lingua nocuit, & ingentia mala tulit.

Garrulitas est deambulatio lingue. Nūquam agis, dum philosopharis intempestiue.

Et verbū aliquod protulit, quod melius fuisse indictum.

Sed semper immodeste verba fundis. Non te

Plat. lib. 2

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.

Legum.



posthac oportet intempestiuum esse loquendo.

Nicostrati Si continue, & multa, celeriterq; loqui, si-
gnum esset prudentia: tum hirundines diceren-
tur nullo sapientiores nobis.

Euripid. in Tu verò linguā quidē volubitē habes, uti vir
Pentheæ. prudens: sed sermonibus tuis nulla mens inest.

Eiusdē in Decorum silentium corona est viri boni, Lo-
Antiope. quacitas autem neq; iucundum aliquid habet,
& mala est conuersationi, & inutilis ciuitati.

Sophocl. in Quid tibi vis amplius cum tanta garrulita-
Aleadis. re? verba enim nimia molesta sunt ubiq;.

Menādri. Turpe est cum quis disertus dicēdo manes lin-
gua sermones ei aculatur.

Euripid. in In fenis oris, ac illegitima stultitia, finis est
Bacchis. infortunium.

Menādri. Neq; ex manu dimittentē pēderosum lapidē
facile est cohibere, neque ex lingua sermonem.

Aeschyl. Tyrannicum quiddam est, multa scire loqui.

Euripid. in Quisquis multa loquendo delectatur, is non
Diclye. intelligit, presentibus se esse molestum.

Philemon. Inani lingue damnum impingitur.

Eum qui nihil opportunē dicit, longum exi-
stima, licet duas tantum syllabas pronuntiarit.
At bene dicentem ne longum existimes, etsi
per multa dixerit, & longo tempore. Huius in-
dicium **Homerum** accipe: is enim nobis myria-
des scribit versuum, nullus tamen **Homerum**
appellauit longum.

Zenon ad volentem plura loqui quam audi-
re: ad

re: adolescēs, dixit, natura nobis linguā vnam,
aures verò binas dedit, scilicet vt duplo plus au-
diamus, quam loquamur.

Theocritus cum **Anaximenes** orationē ha-
biturus esset: incipit verborum quidem flumen,
mentis autem gutta, dixit.

Diogenes aliquando à **Platone** tres ex eius
horto carycas petiit. Cū autē **Plato** medimnū,
id est sex modios ei misisset: ita, dixit, interroga-
tus quoque respondes innumera.

Plato cum **Antisthenes** aliquando in dia-
triba longam orationem habuisset: ignoras, di-
xit, quōdā dicendū modus non penes loquentem,
sed audientem est.

Adolescens quidam in **Academia** de stul- **Zenon.**
tis quibusdam negotiis loquebatur, cui **Zenon**
dixit: Nisi lingua in mentem intincta differue-
ris, adhuc multo amplius dicendo delinques.

Auaritia quaedam est, omnia velle dicere, **Democritus**
& nihil audire.

Isocrates orator cum locutuleius quidam no-
mine **Carcon** in disciplinam eius recipi veller,
duplicem mercedē postulauit. Illi verò causam
interroganti, dixit: Alteram quidem peto, vt
loqui discas: alteram autem, vt tacere.

Zenon ē discipulis suis aliquos aiebat esse
Pericles, id est, variæ rerum cognitionis stu-
diosos: alios verò **Deysodorus**, id est, loquendi tā-
tum studiosos.

Theocritus. Cum vir quidam litigiosus interrogaret eum, an virtus utilis esset, renuit: non volens verbis respondendis ei occasionem dare litigandi.

Apollon. ad familiares. Loquacitas multos errores habet: tacere autem tutum est.

Eiusdē ad. Optimi hominum in dicēdo breuissimi sunt.

Euphratē. Linguaces verò si tantum molestie caperent, quanta reliquos afficiunt, haud sanè longos sermones traherent.

Eusebii. Homines magnum possident vallum dentium ad coercendos leues sermones. Verum enim verò in omni re iudicio mentis indigenus: quæ si verba non direxerit, sepius ante consultationē effugiunt: et tanto vallo neglecto, citra iudicium ante tempus foras ruunt.

Xenoph. lib. de Pædia Cyri. Præterea ob discendi studium multa et ipse semper à presentibus requirebat, ut haberent: et quæcumque per alios quesita essent, ob dexteritatem ingenij celeriter respondebat. Quare ex his omnibus multus ei sermo constabatur. Sed quemadmodum ij iuuenes, qui quaquam corporibus supra ætatem adoleuerunt, ostendunt tamen iuuenile quiddam, id quod annorum paucitatem arguit: ita ex Cyri multiloquio nō audacia promebatur, sed simplicitas quædam atque lenitas: quo fiebat, ut quis cuperet plura etiam cum dicendo audire, quam tacenti adesse.

De loqua- Loquacitas, si cui desinare libeat, nihil quàm sermonis

sermonis incontinentia videtur. Loquax verò citate, et ille, qui cum aliquo colloquens, quicquid alter Theophrastulerit, nihil illum dicere asserat: et quod si notis,

ipse rem omnem calleat, atque illum si audire velit intelleturum. Loquente altero, sepe interpellat. Itane ais? ne obliuiscere quod dicturus eras, bene habet quod me admonuisti, et, quæ utilis res est oratio. et, id quod omiseram. et, statim sanè rem percepisti. et, iamdiu obseruabam, an idem tue sententiæ propositum futurum esset. Et alia huiusmodi argumenta mouere solet, ad eò ut vix respirandi tempus colloquenti concedatur. Et quum singulos loquendo obtulerit, ea facultate valet, ut in cuncta collectamque multitudinem proficiscens, dum maxima in re consocianda est negotium, relinquere cogat atque discedere. Si quando scholas autem palæstras ingreditur, prohibet pueros tam multa ante tempus discere. et cum ludimagistris ac præceptoribus sermonem confert: abeuntibus quoque ad eos in domum constituat, se comitem adhibet. Quum de cōcionibus aliquid audierit, id promulgat, et prælium, quod vel Aristophontis oratoris tempore, vel Lacedæmoniorum Lysandro duce confectum est, refert. Ad hæc quas ipse ad populum orationes cum summa laude et approbatione habuerit. Deinde verò in multitudine delatus, oratione in eam vehementer inuehitur, ut ij qui audiunt aut in obliuionem

adducantur: aut detenti somno, dormire incipiant: aut eam loquentem deserant, atque discedant. Si inter iudices sit, impedit iudicium perfici, si spectaculo adsit, alios spectare non sinit. Si cum aliis cenat, discumbentibus quominus cenent, impedimento est, inquit homo loquaci difficillimum esse tacere: tum linguam in humore versari: nec se unquam taciturum, ne si sciat loquacitatem hirundinibus se visum iri, Salibus vero canillisque quum prouocatur, equo animo fert. A liberis suis iam proclius ad somnum, audit, Narra queso nobis aliquid, ut somnus nobis obrepat.

De importuna dicendi ex Notis Theophr. Importuna est longa et inconsiderata orationis expositio. Importunus vero is est, qui cum in hominem vel ignotum inciderit, huic iuxta adsidens primum coniugis suae laudes tollit: tum quae per noctem somnia viderit, enarrat: deinde sercula quot in caena habuerit, sigillatim percurrit. Deinde in progressu, addit quam nostri temporis homines sunt veteribus illis virtute inferiores. Et ut in foro annonae cara est, quam multi peregrini in ciuitatem veniunt, ut à Bacchanalibus commodum sit ad nauigandum mare, tum si Iuppiter imbre demiserit, ex terra fructus multo uberiores fieri, quodque agrum suum in annum proximum culturus sit, et quam multis angaribus solitudinibusque hominum vita implicata sit. Ad haec

haec ut Damippus in mysterijs ingentem facem statuit, quod in Oede columna erecta sunt. Hesterno mihi die vomitus concitatus est, quis hodie dies est? Quod si quis se illi ad audiendum dederit, suum non faciet: addet, quod mense Iunio Mysteria celebretur, Iulio vero Apaturia, Septembri mense in agris Bacchanalia fiant. Huiusmodi igitur homines reiiciendi ac procul amouendi sunt, si quis se febre liberatum vult esse: difficile est enim illis loquentibus diutius interesse, qui otij et negotij discrimen nesciunt.

DE BONITATE
SERMO XXXVII.

NULLVS bonorum malum facinus cō Menādri mittit.
Quam iucunda res est bonitas prudentiae Eiusdem iuncta.

O Cyrne vir quidem bonus animū semper Theognidis habet constantem, et animosus est tum in malis, tum in bonis constitutus. Cum vero Deus homini malo victum et opes largitus est, insipiens victum non retinere potest.

Nullus bonorum male viuendo bonam de se Sophocleis formam deonestare vult. Electra.

Tu quidem ad nones omnia, quae tui sunt officij, monuisse: me vero ad faciendum quod decet,

- non oratio tua, crede mihi planè sed proprij mo-
res persuadent.
- Eiusdem.** Vir bonus multis in locis salutaris est.
Res bonas facere, hominis est officij ingenui.
- Eiusdem.** Maximum bonum est probitas cum pru-
dentia.
- Diphili.** O quam felix res est prudentia bonis conium-
Ménad. in Ela moribus,
- Homopatr.** Illi qui boni consentur, certum est viaticum in
omni tempore, & quavis inclinatione fortunæ.
- Eiusdem in Pallace.** Hominum bonorum aliquam curam suscipit
etiam Deus.
- Eiusdem.** Et in rebus perplexis vir bonus utilis est.
- Antiphan.** Iusti mores peculium sunt preciosissimum.
- Posidippi.** Propter artem quidem familiares mihi com-
paravi multos: propter mores verò plurimos
amicos.
- Pirithi.** Mos bonus stabilior est lege: illum enim nul-
lus unquam percurrere possit orator: at legem
sursum ac deorsum verbis turbatam sepius cor-
rumpit.
- Epechar.** Ipsam hominibus ingenij vel bonus, vel ma-
lus demon est.
- Theognid.** Viros bonos sequitur prudentia & verecun-
dia, quorum nunc inter multos exiguus est
numerus.
- Ménadri.** Beata res est bonitas, per Minervam, ubiq;
& mirum vie viaticum. Ego enim cum illo
homine modicam diei partem colloquutus in
bene-

- benevolentiam eius nunc perveni. Ipsa persua-
det oratio. Sic enim fortè quispiam, præsertim
sapientium, mihi dixerit: Cur igitur aliquos
loquentes non prosequimur odio?
- Mores dicentis, non sermones persuadent. Ménadri.
Probitas & moderatio utilis est in calami Euripidis &
tatibus. Auge.
- Boni paucis legibus indigent. Non enim res Theophras-
tæ ponuntur ad leges: sed contra, leges secundum st.
ipsas res feruntur.
- Probum esse, res est multis pecuniis utilis. Demosthe.
Bonum aut esse oportet, aut simulare. Democriti
- Lycurgus legislator dixit dignitatem suam au-
toritatem istam, qua movemur ad facilius mu-
tuò dandum aliquid, in opibus hominum sitam
esse: illam verò, quæ nos ad facilius fidem ha-
bendam inducit, in moribus.
- Aristippus interrogatus, quid esset admi-
randum in vita: Vir probus, respondit, & mo-
deratus, quoniam etsi inter multos improbos
agat, non tamen pervertitur.
- Quibus bene compositi sunt mores, illis etiam Democriti
tota vita bene constituta est.
- Vestis quidem corporis inconcinnitatem, be- Socratis.
nevolentia verò peccatum obtegit.
- Quid si tibi, ô Critobule, ab initio enarrem, Xenopho-
quemadmodum sum olim congressus cum viro, tu in Oeco
qui mihi vnus visus est ex his, qui iure nomen nomico.
hec egregij atq; boni viri assequuntur? Liben-



ter equidē audiuerim, Nam & ego quoq; tū
nomine dignari exopto. Dicā, nempe quoniam
modo in ipsius venerim meditationem. Bonos
enim architectos, bonos item fabros ararios pi-
clores, statuarios, aliosq; huiusmodi ex eorum
operibus breui tempore perspexi ac probaui.
Vir autem qui egregius atq; bonus vocaretur.
perscrutatus sum quidnam potissimum ageret.
quamobrem hoc sibi merito nomen vsurparet:
ac primum periclitatus, si quem aspicerem
egregium, an eūdem etiam bonum inuenirem:
quae me ratio longē sefellit. Nam & quosdam
egregios forma, improbos tamē animō aduerti-
Itaq; statui mecum ipse, dimissa pulchritudine
formae, adire aliquem ex illis, qui boni & egre-
gij nominantur.

Eiusdem. Etenim egregia & bona, inquiebam ego,
non propter pulchritudines, sed propter vitā
virtutes hominibus incrementum capiunt.

Themisthocles praedium vendens praconem
diulgare iussit, quod vicinum quoq; bonum
habeat.

Solonis. Probitatem morum habere debes, quae plus
fidei mereatur, quam iusurandum.

Aristoteles philosophus rogatus à quodam
improbo, aliquid pecuniae ei dedit: propter quod
reprehensus à quodam, ut qui homini nequam
dedisset: non homini, dixit, sed humanitati.

Tamblichii Bonus existimandus est, qui perfectissimam
est io-

actionem iuxta mentem separabilem conser-
uat, & participationem intelligibilis pulchri-
tudinis suscipit, ac essentia potentiaq; Dei par-
ticeps est.

Demosthenes cum aliquando concionare-
tur, & Phocionem accedentem videret, dixit:
Orationis meae malleus & bipennis aduenit,
Ad eo non tantum sermones, quam mores per-
suadere possunt.

Scipio Polybij praeceptum seruans, conabatur
non, prius ex foro domū reuerti, quam aliquem
sibi familiarem & amicum effecisset.

Bias dixit, boni faciles sunt decepti.

Phocion cum ei centū talenta Alexander
dono misisset, adferentes interrogauit, quamob-
rem ex tanto Atheniensium numero sibi so-
li ea mitteret. Illi responderunt, quoniam solum
ipsum existimaret honestum egregiumq; vi-
rum. Quin igitur, dixit, me talem tum videri,
tum esse sinat.

Praxsi vicinos si fame prematur, alit. Thy Ex Nico-
ni naufragos humaniter suscipientes in amicitia lai collecta
recipiunt. Hospites qui sponte venerunt, valde neis de Ato
colunt: qui inuit, puniunt. ribus.

DE INVIDIA, SER- MO XXXVIII.

INVIDIA in sese hoc solum probè facit, Phileno-
quod qui mores ipsius diligit, illum in pri-
uis.

mis ledat semper conuersans ipsi.

Dionysii. Deinde hoc etiam non cognoscis, quod illi qui nihil sunt, nemo prorsus inuidet? Semper omnia precellentia comitem habent inuidiam. Omne quod intellectu prestat, inuidiosum est.

Charetis. Noli inuidere fortunatis, ne videare malus. Inuidia res est omnium iniustissima. Caterum ego inter homines tandem mihi videor esse fortunatus, quamdiu inuidiosus fuero.

Diogenis. Pauper existens, habentibus non inuideto. Sunt hodie quidam, quos alit inuidia.

Agatho. Pereat quisquis inuidet bona possidentibus.

Euripidii. Quenam genitrix, aut quis genitor ingens malum produxit hominibus infansum inuidiam? Vbi tandem, & quam corporis nacta partem habitat? In manibusne, aut visceribus, aut oculis est nobis? O quantus esset labor medicis exindere ipsam, vel potionibus vel pharmacis expellere: utpote morborum omnium, quibus capiuntur homines, multo maximum.

Euripidii. Inuidia, que multorum animos corrumpit hominum, perdidit ipsum, & me quoque pariter.

Nicomachi. Difficile fuerit in hac degentem vita omnes invidentium oculos latuisse.

Menædri. Inuidus hostis est sibiipsi: Spontaneis enim semper tenetur molestus.

Agatho. Haud vlla foret in vita hominum inuidia, si omnium esset equalis conditio.

Euripidii. Inuidens, utpote sortis ipsi deterioris. Solet enim

enim inuidia ad res illustres prosilire. **Bellerophi**

Inuidiam non probo: velim tamen propter te, bona mihi ab aliis inuideri. **Euripidii**

Inuidia dea est pessima, & iniustissima, malis Phænice.

lisque gaudet, & bonis tristatur. **Hippothoontis**

Nullus hominum illi viro male dicere possit, neque si ipsa fuerit inuidia malevolentior.

Oportet aut aliquid boni dicere, aut bene dicentibus non insensum esse inuidia victum.

Gaudeo te invidentem aspicere, sciens quod Carcini.

mihi quiddam peculiare sibi facit inuidia. Ipsa enim possessio possessorem suum offendit.

Iam enim aliquando vidi etiam iustitie defensores bonos vinci ab improba inuidia. **Euripidii**

Hei mihi, moriar propter excellentiam ingenij, que reliquis hominibus salutaris est. **Alexandra.**

Quis est qui cuperet amicos sibi non inuidere? **Epicarmi.**

Proculdubio enim nullus est hominum, cui nemo inuideat. Conspiciens aliquis cæcum misericordia hominis, nullus autem inuidia mouetur.

Inuidia misericordia prestat. **Pindari.**

Sapientie causa potius quam diuitiarum inuidere decet. **Agathoni.**

Multa me doces abunde propter inuidiam, ut audiens quam plurima, ne unum quidem nis.

addiscam. **Philemonis.**

Et sigulus sigulii emulatur, & faber fabri: Hesiodi in mendicis inuidet mendico, & poeta poetæ. **Operibus.**

Nec uxorem amice neque diuitias immen- **Sophocles**



fas optarim habere domi. Sunt enim occasio-
nes inuidiæ.

Eiusdē in Epigonis. Infamia solet propter quā inuidiā tangitur,
in turpibus vincere potius, quam honestis.
Lucilij. Cum in altiorē crucem aliam quā se affē-
gi inuidus Diophon iuxta videret, contabuit.

Incerti. Inuidiā ipsa suis telis conficitur.
Pessima res inuidiā, hoc vnum in se boni ha-
bet, quod inuidorum oculos & cor tabefacit.

Pallade. Inuidiā, teste Pindaro, magis optanda est
quā miseratio. Qui patiuntur inuidiā splendide
vitam degunt: valde infortunatorum au-
tem nos miseret. Vtinam ego sim nec admodū
fortunatus, nec etiam miserabilis. Optima est
mediocritas. Summus enim status solet pericu-
lōsus esse, infimus verō contumeliā non caret.

Eiusdē. O maximā inuidiā improbitatem, Inui-
dus odit fortunatū, quem Deus amat. Aded
stolidi per inuidiam erramus: adeo facile serui-
mus stultitiæ. Nos Græci homines sumus ni-
hili, mortuorum sepultas spes habentes. Res
enim omnes peruesse iam sunt.

Eiusdē. Si quis odit hominem, quem Deus amat, ma-
ximā stultitiā sibi inducit. Manifeste enim
contra ipsum Deum pugnat, maximam iram
ex inuidiā recipiens. Amandus enim est ille,
quem Deus amat.

Sophoclis in Aiace. Ad habentem enim inuidiā serpit.
Phocylidis Ne inuideas bona sociis, ne crimen incurras.

Sine

Sine inuidiā cœlestes etiam inter se sunt. Non
inuidet luna multo præstantioribus solis ra-
diis: non tellus altitudini cœlesti, cum ipsa sit
maior: non flumina mari: sed concordiam a-
nt perpetuam.

Per paucis hominū hoc ingenium est, ut ami-
cum fortunatum sine inuidiā colant. **Aeschyll.**

Adolescens haud videris mihi intelligere, **Menædri.**
quod res singule ab insito aliquo vitio pereūt,
& omnes corruptionis cause veniunt intrin-
secus. Ut ferrugo si consideres ferrum: si vesces,
timeat: teredo, si lignum species. Inuidiā verō
malorum omnium pessima tabidum fecit ho-
minem, & faciet, & facit propter impiam an-
imæ prauæ cogitationes.

Theophrastus dixit improbos homines non
tā propriis bonis gaudere, quā alienis malis.

Inuidiam aliqui sumo comparāt. Cum enim **Plutarchi**
ab initio abundet, mox illustratis illis quibus in libro de
inuidetur, euanescit. Proinde senioribus mini-
mè inuidet.

Hippias dicit duplicem inuidiam esse: in-
stam quidem, cum quis inuidet improbis hono-
ratis: inistam verō, cum, bonis. Et inuidi du-
plo magis quā ceteri calamitosi sunt: non
enim solum propriis malis granantur, ut alij,
sed alienis quoque bonis.

Bono viro nunquam ulla quauis de re in-
uascitur inuidiā. **Plutoni** &
Tinnæ.

Socratis. Pulchritudo fame cito marcescit, ex inuidia, ceu morbo quodam.

Ex Aristonymi cōm- vmbra: incenditibus vero per gloriam, cometribus dia- est inuidia.

Inuidia tanquam malus demagogus (id est ambitiosus administrator reipub. popularis)

Ex Aristonimi To- tristitia non maximum est malū, quod inuidiam sequitur: sed aliud multo maius, nempe quod in familiares etiā extenditur affectus inuidiæ: Quod cum turpe sit ac improbum, merito maius habetur malum, quā tristitia.

Ensebj. Si quis inuidet bono viro fortunato, is etiam patriæ. ac toti reip. denique sibip̄si inuidet. Nam vir bonus feliciter agens, communis est prosperitas & ciuitatis, & vniuscuiusque, qui felicitatis eius particeps fieri potest.

Inuidia otiosa & inefficax est aduersus homines pulcherrimis rebus claros: probos verò & aliquid ex seipsis boni producere idoneos, penitus, non attingit.

Isocratis in Nicolæ. Non inuideate prestando vos bonos viros illis adequari.

Thucydidi. Inuidia resistit viuis. Defunctus verò ut qui neminem impediatur, beneuolentia constanti & libera colitur.

Isocratis in Florum causa est inuidia, cui hoc vniū adest bonū

boni, quod maximo malo se possidentibus est. **Euagora.** Inuidi hoc sunt reliquis infeliciores, quod Theophrastus alij suis solum calamitatibus dolent. Inuidi si verò præter sua mala, bonis etiam alienis contristari pergunt.

Nam qui cum inuidia indicant, principatū Anaximenes. pessimis attribuant, non optimis.

Nam qui bene dicta factaque propter inuidiam verbis non laudant, quomodo illi re ipsa iurarent?

Malos reprehendentes vir bonus non curat. **Democritus.** Inuidus seipsum tanquam hostem offendit. **Eiusdem.**

Socrates inuidiam dixit vlcus esse anime. Cum verò pax iam esset, & ciuitas in pretio haberetur: contigit ipsi (quod fortunatis Menexenus hominibus euenire solet) primum emulatio, deinde inuidia.

Bion sophista cum vidisset quendam inuidum vultu profusus in terram deiecto, dixit:

Aut huic magnum malum contigit, aut alteri cuiquam magnum bonum.

Nemini inuideas. **Periandri.** Idem.

Quemadmodum rubigo propria est frumenti egritudo: sic inuidia amicitie est infirmitas.

Vt erugo ferrum, sic inuidia animam illius, Idem. eni inest, conterit.

Quo magis utique inuidebis, tanto maiorem Idem. spes causa bonorum illi cui inuides.

Minimè inuideri dicebat illis, quò fortuna Catoniam a

toris.

sua bene ac moderare videntur. Non enim
 his homines, sed rebus nostris invident.

Ex Nicolai historia Telchinum gens originem ex Creta sumpsit
 habitavit autem etiam in Cypro, & inde mi-
 de moribus grauit in Rhodum, quam insulam ipsi primi
 occupauerunt. Erant autem perquam maligni
 & inuidi. Cum vero artifices essent, ac imita-
 rentur opera prisorum, Minervæ Telchimiæ
 simulachrum primi constituerunt, quasi quis di-
 xerit, inuidiæ Minervæ.

Democriti Leges non prohibuissent singulos arbitrio suo
 vivere, nisi alter alteri fuisset iniurius. Et enim
 inuidia, seditionis parit initium.

Apollo- Nemini inuidendum est. Boni enim bona for-
 tuna ad fra-
 tres. tina digni sunt: mali vero in eadem male
 viuunt.

Eusebii. Vir multis quidem scientiis eruditus, sed ob ani-
 mi malitiam inuidiamque nolens alijs deside-
 rantibus communicare, similis est malo vase,
 quod in se multa & bona recondit, sed ante-
 quam usum sui prebeant, corrumpit.

Xenopho- Considerans autem quid inuidia sit, dolorem
 tis lib. 3. de quendam reperiebat eam esse, non tamen nec
 fastu & in aduersa amicorum, nec in secunda fortuna
 dictis So- inimicorum: sed illos inuidere aiebat, qui in
 amicum. amicorum prosperitate doleant. Cum vere qui-
 dam mixarentur, si quis alterum amans eius-
 dem prosperitate doleret: ostendebat multos
 esse ita erga quosdam affectos, ut eos aduersi-

late laborantes non possint negligere, sed pro
 virili succurrant, successu vero eorum doleant.
 Hoc autem prudenti viro minime, sed stolidis
 contingere asserebat.

Quoniam cuius quidem civi prospere viventi Herodoti
 ti invidet, & clam insensus est, Neque consu- lib. 7. histo-
 lenti civi alius civis, quæ sibi videntur optima
 fugeret, nisi multum in virtute profecerit,
 quales rari sunt. Peregrinus autem feliciter
 agenti peregrinus omnium maxime benevolus
 est, & petenti quàm optima dabit consilia.

Ceterum invidus apparebit gaudere malis Platonis &
 Propinquorum. Valde sære. Philebo.

Nihil inter omnia bona tam firmum est, Iosippi in
 quod invidia perpetuo resistat. opere de ca-
 ptiuitate.

DE PATRIA, SER- MO XXXIX.

Conuenit omni ratione & arte amantes Euripidus.
 Patriam salutem eius moliri.

Ne fatigeris, dum patriam recuperare studes.
 Navale solum, ut conuenit gratissimum est
 hominibus, neque verbis eius dulcedinem expri-
 mere possim. Multo enim auro & opibus
 antecellit patria ad inhabitandum prudenti
 viro. Num quod nature cognatum est & fa-
 miliare, nescio quam sui dulcedinem mor-
 talibus in vita præstat.

Verumtamen miserandum est tempus, quo patrie fines relinquuntur.

Euripidis in Aegæo. Quid enim paterna charius esset viro tellure? Quid si non esses pessimus, nunquam civitate tua contempta, regionem istam laudasses.

Idem in Diçlye. Meo quidem iudicio nõ recte sapit, qui spretis patrie terre finibus, alienã laudat, & moribus gaudet alienis.

Eiusdẽ in Phœnicæ. Tu verò ò mea tellus & genitorũ patria, vale. Nã viro, licet plurimis malis obruatur, nullum est suavius solũ, quàm quod nutriunt eum.

Eiusdẽ in Telepho. Spartam sortitus es, istam orna: nos verò ex nostra parte Mycenæ ornabimus.

Menandri in Heaurum. Domi manere oportet, ac permanere liberum, aut non amplius vivere, illum qui recte beatus est.

Sophoclis in Tereo. Beatum existimo te ob vitam tuam plurimum. Est autem optimum, si terram nunquam expertus es alienam.

Euripidis in Philoclete. Beatus ille, qui fortunatus domi manet.

Theognidis in Sophocli. Domi manebit vir verè fortunatus.

Sophocli. Patriam ornabo pulchram civitatem, neque inter populum excellens, neque malis viris movererans.

Sophoclis. Nunquam equidem inimicum patrie virtus, in amicitiam receperim meam: hoc sciens, quod patria est quæ nos servat: & dum in ipsa fortuna nata degimus, confabulamur inimicem. Huiusmodi legibus hanc ego civitatem promoveo.

Quid

Quid aliud est patria privari, quàm malum Euripidis magnum? Maximũ. Reipsa autem maius est in Polyquam verbis. Quomodo istud sit? Quid exulnice, bus adeo malum evenit: Vnũ sanè maximum, quod exul non habeat dicendi libertatem.

Vnum augurium optimum, pugnandum esse Homeri pro patria.

Vos age ad naues conferti pugnate, donec vestrum ictus aut vulneratus, mortem & fatum quilibet sequatur. Moriatur, non enim indecorum est ei defendenti patriam mori.

Ceterum Vlysses cupidus vel sumum excurtem videre, patrie suæ, sic mori optat.

Quam nihil est patria suavius, atque pariteribus

O mater ego prudens simul, ac imprudens perveni ad viros. Verum necesse est cunctos amare patriam: quod si quis secus ait, verba summare gaudet, animam tamen in patriam conuertit.

An sic es sapiens, ut te latuerit & patri & matri & progenitoribus omnibus patriam esse anteponendam? atque esse venerabilius quiddam sanctiusque? & in superiori sorte tuã apud deos, tum apud homines mentis cõpotes, esse patriam collocandam, colereque eam oportere magis, eique obedire, ac rigidius se gerenti mitius assentiri quàm patri, & si quid inbeat vel dissuadere illi quantum liceat, vel facere, & patientissimè sustinere quicquid iusserit patientium?

H.



Handwritten notes and signatures at the bottom of the page, including a large signature and the number 19.

Ac siue mandarit verberari te, siue in vincula conici, siue in prælium miserit ad vulnera accipienda, mortemque subeundam, obediendum est omnino. Tus enim ita dicitur, & neque tergiversandum, neque fugiendum, neque ordinem deserendum: sed & in bello, & in iudicio, & prorsus ubique ea sunt, quæ Respub. patriæq; iusserit, facienda: aut certè verbis quatenus iustum est uti licet ad persuadendum illi, eamque placandam. *Vi* autem uti nefas est, vel contra matrem, vel contra patrem, maximè vero omnium contra patriam.

Eusebii.

A morte patrum filios esse superstites, fortunatum & à fortuna petendum est: itèmq; ut ipsorum liberorum singuli eodem ordine nature, minores natu maioribus succedant. Communis hæc petitio iustissima est, & summo omnium studio suscipi digna, ut patria, quæ semper suscipit & alit omnes, & quæ nobis maiores nostros exhibuit, tum ipsa, tum decorum indigetum honores, magis ac magis semper augeantur.

Pythagoras interrogatus, quomodo oporteat se gerere erga patriam ingratam: ut erga matrem, respondit. *Timotheus* dux Atheniensium cum audisset rumorem à collegis dicentem, An putas à *Timothee* gratiam nobis futuram patriam? *Modo* nos, respondit, patriæ dignas referre gratias queamur.

Laconæ

Lacones qui ad regem Persarum venerant *Ex* Scribitur pænas darent propter legatos, dimissi sunt: nisi scriptis, & insuper virtutis sue gratia à rege rogati, retsecum manerent. At quomodo, dixerunt, huiusmodi patriam relinquere possemus, cuius gratia tantum itineris morituri consecimus?

Aristides interrogatus, quæ de re in exilio maxime tristatus fuisset: respondit, propter dedecus patriæ malè audientis sui causa exilij.

Scripius quidam cum ex civitatis suæ puritas ab *Atheniense* quodam obiiceretur: *Mihi* quidem, dixit, patriæ dedecus est, tu vero patriæ.

Aristidis vxor administranti *Rempub.* dixit: *Vtinam* priuatas quidem res putares esse publicas, & contra publicas, priuatas.

Cum *Persæ* vastaret *Græciam*, & indigenæ *Chryseris* omnes perturbati essent, *Pausanias* *Lacedæmoniorum* dux quingentis auri talentis acceptis à *Xerxe*, *Spartam* proditurus erat. *Cetæ* *Persicæ*, *Epistolis* *Hegesilaus* eius patrem interceptis, cum rem intellexisset ab illis qui in epistolas inciderant, persequutus est filium ad templum usque *Minervæ*, quæ *Ædæmonoc* ab *ædæna* cognominatur. Ibi foribus templi obstructis per lateres, vna cum vxore sua *Pausaniæ* matre introitum custodiuit, & proditorem fame necauit, quem mater mortuum sublatum extra fines *Spartæ* proiecit.

Demarati Arcadicorum 2. Cum Tegeatis bellum esset contra Phenacatas, & acies utrinque diu starent instructæ, consultatum est de mittendis trigeminis fratribus, qui pro victoria pugnarent: qua sententia recepta utrinque, Tegeatæ quidē Rheximachi filios miserunt, Phenacatæ autem Demonstrati. Itaque commissa pugna, duo Rheximachi filiorum occisi sunt, tertius autem nomine Critolaus hoc strategemate vicis aduersarios. Simulata fuga, singulos persequentium, seorsum omnes occidit, ita potius victoria, letabundus ad suos rediit. Cum autem omnes eum perquam humaniter amplecterentur, sola soror ipsius Demodici non congratulata est ipsi: Occiderat enim desponsatum sibi maritum Demolicum. Hoc ægè ferens iuuenis, virginem occidit: unde cadus à matre accusatus, absolutus est crimine.

Enusile lib. 3. Tragodum. Cum Athenienses contra Eumolpum regem Thracum belligerarent, Eretheus Atticæ rex oraculum accepit se victurum hostes, si maximam natu filiarum Proserpine immolaret. Reuersus igitur Athenas, exposuit uxori Thrasythæ Pythicū hoc oraculum, deinde

Hieroclis filiam ad aras ductam occidit, & commissio in sermone, prelio potius est victoria.

quales in Postsermonem de patria maximè conuenit patriâ esse docere, quales in patriam esse debeamus. Est debeatque, enim patria, per Louē, velut alter quidā deus, & pri-

& primus maximisque patēs. Quare qui nomen ei imposuit à re ipsa, non temere patriam nominauit, vocabulo quidem à patre deducto. pronūtiatio tamē fœminina terminatione, ut ex utroq; parente mixtum esset. Atq; hæc ratio insinuat patriam vnam ex æquo duobus parentibus colendam esse. Præferenda igitur omnino est patria vtrius parentum seorsum: & ne simul quidem parentes ambos maioris fieri, sed equali honore dignari. Est autē & alia ratio, quæ non tātum equali, sed maiori etiam quàm simul ambos parentes honore patriam afficere monet, neq; solum ipsi eam præfert, sed etiam uxori, & liberis, & amicis, & absoluto sermone rebus aliis omnibus post deos.

Quemadmodum igitur stultus quidem fuerit, *Ibidem.* qui digitis vnum plures facit quàm simul quinque: prudens verò, qui maioris quinque, quàm vnum æstimat. Ille enim cum toto parte quoque eius negligit: hic verò simul cum aliis quinque vnum quoque cõseruat. Similiter qui seipsum præ patria seruare vult, tum iniuste facit, tum stolidus est, insuper impossibilia desiderans. At qui patriam sibi ipsi præponit, is & diis charus est, & mente prudentior. Quinetiam dictum est, quod & si quis non commeretur multitudini, sed seorsum consideretur, decere tamen propriæ salutis multitudinis salutem præferre. Nam si tota ciuitas eum seorsum ierit,

vnus utpote ciuis salus consistere non poterit: sicuti manu corrupta, non saluus permanere potest vnus digitus, vt pars manus. Sic igitur paucis sermonem nostrum concludamus, quod communis vtilitas non seimpendenda sit à primata, sed vna eademq; censenda. Quicquid enim patrie prodest, id singulis quoque particulatim est commune. Etenim totum nullum est sine partibus. Et vicissim quod ciui fuerit vtile, ciuitati quoque conuenit, si modo illi, quatenus ciuis est, expedit. Nam & quod chorearum duci, quatenus choreas agit, ex vsu est, idem toti choro prodest. Proinde omnem hunc sermonem rationemq; mēte complexi, multum lucis in particularibus habebimus, ita vt nunquam quod patrie conuenit, negligamus.

Ibidem.

Quapropter aio destrui oportere omnem & perturbationem & morbum anime suae, ab illo, qui officio suo in patriam satisfacturus est. Oportet autem etiam leges patrie tanquam alteros deos obseruare, ac seipsum perfectum reddere secundum ipsarum prescriptum. Si quis vero leges aut violare, aut inuolare conabitur, hic omni studio prohibendus, & modis omnibus oppugnandus est. Contemptus enim legum, & inuolutio ab antiquitate separata, non bonum est ciuitati studium. Quae nobrem à ferendis suffragiis, & temeraria inuolutione rotum, qui continentiacius in id incumbunt, arcēdit sunt.

sunt. Ceterum ego Zoleucum probo Locrensim legislatorem, qui sancit, quod quisquis legem nouam introduclurus esset, circumposito cernici laqueo id facere deberet, vt auctor eius mox suffocaretur, nisi eximiam vtilitatem nouae legis ad antiquum reip. statum comparatae declararet. Porro consuetudines quoque reuera patrie, & fortassis ipsis legibus vetustiores, nihil minus quam leges obseruande sunt. Quae vero heritatum, vt aiunt, & nudiustertius in totam ciuitatem recepta sunt, neque patria censenda sunt, & forte ne consuetudines quidem omnino: quoniam consuetudo lex est nō scripta, optimi legislatoris inscriptum nomen habens, videlicet vtilitatem omnium comprobationem: fortassis autem & naturali iustitia proxima fuerit patria consuetudo.

DE EXILIO,

SERMO XL.

Euripidis
in Philo-
clete.

PATRIA feliciter agens fortunatum semper alius prouehit, infortunatum vero humilitat. Eiusdē in Phæthōte
Vbiq; terrarū, quae nutrit telus, ea patria est Ex Plu-
Hinc recte Hercules interrogatus, Argi- tarchi li-
us an Thebanus? haud vnam curio iactare, bro de exi-
Gracia omnis est mihi patria. lio.
At nos quasi formicae vel apes, si ex vna ca- eiusdē pass-
to post.

uerna aut alueari exciderimus, hospites exter-
niq; nobis esse videmur. Quod idcirco fit, quia
omnia propria & familiaria ut certè sunt, fa-
cere ignoramus. Atqui stultitiam eius irride-
mus, qui lunã Athenis meliorem nitidiorẽq;
esse dicat, quã que Corinthi: & tamen in idem
quodammodo vitium mentis incidimus, quum
peregrinantes, terram, mare, aërem, cælum, ut
diuersa aliãq; à consuetis esse contendimus. Li-
beri quidem & soluti à natura in lucem emi-
timur, ipsimet autem nos ipsos colligamus, lo-
corumque coarctamus angustiis. Paulo post.
Amisse enim diuitiæ breui facileque reparari
nequeunt: patria verò statim quælibet ciuitas
fit illi, qui nouerit uti. Paulo post. Nã si vana
falsaq; opinione remota veritatem ipsam con-
sideres, qui vnam dumtaxat ciuitatem habet, ho-
spite alienumq; ceteris omnibus inuenias. A-
liquãto post. Aristoteles oriundus erat è Sta-
giris, Theophrastus ex Epheso, Stratò è Lam-
psaco, è Troade Glycon, Ariston è Ceo, &c.
Quos si queras, quisnã insectatus exulare cõ-
gerit, inuenias neminẽ, sed ipsi sponte quietem
& studia sequuntur, quorum participare ne-
queunt, qui domi nominis aliquid, vel potestatis
obtinent. Itaque cũ cetera suis nos deceant li-
bris, hac profecto re ipsa etiam docet. Et nunc
quoque optimus quisque & probatissimus pe-
regre viuunt, non pulsus, sed sponte alio trãsgres-
sus,

sus, nec fugatus, sed fugiens ipse molestus, oc-
cupationes, negotia, que patria afferre solet.

Empedocles animi hunc aduentum aliunde ibidẽ pro-
ad generationẽ blandiusculo nomine mitigans, pe finem
peregrinationem vocat. Quod verissimum au-
tem est, vagatur exul, diuinis legibus & decre-
tis agitatus, & sic quasi in insula multo maris
estus circumflua, ut Plato inquit, more ostrei cor-
pori annexus, quod non recordetur, nec recolat.

E quãtis opibus quali & translatus honore.
Corporeis animus vinculis religatus inheret:
Non Sardibus cum Athenis, nec Corintho
cum Lemno Seyroq; sed ipso cælo lunaq; cum
terra ac terrestri fragili que vita permutatis. Si
verò hic ex loco in locum minimi interualli
transferit, grauissimè fert quasi peregrinus &
hospes, & modo degeneris plantæ immarcescit.
Quamquã plantæ quidem regio alius alia com-
modior est, vbi melius alatur & germinet: ho-
mini autem felicitatem locus nullus, sicut nec
virtutem, nec animi prudentiam aufert.

Peregrinatio vitæ fragilitatem docet: offa Democri-
quippe & thorus herbaceus, fumis, ac laboris ti.
dulcissima medela sunt.

Quælibet terra homini sapienti est perniua: a-
nime namque fortis vniuersus mundus pa-
tria est. Eiusdem.

An non contra enim qui exilium reddere Teletis de
imprudẽtiores putet comparari queant rectè exilio,

que in aliis artibus eueniunt? Ut enim tibi ca-
nere, aut in theatro agere hypocritam non ob-
stat etiam in terra peregrina, sic neq; cōsultare.
Sin autem aliquis existimet quadā alia in re
noxium esse exilium, ad illū nihil dicitur,
quā quod Stilpo nuper fertur dixisse: Quibus
tandem, & qualibus bonis priuat exilium, a-
nimi ne, an corporis, an fortunæ? An iudican-
di agēdisque dexteritatem aut felicitatem au-
ferit? Haud sanè. At fortiitudine, iustitia, aut
alia quapiam virtute priuat? Ne id quidem.
Sed nec illo fraudat corporis bono: an nō eguē
licet in aliena terra bene valere, viribus polle-
re, acutum cernere & audire acutè, interdum
verò multo magis, quam si in sua terra quis
maneant? Fortunæ verò bonis neminē exilium
exiit. An non visum est multos tum demum
cum exules sunt facti, potitos fortunæ bonis
splendidioribus? An non Phœnix expulsus
terra Dolopum ab Amyntore in Thessaliam
exulatum concedit?

Homeri Ad Peleum deueni, & me opulentum red-
didit, multum præterea mihi dedit populum.
Iliados Io.

Themistocles ille, ò fili peritimus, exclama-
bat: Nunc verò magna huiusmodi rerum ipsi
est copia. Quibus ergo bonis spoliatur exiliū, aut
quorum malorum est causa? ego enim non vi-
deo. Quin nos sepe defodimus pecunias, & exu-
les facti & domi manentes. An nō magistra-

tum gerunt, inquit, at non habetur eis fides, nō
habent dicendi libertatem. Imò aliqui præsidio
tenent oppida apud reges, & populi fidei ipso-
rum committuntur, & præterea congraria sti-
pendiaq; accipiunt. Lycinus ille nōne apud
vos præsidium tenebat, exul cū esset ex Italia
summe apud Antigonum fidei? Nosq; in pa-
tria agētes faciebamus quod Lycinus imperas-
set? Hippomedon ille Lacedæmonius, nunc
Thraciæ præfectus à Ptolemæo. Chremonides
& Glaucon Athenienses, nōne assessores re-
gis & cōsiliarij sunt, ne prisca tibi referam, sed
præsentia? Et postremò innumera cum classe,
& pecunia grandi fidei suæ creditis dimissus
est potestatem habens utendi iis pro libito. Ad
in patria non imperium tenēt proscripti. Nam
neq; mulieres quæ domi remanent, nec pueri,
nec adolescentes ibidem, nec etiam grandæni
imperant. Si tamen hoc illi graue molestumq;
esset, & moueret dolorem, nōne essent stulti?
Et quid refert, magistratumne geras, an pri-
uatus sis? Tu multis aut paucis iisq; vigentibus
atate imperabis, ego vere paucis & impuberi-
bus pædagogus, deniq; mihi quoq; ipsi ero. Par
enim est adhibenda experientia in multis, &
vno, in repub. & re familiari administranda,
in peregrino orbe, & in patria agenti: atque
eade n bona consultatione, & magistratu ho-
ne, & re priuata licet vti. Quid ergo mea re-

fert, etiam si non imperem, sed agam priuatus? Sed non habebis potestatem veniendi in tuam patriam. Nec nunc fas est introcundi sacra arcana Cereris, nec mulieribus templum Martis, Nec habemus potestatem adeundi inaccessa per religionem loca. Sed si quis id molestè ferret, nõnne puerilis videretur? Nec in gymnasium licet ingredi quandoque, sed ingressus balneum vixi me, vsus ea ipsa arte palastrica qua ante sepe in gymnasio. Sic hic quoque putans meam terram inaccessibleem, transiens aliò incolo. Quare nec mea calamitas vlla, nec probrum, nisi cum malis habitem. Possum autem perinde vt ex navi in alteram transcendens feliciter nauigare, itidem ex ciuitate vna in alteram migrans beatè degere. Nunquid meum istud probrum est, ac non potius eorum qui eiecerint me æquum iustumque existentem? Non illepidè Philemon. Cum enim aliquando vertisset solum, quidam occurrentes ei ciuilitè dixerunt: Mi Philemon, quàm bene tibi successit. Vos quidem inquit putatis, qui non rectè rem contemplant. Atqui ego bonus semper perseuero. Quid? an non contumelia est à deterioribus proferibi? Tu verò velles à bonis probisq; potius? An non tum quidem culpa tua fuerit? nam neminem temerè, & iniuste exilio mulctat: alioqui iusti non essent. Reprobati igitur pro talibus suffragio & cal-

culis, nõnne est probrum? non inquam tuum, sed eorum qui tales suffragiis suis & calculis elegerunt. Perinde ac si optimo medico omisso, pharnacopolam elegerint, eique commississent publicè medendi opus, vtrum dies opprobrium isthuc medici & infortunium, an eorum qui elegerunt? Sed enim patriam inueniri scelestam & ingratham, in quam quis multa contulerit, quomoda non sit infelicitas? Tua verò tandem fit hæc calamitas, ac non iam dicèda felicitas, scire qualis sit ea, quam antea non noueris? Atqui cum vxorem re scieris malam & insidiantem tibi, prius ignarus, gratiam habes, etsi seruum fugitiuum & furem, vt caueas: patriam verò quod senseris malam ingrathamque esse, putas aduersa fortuna te vti, ac non potius gratiam habes. Atamè magnam mihi videtur, vbi sit editus atq; educatus, ibidem perdurare. Vtrum etiam in domo qua natus & enutritus es, pulchrè putas permanere, tametsi putrida, stillante, ac labefactata? Num etiam in navi in qua natus sis & nauigaris à puero, in eadem tametsi lembo manendum putas, etiam si remis incumbentem disrumpi necesse sit? curat liceat turo & absque difficultate conscendere nauim viginti remorum. Sed nihilominus exprobrant hominibus. Hic Cyprius, iste Myconius, iste Belbimithes est: & aiunt nescio quid magnum esse in ea qua quis natus & educatus

sit terra etatem suam consumere. Etsi videant
 plerasq; pestiferas vrbes esse & inhabitatores
 impios, magnum tamen quiddam & amicum
 ipsam patriam reputant. Porro etiam multi pro-
 bri vice obyciunt, quod inquilinus sim, appel-
 lantes ista voce, *Hem inquiline, Tu vero gene-
 rosus cum sis, hanc in seruitutem redequisti? At
 Cadmum quidem conditorem Thebarum ad-
 miratur aliquis, me autem quod non ciuis sim
 eriminatur. Sed & Herculem tanquam virum
 optimum laudamus, ceterum esse inquilinum,
 probrum ducimus. At Hercules ex Argo
 eieclus Thebas incoluit. Lacedamonij nihil ta-
 le existimant probrum. Sed cum qui diete &
 particeps sit, & in ea perstiterit siue peregrin-
 us, siue ex seruo natus sit, equet optimatus in
 precio habent. Ast illum qui non perstiterit in
 patrii moribus, etiam si ipso rege sit prognatus,
 relegant in seruorum conditionem, atq; hic non
 particeps sit munerum reip. At in sua patria
 non posse sepeliri, cui non est probrum? Et qui
 hoc turpe fuerit, quod etiam optimis sepenu-
 mero accidit? Aut qui iste honor est, qui pes-
 simis etiam obuenit? Et Socratem quidem lau-
 dant, quando reprehēdens Athenienses dicit:
 Duces quidem de quibus iactitē se extra suos
 fines sepultos esse, probra vero populari reip. in
 publicis sepulchris. Neque sane nec in peregrina
 terra sepeliri didecori, nec in publicis monu-
 mentis.*

mentis, honori imputandum est. Quod vero ni-
 hil intersit in peregrinane sepeliaris, an in tua
 patria, scite quidam ex Atticis exulibus indi-
 cat: quodam ei ex probrate ac dicite, in patria-
 ne sepulchro quide dignabere, sed instar impio-
 rum Atheniensium in Megarica. Imo, infert,
 quemadmodum pi Megarensium in Megari-
 ca. Quę enim differentia? an non vndique, in-
 quit, Aristippus, equalis similisq; in Plutonis
 regiam via est? Aut principio si non sepeliaris,
 quid tibi curę est? Atqui sepultura ignoran-
 tia, inquit Bion, multas Tragedias fecit, quę-
 admodum & Polynices precipit: Sepelito me
 mea parēs, tuq; o soror in patria terra, & vrbō
 succēsentē mihi demulcete verbis, vt vel tā illū
 patrię terrę assequar, quamuis domos perdidit.
 Quamuis autem non assequaris terram patriam
 sed sepeliaris in aliena, quę erit differentia? nō
 ex solis Thebis ad inferos Charon traicit.

Et terrę charę mole abscondar & inhumulo.
 Sin humo non tegaris, sed insepultus sis, quę
 hęc molestia? aut quid refert igne comburi, aut
 a cane deuorari, aut supra terram existentem a
 cornis, aut defossū a vermibus?

Claudio vero meos oculos tua manu Mater.
 At si non clauserit, sed videns ac hians maria
 ris, quid erit graue? Num eorum qui in mari
 aut bellis prece claudat quis oculos? Sane quic
 quid circa sepulturam sit, veluti ludus quidam

ab hominibus excogitatus mihi esse videtur. Nos enim à cōspectu taclūq; mori norū abhorremus: alij verò desiccata cadauera ceu quippiam egregium domi seruant, & loco pignoris mortuos accipiunt, aded illorum mores nostris contrarij sunt.

Musonij Exule quodam lugente & exularet, sic ferē lib. Exiliū consolatus est eū. Exilium enim, inquit, quomodo non esse ma do quis non amens grauius ferret? Quod aqua lum. quidem & terra & aëre, adde etiam sole, & reliquis astris, non arceat nos villo pacto, sed nec hominum conuersatione: vbiq; enim & passim horum est cōmercium. Si aut parte aliqua terre excludimur, & quorundam hominū consuetudine, quid hoc indignum? Neq; enim domi dum fuimus, terra tota vtebamur, neq; cum alijs hominibus conuersati fuimus. Amicis quippe etiam nunc conuersari possumus, veris saltem, & quorum aliquam habere rationem conuenit: nā hi nunquam prodent nec deserent nos. Si verò sunt ficti quidā nec sinceri amici, his liberatos esse melius quā conuersari. Quid autem, an non communis omnium hominū patria est mundus ipse, quemadmodum censebat Socrates? Itaq; non putandū reuera te exulare à patria, si migres inde vbi natus & enutritus es: sed tantum te quadam vrbe esse priuatum, tūc alias, tūc si existimari velis bonus & aquus. Talis enim regionem quidem nullā vel colit.

colit, vel despicit, tanquā beatitudinis causam: sed ipse in sese omnia collocat, & putat se cinē vrbs Iouis, quæ constat ex hominibus & dijs. Scientia his & Euripides dicit vbi ait: Omnis quidem aër aquile penetrabilis.

Omnis verò terra viro forti patria. Quemadmodum autem si quis in patria agens aliam tamen domum inhabitans, nō eā in qua natus erat, sese maceraret, & ob eam rem lugeret, nihili homo & ridiculus esset: pari ratione is qui inhabitans aliam ciuitatem quam in qua natus est, calamitatem putat, talis merito stultus haberi queat & recors. Atqui ad curam vel studium nostri, & ad comparandam virtutem quomodo exulare obstat, quando nec à discendo, nec ab exercitatione, breuius nullis necessarijs prohibetur quis propter exilium: quin potius non potest non exilium promouere huiusmodi, suppeditans otium, & facultatem tum discendi pulchra, tum agendi magis quā antes: utpote cum exules nec à patria existimata distracti sint ad munia ciuilia: neque ab amicis existimatis aut cognatis diuocati, qui quidem ad impediendum reuolentes sunt, & ad abstrahendum à studio in res præstantiores. Iam verò quibusdam omnino exilium profuit, sicut Diogeni, qui ex idiota quidem philosophus euasit exulans: pro eo autem quod desideres Sinopæ, cōmoratus est in Græ-



cia: studio verò quod impendit virtuti, philosophos antecelluit. Alijs verò malè quoad corpus dispositis præ mollioribus & luxu exilium robustos effecit, coactis ratione vivendi sequi viri magis congruam. Ac novimus quosdam à moribus diuturnis dum exularent solutos esse quemadmodum Spartiaticus ille Lacedæmonius qui diu laborans ex latere, eoque sæpius egrotans, beneficio exilij, ubi desuit delicatè vivere, desuit etiam esse valetudinarius: tum alios mollioriter sese curantes podagra liberatos esse aiunt: antea enim morbo admodum intento ex ista causa, simul ac exilium assuefecit durius vivere, per hoc ipsum sanos fieri effecit. Ad eò ut nobis ipsis tum corpore tum animo meliores evadamus, plus confert quàm obest exilium. Sed neque necessarijs rebus omnibus exules destituti contingit. Qui enim otiosi, inertes, ac parum viriles sunt, hi vel in patria ut plurimum inopia & penuria laborant: contra qui animo sunt generosi, industrij, & prudentes, ubicumque gentium quod satis est possident, nec egestatem ullam experiuntur. Etenim hand ad eò multis indigemus, nisi voluerimus deliciarè.

Menandri Nam quid est quod desiderent homines, præter duo solum, nempe Cereris fruges, & aqua potionem, quæ in promptu sunt, & nutrire nos possunt.

Certe ego viros memorabiles novi, qui in peregrina

regina terra non modo rebus imprimis ad vitium necessarijs facile abundaverint, sed etiam multas sæpe pecunias acquisiverint. Videlicet *Vlysses* cum esset quovis exule miserior, solus, nudus, & naufragus: ubi tamen ad *Phæacas* homines ignotos pervenit, pecuniarum abundè colligere potuit. *Themistocles* autem cum exularet, ac pervenisset ad *Persas*, non solum ad non amicos, sed & hostes atque barbaros homines tres civitates dono accepit, *Myntem*, *Magnesium*, & *Lampsacum*, ut ex ipsis viveret. Porro *Dion Syracusanus* à *Dionysio* tyranno bonis omnibus spoliatus, eiectusque patria, tantam exul pecunie vim habuit, ut etiam exercitum conductitium aluerit, quo cum in *Siciliam* rediens à tyranno ipsam liberavit.

Quis igitur prudens hisce consideratis, exilium egestatis esse causam exulibus omnibus sibi persuadere pergat? Ceterum neque exilij causa infamia notari exulantes omnes, necessarium est. Nemo enim est, qui nesciat, quòd & iudicia multa perperam pronuntientur, & multum è patria ciciantur iniuste, quòdque iam antea aliqui boni viri à civibus expulsi sint, uti *Athenis* *Aristides* ille iustus, ac *Epheso* *Hermodorus*, propter cuius exilium *Heracletus* *Ephesios* per omnes ætates se strangulare iussit. Non desunt qui in exilio quàm clarissimi evaserint, quales sunt *Diogenes* *Sinopensis*,



& Clearchus Lacedæmonius, qui cum Xerxe
aduersus Artaxetxen militauit, & alij mul-
ti, quos in presentia præterimus. Quomodo igitur
infamie causa hoc fuerit, in quo multi cla-
riores, quam prius essent, euaserunt? At per
Iouem Euripides libertate priuari inquit exu-
les, & fiducia dicendi. Introduxit enim Io-
casten interrogare Polynicem filium, quæ nam
exuli molestia sint: cui is respondet: Vnum hoc
maximè est, quod liberè loqui non audeat exul.
Tum rursus Iocaste: Seruile est, quod dicis,
non eloqui que sentias. Caterùm ego Euripi-
dem sic alloquerer: Hoc quidem o Euripides
probè iudicas seruile esse, non dicere quæ quis
sentit, si modo dicendi sit opportunitas: non
enim semper & ubiq; & apud quemuis, quæ
senferis, efferenda sunt. Illud verò nõ rectè mihi
dixisse videris, quod exules dicendi fiducia ca-
reant, si dicendi fiduciam appellas ea non tace-
re, quæ sentit animus. Haud enim exules quæ
sentiuunt dicere cunctantur sed qui metuant, ne
quis cruciatus, aut mors, aut damnum, aut ali-
quod aliud huiusmodi, si animi sensa aperue-
rint, ipsos sequatur. Hunc verò metum per Io-
uem non incutit exilium. Multi enim, imò plu-
rimi, etiam in patria versantes, quæ sibi mala
videntur, metuant. Vir autem fortis nõ minus
in exilio quam domi in huiusmodi omnibus
confidentis est animi: quare & cū fiducia sen-

ter-

tentiam suam proponit nihilominus exul, quæ
si non exularet. Hæc quidè Euripidi quisspiã
responderit: Tu verò amice, dic mihi cū Dio-
genes exulauit Athenis, aut cū venditus à
latronibus Corinthum venit, alijsne quisquã
tum temporis vel Atheniensis vel Corinthius
maiori in dicèdo fiducia quam Diogenes vsus
est? Aut num eius temporis hominum libe-
rior vllus fuit Diogene, qui etiam Xenadi, à
quo emptus fuerat, ceu dominus seruo impera-
bat? Sen, Quid est quòd vetera repetamus?
An ego non exul tibi videor? Quid tum? Nõ
ideo loquedi libertate priuor? Ideòne facultas,
quæ sentio, dicèdi mihi adimitur? Num vel tu
vel alius quisquam hæcenus me vidisti pau-
dum exilij causa, aut deteriorem esse rerum
mearum conditionem, quam antehac, existi-
mantem. Certè ne dolentem quidem aut tristè
exilij nomine vnquam me vidisse affirmare po-
teris. Nam & si quis patria nos priuauit, tole-
randi tamen exilium facultate non priuauit.
Porro quibus mecū ipse rationibus vtar, quo
minus exilio doleã tibi quoq; cõmunicabo. Exi-
lium mihi videtur homines nõ omnibus priua-
re, & ne istis quidem quæ vulgus bona censet,
vt paulò antè ostendi. Quod si tamè aut aliquo
illorū, aut pariter omnibus priuet, vera certè bo-
na nõ adimit. Nã fortitudinè & iniustitiã ab
exule possideri, nihil prohibet, quatenus exu-

est: neque temperantiam aut prudentiam, nec
 ullas denique virtutes, que presentes ornare
 & adiuuare hominem, laudabilemque & glo-
 riosum reddere possunt: absentes contra ledere
 ac dedecorare solent, malum in gloriorumque re-
 linquendo. Hæc cum ita habeant, si tute bonus
 sis, & virtutes possideas, handquaquam te
 leserit exilium, neque humilem & abiectum
 effecerit, cum id tibi adsit quod te adiuuare ac
 plurimum extollere potest. At si malus fueris,
 sua tibi prauitas, non exiliū nocet, & dolorem
 molestiamque tibi malitia, nō exilium infert:
 quare vt ab illa soluaris, festinādum tibi citius
 est, quā ab exilio. Hæc & ego mecum semper
 reputaui, & nūc eadē tibi propono: quod si su-
 piās, nō exiliū iter mala cēsebis, vt quod alijs fa-
 cile ferant, sed animi prauitatem, que quādiū
 inhaeret, miserum reddit omnem a quo posside-
 tur. Etenim ē duobus alterum necessum est, vt
 vel iure vel iniuria exules. Quod si iure, quo-
 modo decet & conuenit vt quod iustū est mo-
 leste feras? Sin iniuria, id non nostrorum sed
 illorum, qui nos expulerint, malum est. Quippe
 per Ionem iniuriam facere, quod in ipsis conti-
 git, res est dijs omnium maximē exosa, impyssi-
 maq; iniuriam verō pati, quod in nos cecidit:
 tum apud deos, tum apud homines æquos, au-
 xilium & curam, non odium commerari exi-
 stimatur.

DE ARCANIS.

SERMO XLI.

NULLVS ea resciscat que conticere de- Euri-
 cet. Parua enim facula Ide cacumen in Iuo.
 incenderit aliquis. Et si quid vel vni aliquan-
 do aperueris, id ciues audient omnes, quod ce-
 landum fuerat.

Qui commissum sibi inſtar depositi sermo-
 nem euulgat, aut iniustus est, aut admodum
 incontinens. Iniustus quidem, si lucri causa id
 faciat: sin absque lucro, incontinens: ex æquo
 autem vtrique mali sunt.

Ne mihi verbum arcanum efferas vllum. Sophoclis.
 seram enim nullā habeo: vel vt facilius intelli-
 gas, nihil non secreti per linguā meam diffluit.

No scruteris omnia: multa sunt que diuul-
 gare malum est. Eiusdē in
 Alædis.

Socrates dicebat carbonem ignitum facilius
 in lingua contineri posse, quā sermonem ar-
 canum.

Euripides cum ei graueolentia oris obiicero-
 tur a quodam: multa enim, dixit, secreta in eo
 computruerunt.

Sermones arcanos ne efferas. Periandri.

Aristoteles quidnam in vita difficillimum
 esset interrogatus, dixit: Tacere que dicenda
 non sunt.

Canam prudentibus, profani claudite fores. Pythago.

Isocratis Sermonum deposita fidelius quam pecuniarum ad Democritodito. Oportet enim viros bonos in existimatione esse quod mores et vitam vel iureiurando fideiiores constantioresque præstent.

DE CALUMNIA,

SERMO XLII.

Menædri. **N**ON est contemnenda calumnia, etiam si prorsus fuerit falsa. Aliqui enim ipsam extollere norunt, propter quos huiusmodi cauere conuenit.

Cleanthis. Nihil ferè tam est malignum, quam calumnia. Hæc enim ubi clam aliquem à se persusum decepit, odium excitat aduersus eum qui nihil est commertus.

Euripidis. Domine, vehemens est malum inter homines calumnia. Sæpe autem aliquis eloquentia superatus, licet iusta dixerit, posthabetur tamen eloquenti.

Menædri. Nihil est grauius quam calumnia. Nam quod alteri inest peccatum, illuminet qui calumniam patitur, utpote proprium crimen suscipere necessarium est.

Eiusdem. Suspicionem maiorem parit calumniam quam ipsa facta.

Eiusdem. Quisquis est qui calumniis statim fidem habet, aut moribus improbis præditus est, aut ingenium prorsus habet puerile.

Cave

Cave tibi à calumniis, etsi falsæ sint. Plerique enim veritatem ignorant, respiciunt autem Demonicis opinionem.

Calumnia aliquatim per quidem audientium Demosthenis opinionem confirmat: progressu verò temporis nihil ipsa imbecillius est.

Non decet calumnias neque aliis narrare, neque audiendo suscipere.

Hippias grauisimam rem calumniam esse di Plutarchus cit, quia nulla poena lege sancita sit calumnia in lib. de ca- toribus, et furibus, quamvis amicitiam, que lumnia. optima est possessio. furentur. Quomobrem contumelia licet malefica sit, iustior tamen est quam calumnia: que quia latet, nocentior est.

Multis haectenus plus mali per calumnias, Rhegini de quam per hostes acceperunt. Et multis iam in- Amicitia. iuria maior facta est propter aurium infirmitatem, quam inimicorum insidias.

Faciemus autem initium ab eo, quod in pri- Dionis in- mis vtilis est familie: id autem est increpatio Oeconomi calumnie. Est enim calumnia malum, idque micro. insidiosissimum.

Pelopidas cum fortis quidam miles per calumniam apud ipsum deferretur, ut qui ei conuiciatus esset: Equidem dixit, facta eius respectio, verba autem non audiui.

Calumnia enim res est grauisima, in qua Herodoti duo sunt qui iniurias faciunt, vnus qui affi- libro 7. citur. Calumniator enim iniuriam facit, non



presentem accusans: & similiter qui accusant
fidem habet, antequam verè rem cognoscat. Qui
autem abest, iniuriam patitur, tum à calum-
niatore, tum ab illo qui ipsam aures calumnianti
præbens pro malo reputat.

Iosippi in Omnem benevolentiam & naturam fran-
historia ca git calumnia.
primitatis.

DE REPUBLICA,
SERMO XLIII.

Euripidis. SI vnusquisque accipio quantum posset, bo-
no accederet, idque in commune conferret
patriæ, pauciora mala ciuitates experientes in
posterum fortunatæ forent.

Eiusdè in Stultum equidem illum esse iudico, cum vel
Phæthote pater filium, vel non sapientibus aliquis ciuibus
tradit potestatem.

Anchora vnica nequaquam ita nauim ser-
uat vt tres demissa: & vnus princeps vbi peri-
culosus est: adiungi verò & alium, non malum
est ciuitati.

Euripidis Ciuitates enim viri sunt, non solitudines.

Phryxo. Nunquam sanè tuta & secreta potest esse ci-
uitas, in qua ius & molestia omnis pedibus

Sophoclis calcantur, & loquax aliquis accipiens mali-
Phædra. gnos manibus stimulos regit urbem.

Eiusdè in Haud scio quid ad hæc dicendum sit. Nam
Alcædis. cum boni ab ignobilibus superantur, quænam
ciuitas id ferre possit?

vbi

Vbi autem quæ optima sunt non liberè loqui Eiusdè in-
licet, & in vrbe deteriora vincunt, tum pecca-
ta pessumdant salutem.

Ne me reliqueris in honoratum: nam & Ex Buco-
Phæbus pro cantu mercedem delit: honor au-
tem res meliores efficit.

Equidem ego de plurimis non habeo quid po-
tissimum dicam, tanto cum dolore Rempub. no-
stram aspicio. Hactenus enim ò senes nequa-
quam sic habitabamus: sed erant in vrbe no-
stra primum quidem imperatores ex præcipuis
familis, opibus & genere præstantes, quibus
tanquam diis vota faciebamus: erant enim di-
gni: itaq; securi debebamus. Nunc verò quosli-
bet duces improbos eligentes militamus.

Tria sunt ciuium genera. Quidam diuites Euripidis
sunt, inutilesque, & plura semper appetunt. in Suppli-
Alij verò nihil possidentes, inopesque victus, cibi.

Alij miseri, nimium tribuentes inuidia, malos acu-
leos in ditiores emittunt lingua, improbi cha-
ri ducibus. Caterum è tribus, quod medium ge-
nus est, urbem seruat, modum illum custodiens,
quem ciuitas approbauerit.

Nam vbi custodes à pueris vincuntur, non Sophoclis.
est sapientium virorum ciuitas.

Ciuitas malè affecta in malis excogitandis Euripidis.
callida est.

Nihil est inter humanas res æquale. Dece-
ret enim fortunæ tenerè errantes nihil valere,



manifesta autē enebere: scilicet illum, qui viribus præstaret, aut arcu iaculando, aut hastarum pugna præcellens, alijs inferioribus se imperare par esset.

At qui mali hominis iudicium est, si quis de populo nulla in re magistratū audire dignetur. Nunquam enim aut leges in ciuitate bene se habebunt, vbi metus abest: aut exercitus cum moderacione persistet, qui nullum timoris aut reuerentiæ obstaculum habet.

Sophoclis i
Aiace. Tria enim sunt hec, per quæ fiunt omnia: videlicet aut legibus, aut necessitate, aut terrore consuetudine quapiam.

Euripidis. Quando ipse læsus sum, nunquam posthac alteri cuiquam filijs imperium tradere consulerim, priusquam eius oculos tenebræ occupauerunt: Sin minus, vitam agere à liberis obediētem oportebis.

Sophoclis i
Aiace. Vbi iniuriari, & queuis pro libidine facere licet, illam ciuitatem existimādum est tandem ex bono statu recedentem in profundum ruituram. At mihi tempestiuus aliquis metus constituitur. & ne putemus si quid libentes fecerimus, non luituros nos penam olim dolentes. Est his rebus vicissitudo.

Ibidem. Ad habentem enim repit inuidia. Atque parui sine magni imbecillæ turris munimētum sunt. Paruus enim cum magnis oprime agit, & magni à minoribus prouehi poterit. Sed

non fieri potest, vt stolidi illorum animi hæc adocantur.

In hoc enim multe ciuitates laborant, cum Euripidis qui bonus & strenuus vir est, nihilo plus, quàm Hecuba, deteriores, accipit.

Putatis ne vos terram habitare posse, si totus Eiusdē im pauper populus Rempub. absq; diuitibus insti Aeoie. tueret? haudquaquam seorsim bona & mala subsistere possent. Sed est aliquod temperamentum, quo recte coniunguntur: nam ea, quibus pauper caret, diues largitur: quæ rēto nos diuites non posidemus, illorum gratia pauperibus vtentes colimur.

Intestinum hominibus oboriri solet bellum Euripidis inter cines si ciuitas disenserit. Antigone.

Optimum est veritas in insti viri ciuitate. Eiusdē im Hoc commune bonum est, si vir bonus felicitate fruatur. Alcmena. Menædri.

Id quod recte habet: etiā lege præstantius est Eiusdem. Honestum est, leges sequi patrias. Sophoclis.

Nullum est maius quam inobediētia malum Eiusdem. Ego nomen singularum statim dicam. Vni Heniochi.

uersæ autem varia sunt vrbes, qua longo iam tempore desipiunt. Forsan aliquis interrumpet dicens: Curnam hoc in loco nunc sunt? Hic interrogans à me audiet, Omnis quidem hic in circuitu locus est Olympia: sed scenam illam inspicio illic, quæ Pythica quidem scena aspectu existimari potest. Esto: Quid illic



verò civitates agunt? *Advenērunt immo-
latum Eleutheria, id est, libertatis sacra, post-
quam à tributis semel prope liberatæ sunt. De-
inde ab illo sacrificio perdidit ipsas hospitio
accipiens indies imprudentia, multo iam tem-
pore ipsos occupas. Catarum due quedam mu-
lieres ipsam perturbabāt semper conuersantes,
Democratia alteri nomē est, alteri verò Ari-
stocratia: quarum culpa iam frequenter delin-
querunt, & debacchatæ sunt.*

*Aristophan-
is i Raniis*

Civium quos quidem scimus ingenuos, mo-
destos, iustos, honestos, ac probos viros esse, in
palæstrâq; & choris enutritos, & musica, illos
expellimus: fabri autem, & peregrini, &
pyrrhici, id est servi, malisq; atq; malo genere
natis, ad omnia utimur, qui postremi advene-
runt, quibus civitas antehac ne pro piaculis qui-
dem temere & facile visa esset. At nunc saltem
est solidi, moribus immutatis, utimini denuo
hinc viris. Nam & si quid prospere egeritis
hoc pacto, non absurdum erit: neq; si quid er-
rantium fuerit: ab arbore enī digna, & si quid
patiāmini sapientibus pati videbimini.

Euripidis.

Desine: tum enim saluæ sunt civitates, cum
leges, ut decet, observantur.

Menædri.

Si iniuriarum autorem videretur vni-
quisq; nostrum, & nā propugnaret æque ac
si propria sibi esset facta iniuria: & ciues re-
hementi studio mutnam iungerent. operam:

non.

non amplius nobis calamitas inciperet impro-
borum hominum: sed observati, & meritam
pœnam luentes, vel admodum essent rari, vel
prorsus desinerent.

Difficile est o Pania, Diuturnam consuetu-
dinem brevi tempore dissolvere. *Menædri.*

Illum enim qui in sua familia non bene vi-
xit, in communibus quoq; Reipub, negotijs si-
militer versaturum existimabat. *Aeschini.
contra Tarmarchum.*

Lex hominum vitam demereri cupit benefi-
cij: id autem præstare potest, si ipsi ea suscipere
voluerint: obedientibus enim vim & virtutem
suam declarat. *Democriti.*

Seditio intestina vtriusque nocet: etenim cum
victoribus tum victis perniciēs est equalis. *Eiusdem.*

Malum ingenium magnam potestatem ade-
ptum, magnas calamitates efficit. *Aeschini.*

Nam eum qui pro civitate aliquid agit, cui
tatis ingenii imitari decet. Atque huiusmodi
nobis o Athenienses servandi sunt: odio autem
habendi, qui isti homini similes fuerint: si qui-
dem qualescunque amare & servare videbimi-
ni (quod fortē scientibus vobis, dicam tamen)
talibus esse similes existimabimini. *Andro-
tionem.*

Regnum autem & tyrannidem, principa-
tum quidem vtriusque esse putabat: at multum
inter se differre, illum enim principatum qui
volentibus, & non repugnantibus hominibus,
ac secundam leges civitatum imperat, regnum
cratis. *Xenopho-
tis lib. I. de
Memorabi-
libus So-*



putabat : qui verò inuitis , & non secundum leges , ad principis voluntatem ageretur , tyrannidem Et ubi quidem principatus ab optimatibus , legumq; obseruatoribus haberetur , hunc regendi modum Aristocratiam existimabat : ubi verò à ditissimis , principatum ex censu : ubi autem ex omnibus , popularem .

Herodoti Patet autem non vna tantum in re , sed vbiq; libo 5. dicendi copiam ex equo omnibus datam , rem esse magni momenti .

Eiusdem li Signa serè præcedere solent , quoties magna bro 6. mala , aut ciuitati , aut genti alicui imminent .

Democriti Concordiæ merito cum alias magna facinoratum à ciuitatibus bella confici possunt : secus haudquaquam .

Polydici Non enim es nescius , si quis in publicis negotiis vel minimum quippiam abstulerit , occasionem inde fieri maioris pernicietis .

Polyceni Paupertas in populari imperio tantum præstat felicitati victa inter potentes , quantum seruituti libertas .

Negotia publica ciuitatis omnium existimare oportet maxima , vt feliciter augeantur . neq; præter æquum contendere , neq; potentiam sibi comparare priuatam : præter publicum bonum : ciuitas enim prospere agens , felicitas est maxima . Huic insunt omnia : hæc salua , cuncta seruantur : hæc perente , nihil non pessum it .

Bonis

Bonis non expedit , rebus suis neglectis , alias agere : proprie enim interim male habent . Si quid autem publicum negligatur , infamia accedit , etsi quis neque furti , neque iniuriam vllam committat . Etenim tum negligentis , tum iniuriam facientis , male audiendi periculum est , atque patiendi aliquid necessitas . Fieri quidem non potest quin peccata admitantur , veniam autem impetrare homines non facile fieri potest .

Improbi ad honores promoti , quo fuerint indigniores , hoc & negligentiores sunt , imprudentiaque magis & audacia pleni .

Vbi potentes pro tenuioris fortunæ hominibus sumptum facere sustinent , eisque ministrare , & gratificari , ibi misericordiæ locus est , nullus cuius deseritur , mutua societas , defensio , & concordia nascuntur , atque alia bona tot tantaque , vt nemo verbis exprimere possit .

Conuenit vt homines digni communem fructum Socratis . etiam percipiant ex ciuili cœtus prosperitate .

Non ignominiam afficiam arma sacra , neque Iuramentum deseram meum astitem , quo cum iunctus fuero , quod ephe Domicabo pro sacris & profanis , siue solus , sibi Athenis cum multis . Patriam non relinquam in denis præstateriori statu , sed ampliori meliorique , quam re solebant , acceperim . Semper magistratus præfecto prudenter obediám , & legibus constitutus parebo , atque aliis quibuscumque plebis consensu decre-

*Aristote-
lis, aliàs A-
ristoxeni,
Pythagori-
corū A-
pophteg-
matum.*

Quod si quis leges vel irritas facere, vel
eis non obtemperare velit, non concedam: sed
veliscar tam solus, quam cum pluribus. Sacra
quoque patria colam. Horum dij mihi testes,
& conscj sunt.

Omnino autem existimandum putabant, ni-
hil tam esse malum, quam est inobedientia: ho-
mines enim incolumes durare nõ posse, ubi ne-
mo preest. De magistratu verò, & subiectis
ita sentiebant: Magistratus quidem dicebant
non oportere tantum prudentes esse, verum-
etiam benignos: subditos verò non morigeros
tantum, sed amantes quoque magistratum.
Præterea singularum ætatum curam haben-
dam esse censebant, ita ut pueri quidem in
litteris, aliisque disciplinis exercerentur: iuue-
nes civitatis morum atque legum diligenter es-
sent studiosi: viri actionibus, publicisque mun-
eribus incumbere: senes autem in medita-
tionibus, iudiciis, & consiliis prudentissime
versarentur. Sic enim futurum, ut pueri non
haberent mores infantium, neque puerile in-
uenes, neque viri iuvenile retinerent ingenium,
nec denique senes desiperent. Ad hæc assues-
cendum aiebant, ut statim à puero alimenta
certo ordine modoque sumerentur, docentes or-
dinem atque modum, ubique decorem & viti-
litatem afferre: contraria verò, ut impia, sic
noxia esse.

Quoniam

Quoniam necesse est principem à subditis o-
dio haberi. Quod si diuites & potentes in ci-
tate preualuerint, brevissimum tempus po-
tuli imperium durabit. Quapropter bonos
quidem ignominis afficiant, pecuniis exuunt,
expellunt, & occidunt: malos autem pro-
mouent.

Si vulgus quidem democratiam approbet, ve-
niam meretur: que danda est vnicuique, qui
ipse sibi gratificatur. At si quis non plebeiæ
sortis homo, in populari imperio potius, quam
à paucis administrato, degere cupit, is mi-
hi iniurium aliquid machinari videtur, at-
que nouisse, quod vir improbus facilius in Re-
publica populari, quam à paucis gubernata,
latere possit.

Per multa profecto sunt, inque iam, ciuita-
tibus excogitata ad custodiam atque salutem, ut
valla, mania, fosse, & alia huius generis: quæ
quidem omnia manibus conficiuntur, & sum-
ptus postulant ingentes. Inest autem vnum
quoppiam commune munimentum cordatorum
hominum animis à natura, quod cum ceteris,
omnibus bonum est ac salutare, tum plebi ma-
ximè contra tyrannos. Quòdnam igitur istud
est? Non facile credere: vel, si vno verbo di-
cere licet, dissidentia. Hanc seruate, & am-
plectimini: hanc si habueritis integram, nihil
græue vobis obueniet.

Xenophò
tis in Re-
pub. Athe-
niensium.

Ibidem.

Demosthe-
nis in Phi-
lippicis.



Polyeni Atqui ad sermonem, qui pensionem parvā esse dicit, respondeo: at consuetudo magna est. **Macedonum.** Habetur autē non tam quantitatis, quā in-ris ratio: & manifestum est prauas consue-tudines perpetuā à parvis initiis progredi: tan-dem neglectas maiorem vim acquirere.

Thucyd. Nunc autē, quod modo etiam significauimus, antiqua sunt vestra studia erga ipsos. Necessum est autem, vt in artibus, vt sequentia semper præcellant. Et Reipub. quidem tranquilla, leges fixæ quā optima sunt: coactis autem varia negotia aggredi, multis etiam opus est machinationibus.

Polyeni. Ignorans quod omnis inuolutio in Rebuspublicis, maioris potentie initium existit: homines autem agriculturæ dediti non statim communes iniurias odorantur.

Thucyd. Cum à Medo hisce grauiora paterentur, sub-lib. 1. in cō- stinebant tamen. Nostrum verò imperium, dictione A- rum vobis non immeritò videtur: semper enim theniensium. præsens status subditis est molestus.

Aeschinis Prinate enim inimicitie omnino multa in- contra Ti- publicis negotiis corrumpunt. marchum. Istud verò omnium est grauiissimum, si nihil

Thucydi- eorum, que visa nobis decretæq: fuerint, firmum dis lib. 3. in & ratum futurum sit: neque cognouerimus,

concione quod multo melior sit status ciuitatis, que licet **Cleonis.** deterioribus, firmis tamē legibus vitur: quā illius, que bonis quidem, sed irritis: & quod imperitia

imperitia iuncta temperantiæ, quā industria protulit, non parum utilitate præstet.

Ibidem. Imperitiores homines prudentioribus comparati multo melius ciuitates inhabitant. Hi enim plus legibus sapere videri volunt, & aliorum sententiis, quæ semper in commune proferruntur, superiores esse, tanquam nulla sit alia materia maior, vbi vim ingenij sui ostendant: vt respublica multa damna accipiant. Illi vero non freti iudicio & intellectu suo, tum legibus imperitiores haberi volunt, tum imperitiores dicendo sunt, quā vt sermonem eius, qui recte consuluit, reprehendant: itaque ex æquo potius iudices sunt, quā concertatores, & res plurimas recte disponunt.

Demosthe- Etenim cum ciuium ingenia bifariam affe- nis in Phi- eta sint, alij quidem nolunt cuiquam per vim nis in Phi- imperare, neque seruire aliis, sed in libertate & lippicis. legibus, ex æquo rempublicam administrare: alij contra ciues regere desiderant, nec vlli parere, atque huius propositi quouis modo competes fieri contendunt. Hi sunt qui tyrannides & potentias appetunt, & ceteros vbi que vincunt.

Thucyd. Equidem æstimo æquè bonum ciuem esse, & Thucydidi- illum qui partem aliquam corporis, & qui pos- lib. 6. in sessiois aliquid pro ciuitate amittere non du- concione bitat: talis enim præcipuè ciuitatis negotia per Nicia. seipsum instaurari vellet.



Aesch- Tres esse politias inter omnes homines, cōfessum est, nempe tyrannidem, imperium populū, & paucorum. Administrantur autem tyrannides quidem, & paucorū imperia, iuxta mores regnantium: ciuitates verò popularis imperij, constitutis legibus reguntur.

Platonis in Ciuili. An nō monarchia, id est principatus vnus, vna quaedam est gubernationū ciuiliū? Post hanc paucorū potentiam ponere possumus. Sane. Tertiam verò multitudinis gubernationem, quam popularem vocant. Prosus. Nōne tres hęc quodam modo quinque sunt, cum duo nomina ex se super pariant? *Quenam?* Qui considerant & iniuris & volentibus, item & lege & arbitrio, imperari posse, tum & pauperes esse posse qui presunt, vel diuitiis, ad imperium euchi, duas in species tam vnus quam paucorum diuidunt principatū. Et vnus quidem principatū in regnum & tyrannidem partitur. Vtique. Gubernationem verò quę penes paucos est, in paucorum potentiam, & potentiam optimatum. Omnino. Popularis verò gubernationis nomē nullus vtiq; mutare aliquando consuevit sine sponte, seu vi populū dimittibus quibusdam praesideat, siue lege, seu arbitrio regat. *Vera narras.*

Eiusdem in Critia. Dico autem hac ita coniectans, quoniam inquit Solon sacerdotes illos in veteris belli narratione plurima nomina posteris persimilia, & Cecropem;

Cecropem, Erechtheum, Erichthonium, Erichthonem, aliāq; ex his quę supra Thesum memorantur. Mulierum quoque nomina similiter, atque opera eadem, deaq; Palladis figurā & statuam, vtut belli studia viris tunc essent mulieribusq; communia. Nempe ea tempestate armatam deam palam cultam fuisse, exemplū daturam omnibus, quod in singulis animalium gregibus, mas feminaq; sortis eiusdem pro generis cuiusq; virtute ita natura instituta sunt, vt aggredi omnia communiter valeant.

In rebus publicis autem (ab hoc enim dicendi argumento incipi) omnino iniquissimum Nicoclem. mihi videtur, bonos & improbos in eadem reputatione esse.

Ego verò primum respondeo, popularis status nomine intelligi omnem ciuitatem, paucorum verò, partem ciuitatis: deinde custodes quidem pecuniarum optimos esse locupletes: ad consulendum autem praclarissimē, eos qui pollet indigentia: ceteros verò, nempe vulgus, postquā audierit res, optimē iudicare: & hac item siue per partes, siue vniuersum, equaliter distribui in democratia. At paucorum status, pericula quidem populo imparit, commodorum autem non modo plus, verum etiam totum sibi vendicat, erepta ab aliis sua portione.

Non mihi videtur boni ciuis esse, huiusmodi reipub. administrationes inuenire, ex quibus



ego statim primus vestrum futurus sim, vos autem aliorum ultimi. Quin communi opera bonorum civium administrationibus promovendi civitatem convenit, & ab unoquoque semper quod optimum est factu, non quod facillimum, dici: ad hoc enim vel ipsa natura progreditur: ad istud vero rationibus edoctum bonum civem adduci oportet, ut unusquisque vestrum o Athenienses cognoscat & sciat, quod ignavia quotidiana & quies, quemadmodum in vita privatorum, sic in civitatibus quoque, non principio, sed post summam precipuamque negotiorum partem, occurrat.

Ibidem.

Quemadmodum igitur singuli suos habent parentes, sic etiam univere civitatis cunctos, communes cum parentibus esse, iudicandum est: eosque decere, non solum ex iis que civitas largitur auferre quippiam, verum etiam si nihil eorum adsit, abunde prospicere. ut nulla in re cives penuria laborantes negligantur.

Ibidem.

Quoniam oportet o Athenienses, communem inter nos reipub. administrationem in se usurpare, quod fiet, si locupletes (qui quod vitium attinet, securi sunt, & nihil eius causa metuum) opes suas adversus pericula pro publica salute patrie communicent: reliqui vero, que communia sunt, pro communibus habeant, & pro se quisque participent, singulorum autem bona, possidentium esse propria existiment.

Hæc

Hæc ratione & parva civitas magnitudinem acquirit, & magna conservatur.

Viro autem tyranno, aut civitati principatum gerenti nihil absurdum est, modo sit vitium: dis in conneque familiarè illum, nisi fidelem, existimant: cione Euphemi, libro 6. oportere autem singulorum amicitias aut inimicitias pro ratione temporis eligere.

Perinde periculosum est insipienti gladium, Iamblichus ac improbo viro magistratum committere. in adhorta

Theophrastus interrogatus, quidnam vitam tione ad humanam conservaret, dixit: beneficentia, & philosophiam.

Charillus rex, quamobrem Lycurgus tam paucas leges condidisset interroganti cuidam, respondit: illos qui pauci legibus utantur, non opus habere legibus.

Cibum autè foris sumunt in comitiis, inquit Herodotes: turpia quidem, sed necessaria clam esse faciunda: non turpia vero, palam.

Ceterum ego censo homines prudente studio, Xenopho diosos, & qui se idoneos fore putent ad eruditissimos lib. I. dum cives de rebus vitibus, minime violentos Memorae esse futuros, eo quod cognoscant violentiam cobilium Somites habere inimicitiam atque periculum: percratis.

sua fione autè & citra periculum & cum benevolentia idè effici. Nam qui per vim coacti sunt, eorum magna re privati, odio prosequuntur illos qui coegerunt: qui vero suadela inducti sunt, cum gratia invitati, amant. Quamobrem vim



facere non est prudētie studiosorum, sed qui ro-
bur sine mente possident, violentis gaudent fa-
cinoribus. Quinetiam sociis, qui vim inferre
audet, nō paucis indiget: pollens autem persua-
dendo, nullis eget, quippe vel solum se suadendi
facultate voti compotens fore sperās. Ad hæc
huiusmodi viris eadem cōmittere omnium mi-
nimè contingit. Quis enim malit occidere quæ-
piam, quam viui obedientis opera vti?

Solon illam ciuitatem optimè habitari dixit,
in qua viros bonos honoribus afficit: contra au-
tem, improbos pœnis, mos fuerit.

Solon quaesitus, quam ratione nullum in
vrbe scelus perpetraretur, dixit: si tam indigna-
rentur illi, quibus non est facta iniuria, quam
quibus facta est.

Periander, interrogante quodam, cur impe-
rium non deponeret, dixit: quoniã per vim im-
peranti, etiam vltro desistere periculosum est.

Pythagoras dixit: primum luxuriam ciuita-
tes ingredi, deinde saturitatem, postea contu-
meliã, postremò exilium.

Socrates interrogatus quænam munitissima
ciuitas esset, respondit, quæ bonos viros habet.

Idem felicem illius reip. constitutionem esse
dixit, in qua prescelti societate coniunguntur.

Idem ciuitatem optimam esse pronuntiauit,
in qua plurima virtuti præmia proposita sunt.

Idem optimè habitari dixit ciuitatem, quæ
secundum

secundum leges viueret, & iniustos puniret.

Pythagoras ciuitatum optimam esse dixit,
quæ viros bonos habet.

Idem principes constitui iussit illos, qui à te-
neris bene educati sunt, & iam adulti etatem
suam lucri gratia non prostituerint.

Respublica enim conuersatio est hominum, Platonis in
honesta quidem bonorum: inhonesta verò ma- Menexeno
lorum.

Hoc etiam reputate, quod si munera paucis, Aeschinis
eisque condignis, & secundum leges contuleritis,
multos vos habituros esse pro virtute certantes:
si autem cuilibet cupienti, & iis qui nihil egre-
gium fecerint gratificamini, frangi etiam inge-
nia corrupturos.

Zenon dixit decorandas esse vrbes non pro-
tiosis ornamentis, sed inhabitantiũ virtutibus.

Solon rogatus, quomodo ciuitas in optimo
statu degeret, dixit: Si ciues quidem magistra-
tui obediant, magistratus autem legibus.

Inter quos enim maxima virtutis præmia Thucyd. in
proponuntur, apud illos optimi etiam viri rem- Epitaphio
publicam gubernant.

Arcefilæus dicebat, quemadmodũ vbi phar-
maca multa, multique medici sunt, ibidem &
morbi abundant: sic etiam vbi plurimæ leges
fuerint, ibi & iniustitia viget maxime. Hippoda.

Dico autem vniuersam reipub. in tres ordi- Pythag. in
nes diuisam esse: & vnum quidem esse bonorũ libr. de rep.

ordinem publica negotia gubernantium: alterum ex viris robustis constare: tertium ex illis qui res necessarias expleant, ac suppeditant. Nomino autem primum quidem ordinem, consiliarium: secundum, auxiliarem: tertium, mechanicum. Et priores duos proprios esse dicimus vitam liberam degentium: tertium vero, victum labore quaerentium. Ac consiliarium quidem optimum esse: mechanicum, deteriore: auxiliarem, medium. Item consiliarium imperare oportet, mechanicum parere: auxiliarem vero, virumque. Consiliarius enim quid agendum sit, consilium presertit, ac auxiliarius, dum propugnat, totam mechanicam multitudinem regit: quatenus autem ei prescribuntur consilia, regitur.

Ceterum singulorum istorum ordinum deinde in tres alios subdividuntur. Consiliarius enim pars quedam est primaria, alia rectoria, alia senatoria, vel in commune consulens. Primaria quidem in consessu suo presidens ante omnia de rebus consultat, ac deinde ad senatum refert. Rectoria, media est, & ad reliquos regendos creata. Senatoria ex reliqua multitudine constans, à primariis proposita suscipit, suffragia fert, & quæ in iudicium veniunt confirmat. Sed ut paucis dicam, primarios quidem sibi visa ad communem senatum referre opus est: hunc rursus per prætatores ad populum. Similiter & auxiliarius ordinis, siue robore virum præstantis

pars

pars aliqua regit, altera propugnat, reliqua pars eaque maior, promiscua, & militaris est. Prima autem siue rectoria est, ex qua castrorum præfecti, ductores ordinum, manipulorum duces, & antesignani constituuntur, ac denique omnes qui muneri cuiuspiam præsciuntur. Pars propugnans ex robustissimis, animosissimis, & audacissimis quibusque consistit. Promiscua vero & militaris, omnis reliqua multitudo est. Mechanici autem, ac ex labore viuicis generis pars una agrorum culturam exercet, & in regionis cultu occupatur: alia incumbit artibus, instrumenta & commoditates vite negotiis exhibens: alia peregrinatur, & mercaturam facit, quæ in ciuitate quidem abundantia in exteris regionibus euehit: & alia aliunde in patriam conuehit. Constitutio igitur ciuilis communio, ex tot ac talibus partibus consistit. Deinceps de coniunctione & vnione ipsarum differemus. Quoniam vero omnis communitas ciuilis omnimodam cum lyra similitudinem recipit, eo quod apparatu, concinnatione, & tandem pertractatione aliquam suamque musico indigeat: de apparatu quidem reipublicæ, id est ex quot & quibus partibus consistat, iam antè mihi explicatum est: restat ut in præsentia de coniunctione decerni, ac vnione ipsarum verba faciam. Itaque politicam communionem tribus modis aptè concinnari assero, nempe doctrina & rationibus, studiis cõsuetu-

dinum, ac legibus, atq; per ista tria hominem
 institui, honestioremq; fieri. Rationes enim do-
 cent, induuntq; desyderia, ad virtutes incitantes:
 leges partim metu detinentes coercēt, partim
 honoribus & premiis allicientes, inuitant. Cō-
 suetudines autem & studia animam formant,
 & quasi cercum fingunt, naturali habitu ob-
 assiduam actionem imbutum. Ceterum oportet
 haec tria conuenire in honesto, vtili, & in-
 sto: & in singulis, si fieri potest, ad ista omnia
 collimare, sin minus ad duo saltem, aut vnum.
 Ita vt & ratio siue doctrina honesta, vtilis
 atque iusta sit, similiter & consuetudo, &
 lex. Praeferendum est autem honestum, ab
 eo iustum. tertio loco vtile habendum. Et in
 vniuersum conari decet, vt hisce modis ciuita-
 tem, quam maxime fieri potest, consonam par-
 tibusq; suis concinnam efficiamus, ne seditio-
 nibus & contentionibus agitetur. Hoc au-
 tem eueniet, si inuenilium animorum affectus
 instituantur, & ad mediocritatem reducantur,
 quod incunda & molesta attinet: deinde si opes
 ac reditus ex agricultura mediocres sint: item
 si officii praestitutū, virtute quide egentibus,
 boni: experientia aliqua, periti: largitionem ve-
 rō & sumptum poscentibus, opulenti: atq; tan-
 dem his omnibus officio suo, vt decet surgenti-
 bus honores debiti tribuantur. Porro virtus tri-
 bus ex causis promouetur, metu, cupiditate, pu-
 dore,

dore. Metum incutere lex poterit: pudorē, con-
 suetudines: bonus enim moribus affuetos, turpe
 quid admittere pudet. Doctrina verō deside-
 rium parit. Nam reddita rei causa, animum
 allicit, attrahitq; cum aliās, tum si adhortatio-
 ne iuncta fiat. Quocirca tribus sodalitates, con-
 turbernia, & conuentus tum militares tum ci-
 uiles adolescentibus commendare oportet, ita
 tamen vt seniores sibi coniunctos habeāt. Quā-
 doquidem vt adolescentes moderatione, & cor-
 rectione egent, ita senes beneuolentia, & cōuer-
 satione incunda.

Quandoquidem igitur per tria hominem
 diximus honestum euadere, scilicet consue-
 tudine, lege, & doctrina, considerandum
 est quomodo consuetudines aut corrupti, aut
 custodiiri possint. Inueniemus ergo duobus mo-
 dis consuetudinum corruptionem accidere:
 Nam aut propter nos, aut propter externos.
 Per nos quidem, quia fugimus molesta, vel
 quoniam sequimur incunda. Nam qui mo-
 lestias declinant, non tolerant labores: vo-
 luptatum autem cupiditas, in causa est, vt bo-
 na amittantur. Siquidem labore bona con-
 ciliantur hominibus, voluptatis studium mala
 comitantur. Quare incontinentes ac molles fa-
 cili & animi magis effeminati sūt, & in ex-
 pendendo prodigi. Ceterum ab externis consue-
 tudines inficiuntur, cum peregrinus populus

nobiscū habitat mercatoria felicitate affluenti
aut vrbis vicini voluptuarij & molliculi sunt
& morum suorum contagio propinquos affi-
ciunt. Quapropter opus est vt legislatores, &
multitudinis prefecti sedulo animaduertant,
num diligenter obseruentur mores, & aequalis
in omnibus pergant: item an multitudo ciuita-
tis patriæ, id est, hominum indigenarum sin-
cera maneat, nec alia gente misceatur: & an
honorum opumq; magnitudo equalis perma-
neat, aut nõ multum variet. Cum enim super-
flua possidentur, plura & superflua conquiren-
di desiderium sollicitat. Hoc quidem pacto mo-
res & consuetudines custodiantur. Porro do-
ctrina & oratio perpedetur, ex aminando pro-
bandoq; sophistas, an secundum leges, & insti-
tuta ciuilia, idoneumq; seu proprium viuendi
genus, vtilia proloquantur. Nõ mediocrem enim
sed maximam infelicitatem hominum animis
sophistarum dissertationes ingenerant, si quid
ausi fuerint innouare præter cõmune iudicium,
in diuinis humanisq; rebus: quo admissõ neque
veritas maior, neque vita tutior honestiorũ sit
tura sit: sed maiori potius caligine atq; pertur-
batione inuoluẽda, & metu omni vacuus exul-
tat ingenio petulanter, & malignus est variis
modis. Vtendum est autem oratione ciuili cum
grauitate quadam, ita vt ab animi affectu pro-
ficiscatur, & simulata non sit: sed morata, ve-
luti;

lutiq; natiuum dicẽtis ingenium exprimat au-
ditoribus. Tales autem opinioniones huius serẽ ge-
neris omnes sunt, aut nullum esse numen, aut
quamuis sit, non hoc tamen præditum esse affe-
ctũ in genus humanum, vt ipsum inspiciat &
curet: sed relinqui id & negligi ab ipso. Ete-
nim huiusmodi sententia simul recepta, stulti-
tiam iniustitiamq; gignit in hominibus quãta
non facile verbis exprimi potest. Quis enim
inobediẽtia plenus ciuili & reuerenda disci-
plina varijs modis abutitur, ita vt profusus ex
animi sui affectu, nec vlla simulatione, de re-
bus loqui videatur, & oratio morata, velu-
tiq; natiuum dicẽtis ingenium ob oculos po-
nens, appareat. Ceterum legibus confirmabitur
republica, si mixta fuerit, aut cõcinata ex om-
nibus alijs: is inquam, quæ non præter naturã
se habent, sed secundum naturam. Nam tyran-
nidis nullus est vsus ciuitatibus, & serẽ etiam
oligarchie. Primum itaq; regnũ insertum esse
oportet, secundo aristocratiam. Est enim regniõ
res quadam ad diuinam imitationem compara-
ta, & egrè ab humano ingenio conseruari po-
test, vt quæ cito per luxum & contumeliam
immuetur. Quare non profusus eo vidẽdum est,
sed quantum eius fieri potest, & reipublica con-
ducit. Aristocratia verò multo magis inferen-
da est, eo quòd plures sint principes, qui se in-
nicem emulari solent, & imperium sapijs ab



rimo in alium transfertur. Democratia quoque omnino est necessaria. Ciuem enim qui totius reipublice pars est, nonnihil ex ea honoris aut præmij accipere decet. Sed minimè indulgendum est vulgo, quippe quòd audax in agendo atque præceps existat.

Diog. Py- Porro leges nõ cellis inclusas esse oportet, sed
trag. ex lib hominum animis & moribus. Sed quòdnam
de sanctis. est fundamentum totius reipublice? Nimirum
adolescentium educatio. Faud enim vnquam
vites vtilem fructum protulerint, quæ nõ bene
sint excultæ: nec vnquam pulchri fiet equi pul-
lorum, educatione neglecta. Nam fructus etiã
adhuc teneri, maximè similes sunt corpori, in
quo continguntur, & cui insinuantur. Verùm
de vitibus quidem quo pacto putari & curari
debeant, studium est hominibus: Ingeniorum
verò humanorũ cultus negligenter & temerè
tractatur. Quamuis vitis & vinum non regat
ciuitates, sed homo & hominis animus. At qui
plãtis quidem curãdis maioris pretij hominem
presficere solemus, neq; minoris quàm duabus li-
bris conductum, pueris verò Illyrium aliquem,
aut Thracem nullius pretij. Ceterùm primi illi
legislatores cum animaduertent, quòd homi-
num studia non possent omnino tranquilla esse,
admiserunt eis saltationem & rhythmum mo-
ru certo & ordine constantes: ad hæc ludos con-
cesserunt, qui vel ad mutuam coniuunctionem
pro

promouerent: vel ad verum cognoscendũ, acuen-
dumq; ingenium facerent. Similiter illis qui eb-
rietate & crapula inducti aliquid mali per-
petrabant, tibias & concertum accommoda-
runt, vt ingenia his modis irrigata, honestio-
res maturescendo mores acquirerent.

Quando itaque bene incipientes pueri iocari
ac ludere, legitimum per musicam morem imbi-
bunt; in contraria his omnino ac superioribus
musica tendit: atq; prosequitur erigere, si quid
antea in ciuitate iacebat. Vera loqueris. Quæ
igitur exigua videntur esse ciuitatis instituta,
vt dixi, hi reperient, quæ superiores omnia per-
turbant. Quælia? Hæc videlicet. Quem admo-
dum tacere debent coram senibus iuniores, ce-
dere illis locum atque assurgere, parentes colere:
quis tonsuræ modus seruandus cuiq; quibus ve-
stibus calceisue vtendũ: & omnino quis corpo-
ris ornatus cõueniat, ac cætera generis insulem.
An nõ putas? Equidem. At qui legibus hæc
prescribere, ineptum, vt arbitror, videretur.
Nam neque id vsquam fit, neq; constaret hæc
verbis literisq; mandata. Quomodo enim? Ap-
paret itaq; o Adimante, quale cuiusque fuerit
puerili educationis initium, talia fore etiam
quæ sequantur. An non simile semper simile
prouocat? Cur non? Ac tandem dicendũ id est
in vnum aliquod summum & potens siue bo-
num seu malum desinere.

Platon. in
dialogo. 4.
de iusto.



Ibidem.

Conseruationem quandam fortitudinem esse dico. Quam conseruationem? Opinioni videlicet lege per educationem conceptæ, qua indicantur quæ terribilia sint & qualia. In omnibus autem eam conseruationem esse dixi, hoc est vt rata semper & vbique seruetur, siue quis doloribus afficiatur seu voluptatibus, aut cupiditatibus, aut timoribus, nec villo pacto quis propter hæc ab ea dimoueat. Cui autem simile esse id arbitror, si vis tibi aperta. Cupio equidem. Nescis quod fullones, quoties volunt lanas purpureo colore inficere, primo quidem ex tot coloribus album eligunt, deinde non mediocri opera præparant, vt quàm maxime florem suscipiant, atq; ita demum colori inspergunt purpureo. Quod autem ita est tintum, indelebile permanet, neque sola aqua diluitur, neque etiam additis his purgationibus, quæ ad abstergendam pertinent, aboleri slos ille coloris potest. Quæ autem non ita præparata sunt, suis qualia euadant seu aliis coloribus, seu istis tingat aliquis, cum minus antea excoluerit? Certe deformia sunt, colorésque eorum facile diluuntur. Tale aliquid facere studuisse nos pro viribus cogita, quando milites ipsos eligebamus, eosque in musica & gymnastica erudiebamus: atque existima nihil nos aliud excogitasse, quàm vt nobis quàm optime persuasi leges instar coloris cuiusdam imbibere:

aledo

aded vt eorum opinio de rebus terribilibus, deque ceteris omnibus immobilis perseueret, ex eo quod optima natura geniti fuerint, & decenti educatione nutriti, neque colorationem eorum delere valeant purgamina ista ad diluendum vehementissima: voluptas scilicet omni saponis acrimonia, aluminisque, & calcis ad expurgandum acrior, dolor item, metus, atque cupiditas omni alio purgamine ad abstergendum potentiora. Hanc vtique vim passim recte legitimæque opinionis conseruatricem, circa terribilia eorumque contraria fortitudinem voco equidem atque assero, nisi tu forte quid aliud dixeris. At ipse nihil aliud. Videris enim opinionem eadem de eisdem absque disciplina conceptam, serinam videlicet & seruilem haudquaquam existimare legitimam, sed aliud quiddam quàm fortitudinem nuncupare.

Ornatus quidam est temperantia, & à voluptatibus cupiditatibusq; quibusdam, vt perhibent, abstinentia. Dum vero temperatum hominem seipso potètiorem, suiq; victorem nescio quo modo esse dicunt, & quedam similia, tanquam vestigia nonnulla temperantiæ signant. At non? Maxime omnium. Nónne quod seipso potètiorem, seipso potentius nuncupatur, ridiculum quodammodo apparet? Quisquis enim seipso potètiorem, seipso quoq; imbecilior erit:

rursusque qui imbecillior & potentior. Idem quippe aliquis in his omnib. appellatur. Quid nō? Atqui videtur mihi id velle sibi hic sermo, quod in hominis anima duo quædam sunt. Vnum quidem melius, alterum verò deterius. Et quando quod natura melius est, deteriori dominatur, tunc aliquis seipso potentior dicitur, atque hoc sermone laudatur. Quoties autem propter improbam nutritionem vel consuetudinem aliquam, quod est melius, cum minus ipsum sit, deterioris multitudine superatur, hoc ex opprobrio quodam seipso imbecillius dicitur: & qui ita affectus est, intemperans appellatur. Sic apparet. Contemplare hanc nuper à nobis conditam civitatem, inveniesque ipsi alterum horum inesse. Potentior quippe ipsam seipso iure vocatam fateberis. Nam si melius in ea peiori imperat, temperata dicenda est, & seipso melior. Contemplor equidem, ac vera loquens. Enimvero plurimas variasque cupiditates, voluptates, dolores, in his omnibus reperire maxime quisque poterit, multitudine & ministris, & eorum qui liberi esse dicuntur in ipsis plebeis abiectisque hominibus. Omnino quidem. Simples autem & moderatas, quæ cum mente & opinione recta, ipsa ratiocinatione ducuntur, in paucis sane reperiet, & his quidem natis optime, & optime educatis. Vera hæc sunt. An nō & hæc in civitate

uitate hæc esse vides, atque hic cupiditates vulgi viliumque personarum superatas à cupiditatibus & temperantia paucorum modestiorumque virorum? Cerno equidem. Si qua igitur civitas potentior cupiditatibus & voluptatibus atque item ipsa seipso, hæc maxime talis appellanda est. Propterea. Itaque nōne iusta hæc omnia & temperata? Maxime. Atqui si in illa alia civitate tam subditis quam imperantibus opinio, quibus deferre potissimum imperium debeat, hæc inest, in hac præcipue inesse oportet: an non ita censes? Magnopere istuc quidem. Quibus itaque potissimum civibus inesse temperantiam dices, quoties sese ita habuerint: in principibusne, an in subditis? In ambobus quodammodo. Cernis quàm aptè vaticinatus sumus paulo antè, harmoniæ cuiusdam esse similem temperantiam? Curram? quia non quemadmodum sapientia & fortitudo in partibus quibusdam iacentes, illa quidem sapientem, hæc fortem efficit civitatem, ita modestia quoque: sed in star harmoniæ quæ diapason dicitur, per totam civitatem diffunditur, efficies ut in idem debiliores homines fortioresque & mediè prudètia, potètia, multitudine, pecuniis item aut alio quodam huiusmodi consonent. Quapropter rectissime possumus temperantiam hæc appellare concordiam, deterioris videlicet & potioris secundum naturam cōsensionem, quæ doceat, quem vel in ci-

uitate, vel in moquoq; conueniat dominari.
Assentior equidem.

Attende si quid dico. Nam quod principio
passim statuimus faciendum, cum ciuitatem
condidimus, idem, vt arbitror, vel species qua-
dam ipsius, iustitia. Nam diximus saepe nu-
mero, si recordaris, vnumquq; oportere vnum
aliquid exercere eorum qua ciuitati conducant
ad quod ipsius natura esset aptissima. Dixi-
mus proculdubio, Etenim quod sua agere, ne-
que in alienis curiosè occupari, iustitia est, &
ex alijs multis audiuimus, & saepe ipsi dixi-
mus. Diximus planè. Hoc vniue videtur
amicè cum sit, quodammodo iustitia esse, sua
scilicet agere, Scis vnde istud conijciam? Ne-
quaquam, sed dicas. Videtur mihi quod reli-
quum nobis est in ciuitate, præter illa qua consi-
derauimus, temperantiam, fortitudinem, prou-
tiam, hoc esse quod omnibus illis vim præbuit,
qua & innascerentur. & innata persevera-
rent, quatenus ipsum adest. Atqui diximus
iustitiam fore quod restaret, si tria nobis com-
pertæ essent. Necessarium id quidem. Verum-
tamen si iudicandum sit quid horum potissi-
mum cum inest bonam efficit ciuitatem, ambi-
guum erit, vtrum consensio imperantium &
subiectorum, an legitime opinionis seruatio in
militibus, iudicantis secundum legem qua ter-
ribilia censenda sunt, quæue non: vel in princi-
pibus

pibus ipsis prudentia & custodia, An id po-
tius bonam ipsam præ cæteris reddat, cum inest
pueris, mulieribus, seruis, liberis, artificibus,
magistratibus, & priuatis, quod videlicet
suum quisque vnus vnum egerit, minime per
aliena vagatus. Ambiguum certè. Quid nunc?
Ergo vis ipsa qua sua quisq; in ciuitate agit,
de ipsius ciuitatis virtute ex æquo cum sapien-
tia eius, temperantiaq; & fortitudine certat.
Valde. An non igitur iustitiam pones, quod
cum istis ex æquo de ciuitatis virtute concer-
tat? Omnino quidem. Considera præterea &
hac ratione, nunquid tibi sic videatur. An
principibus in ciuitate mandabis vt iuste sen-
tentias ferant? Cur non? An iudicabunt alte-
rius cuiusquæ auidi magis quam huius ipsius
vt singuli neq; vsurpēt aliena, neq; suis prisen-
tur? Non alterius certè, sed istius duntaxat.
Tanquam id iustum sit? Nempe. Et hac quoq;
ratione asseritur sui cuiq; & proprij possessio-
nem actionemq; esse iustitiam, Est ita.

Age igitur, inquam ego, huic accede, vt vi-
deas quot species improbitas habet, vt mihi vi-
detur. Attende nunc. Nempe hæc digna spe-
ctata. Sequor equidem, dicas modo. Atqui
tanquam è specula quadam postquam huc ra-
tiocinando conscendimus: vna mihi species
virtutis occurrit prauitatis inimicæ. Ex qui-
bus quatuor quidam modi potissimum se offe-





runt, quorum meminisse oportet. Quomodo istud ais? Quod sanè Rerumpublicarum modi sunt species suas habentes, totidem esse & anime ipsius apparent. Quot? Quinque: Rerumpublicarum, quinque; rursus & anima. Dic quales. Vnum aliquem Reipub. modum esse hunc esse, quem ex se suis: dualis vero appellationibus declarari potest. Nam si inter principes civitatis unus quidam sit omnium prastantissimus, regnum vocabitur: sin autem plures, gubernatio appellabitur optimatum. Vera narras. Hanc unam idem speciem esse dico quia siue plures gubernent, sine unus, nullus qui ita, ut diximus, educatus & eruditus fuerit, quicquam existimatione dignam in Reipub. publice legibus permittat.

Platonis ⁵ Nudandum igitur corpus erit mulieribus dialogo. 5. custodem, quandoquidem pro vestibus virtute de Reipub. tem induent. Communicandumq; in bello & rel de isto alia omni civitatis custodia atq; tutela: neque aliud agendum. Hæc enim tamen officiorum leviora quaque propter generis imbecillitatem mulieribus tribuenda. Qui vero nudas riserit mulieres, optimi cuiusdam gratia ita nudatas, inanem circa ridiculas nugæ carpens sapientia fructum, neq; quid videat, neq; quid agat, intelligit. Scite namq; istud & dicitur & asseritur: quod vitale quidem, honestum: non vitium autem, turpe.

Hanc

Hanc quidam & priores ceteras, ut puto Ibidem, hæc quoque lex sequitur. Quenam? Mulieres scilicet hæc horum virorum omnes omnium esse communes, nullamque priuatum alicui adbere, ac rursus communes filios, neque patrem filium suum nosse, neque filium suum agnoscere patrem. Multo certe difficilius istud credetur, quod vel possibile, vel vitale. Hanc quidem arbitror dubium id cuique fore, quin vitale sit, maximumque bonum, mulieres esse communes, communes esse filios.

Talis vitique erit o Glaucio inter civitatis Ibidem, custodes mulierum & filiorum communio: quod autem congruat reliquo civitatis ordini, sitq; admodum optima, oportet deinceps ratione confirmare, aut quid agemus? Hoc omnino. An non conventionis huius hoc est principium, ut à nobis ipsis sciscitemur, quid maximum bonum ad civitatis constitutionem inueniamus, ad quod respiciens legislator, leges condere debet, quid vitale maximum malum? Consideremus deinde an ea que modo narrauimus, ad boni ipsius investigationem nobis conueniant, à mali autem vestigio dissonent. Maxime omnium. Habemus ne vitium perniciosius civitati malum, quam quod eam diuidit, & ex una plures facit: vel melius quicquam eo, quod ipsam vincit simul, & unam efficit? Non habemus. Nène voluptatis dolorisq; communio

ruit, quando ciues omnes maximè ex earumdem rerum accessu, vel decessu pariter gaudent ac dolent? Et maximè. Horum verò diuersitas eam dissoluit, quando eisdem ciuitatis, & eorum qui in ciuitate sunt, casibus alij vehementer dolent, alij gestunt. Quid ni? Ex hoc autem tale quid prouenit, quando non simul in ciuitate hæc verba vulgantur: Meum scilicet, & nõ meum: ac de alieno eodem modo. Valde. In quacumque igitur ciuitatem plurimum ad idem secundum eadem hoc dicunt, Meum & non meum, ea optime gubernatur. Profsus. Et quæcumque quam optime ut vnus homo affecta sit. Porro quoties alicuius nostrum percussus est digitus, tota corporis communitio ad animam pertingens, in vnâ coordinationem eius quod in ipsa anima dominatur, sensit protinus, totaq; simul affecta parte condoluit, atq; idcirco hominem dolere digitum dicimus. Eademq; est de quavis alia parte & passione hominis ratio, de dolore videlicet, cum pars aliqua dolet: ac de voluptate, cum aliqua sui parte reficitur. Eadem ratio certè & quod quavis ciuitas que optime regitur, quam proximè ad hoc accedit, quoties ut arbitror, ciuim cuiquam bene aliquid vel mali continget, talis utique ciuitas suum esse clamabit eum qui sic afficitur, atque ideo tota vel letabitur vnâ, vel dolebit. Necessè est ita in ciuitate optimis legibus gubernata

bernata contingat. Sed hora iam est, ut ad ciuitatem nostram redeamus, & que nunc inter nos constitierunt, exquiramus vtrum ciuitati hæc conueniant maxime, an alteri potius. Licet profsus. Sunt & in alijs ciuitatibus principes & populus, & in ista similiter? Sunt. Atqui omnes isti ciues se alterutrum appellabunt? Quid ni? Sed præter ciuis nomen, quomodo in alijs ciuitatibus populus principes vocat? In pluribus quidem dominos, in populari autem gubernatione principes. At nostræ ciuitatis populus, quomodo vltra ciuis nomen principes nuncupabit? Seruatores auxiliariosque. Quo autem modo isti populum? Mercæ tributores & nutricatores. Qui verò in alijs præsumt, populum? Seruos. Principes ipsi se inuicem? Comprincipes. Nostræ autem? Custodes. Putas esse aliquem inter aliarum ciuitatum principes, qui ex collegis alium sibi propinquum, alium extraneum vocet? Equidem multos. Propinquum igitur tãquam suum & putat & dicit: extraneum verò, ut non suum. Planè. E nostris autem custodibus estne vllus qui collegarum quempiam extraneum arbitretur ac vocet? Nullus. Cuiusque enim quis occurret, vel fratri, vel sorori, aut patri, aut matri, aut filio, aut filie, siue horum natis, seu maioribus putabit occurrere. Præclare loqueris, sed ad hoc quoq; responde. Vtrum ciuibus tuis



nomina duntaxat inuicem, propinqua & familiaria lege statues? an præterea propinquitatis officia, ut videlicet ita se gerat, ut appellationis ipsius dignitas postulat, seruent; erga parentes, quacumq; lex exhiberi illis præcipit reuerentiam, curam, obedientiam; alioquin & deos & homines inſensos habeant, ut pote qui neq; sancta, neque iusta agant, si contra fecerint? Alij ne in hac tua ciuitate sermones quam hi, cunctis ex ciuibus protinus, ad aures puerorum circumsonabunt, & aduersus parentes quoscumq; illis quis iudicauerit, & aduersus alios genere proximos? Hi certe ipsi. Absurdum enim id esset, si domestica nomina tantum ore, sine officio perferentur. In hac igitur ciuitate maxime omnium, vno aliquo bene vel male affecto, vno ore clamabit omnes. *Meum bene se habet, vel meum se habet male.* *Verba loqueris.* Cum hac opinione ac verbis huiusmodi sequi dicebamus, ut & voluptates communes sint & dolores. Et recte quidem, ut eo igitur maxime nostri ciues inuicem communicabunt quod meum dicent: ex qua communicatione sequetur uti voluptates & dolores communes habeant. Penitus. *Horum vero causa vnum cum reliqua ciuitatis constitutione, est ipsa custodum circa mulieres filiosq; communio.* Sic est omnino, Enimvero summum hoc ciuitati bonum esse confessi sumus, cum ciuitatem

tem recte gubernatam similem esse diceremus corporis, cum singulis partibus suis circa voluptatem & dolorem quoq; modo communicatis. Et merito quidem concessimus. Maxime itaq; boni causa ciuitati nobis patuit esse ipsa inter auxilarios mulierum filiorumq; communio. Valde. At qui & superioribus hæc consonant: Diximus enim neq; domos proprias his esse debere, neque agros, neque possessionem aliquam, sed ab aliis accipere nutrimentum mercedem custodiæ, & communiter omnes consumi, si veri custodes futuri sunt. Probe, Nonne quod ipse aio, & que supra, & que nunc inducuntur, maxime faciunt, ut veri hi custodes euadant, neq; diuidant ciuitatem, dum meum dicant non idem omnium, sed aliorum aliud esse & alius in propriam domum trahat quodcumq; seorsum ab aliis usurpare valuerit, alius in suam ab aliis diuersam domum: & ex propriis mulieribus ac filiis, diuersi diuersi lætetur & doleant, imò vero ut ex vna proprii eiusdem omnium sententia in idem tendentes omnes quoad fieri potest, similibus voluptatibus: et doloribus iisdem, si quid accidat, afficiantur? Maxime. Quid autem iudiciorum cõtrouersæ accusationesq; mutue, nonne cessabit omnes, quãdoquidem nec proprii quicquam præter corpus quisquam habebit, reliqua vero cõmunia? Vnde sequitur, sine seditione illos fore, quantum ad eas



lites attinet, quæ pecuniarum, vel filiorum, vel propinquorum causa oriri solent. Necessè est omnino hæc abesse. Quin neque de vi illata vsquã contendatur. Nempè asseremus honestum & æquum esse, vt equalè equalis ab iniuria arceat, tutandis corporibus necessitatem imponentes. Probè. Atqui & hoc rectum lex hæc continet, quòd si quis alicui irascatur, iramq; ex- plere contendat, minus ad maiores maiorumue transibit seditiones. Sic est prorsus. Senioreni quippe lex nostra constituit præesse omnibus iunioribus, eòsq; corrigere. Perspicuũ id quidem. Constat præterea, quòd iunior in senioreni nisi iussu principum seuiet, nunquam neque ca- dere audebit, vt decès est, neque ignominia illa afficere. Metus nãque & pudor custodes sunt ad hæc prohibenda sufficientes. Pudor quidem non permittit eos, quos parètes suspiciãtur vio- lare. Metus autem ab iniuria absterrebit quæ- que, timentem scilicet ne ceteri omnes, partim vt filij, partim vt fratres, partim vt patres op- presso succurrant. Ita prorsus accidit. Omnino egitur ex his legibus ciues inuicem in pace vitã agent. Summopere. His autem inter se minime dissidentibus haud metuendum est, ne quando ciuitas alia vel aduersus hos, vel ipsi inter se pugnent, seditionisq; moueant. Non certè. Põ- det referre, quia minus deceat, minutissimã quæq; mala, a quibus liberi ciues erunt. Ad-
lationes

lationes certè aberunt, quibus aduersus diuites inopes vsi solent. Solitudines item indigen- tium atque dolores, quibus in filiis nutriendis querendisq; pecuniis propter necessariam do- mesticorum seruorumque nutritionem vexan- tur, dum & sænoribus dant operam, & negãt que acceperunt, & questus vnde cuiq; student, deponunt præterea apud mulieres ministròsque permulta, que ad tẽpus condãtur. Nam quam multa, & qualia in iis homines patiuntur ò a- mice, & ipsa per se cuiq; patent, & illiberalia sunt, & indigna narraui. Patet planè vel ce- co. Porro ab his omnibus liberi erunt, vitãq; agẽt beatiorẽ beatissima illa eorum vita, qui vicerunt Olympia. Qua ratione? Nempè illi ob exiguam eorum, que hi possidẽt, partẽ beati putantur. Nam & victoria horum præclarior & perfectior ex publico alimonia. Horumque victoria, ciuitatis totius est salus. Alimenta præterea & quæcunq; alia ad victum neces- saria ipsi eorumque filij coronationis loco acci- piunt. Honores insuper & premia ab ipsa Repub. viuẽtes consequuntur, & vita sumẽti digna sepulchrorũ suis virtutibus monumenta. Hæc certè admodum egregia sunt.

Videtur mihi sicuti nomina hæc duo sunt, Ibidem a- bellum ac seditio, ita & duo quedam dila- quantos subesse differentis. Dico autem duo hæc, post. aliud quidem proprium & cognatũ, aliud



alienum atque extraneū: inimicitiam quæ inter nos est seditionem: quæ inter extraneos, bel- lum vocant.

Et paulo post. Ponamus itaque legē hanc custodibus, ut neque populentur agros, neque igne ædēs absumant. Ponamus profectō, & hæc mō cum superioribus recte se habere assueverimus. Sed mihi quidem videris ò Socrates, si quis te alia quædam narrare permittat, nunquam illius te recordaturum, quod in superioribus prætermittens, hæc omnia in medium adduxisti: quod videlicet possibile sit hanc Rempub. fieri, & quo pacto fieri possit. Nam si extiterit, quod bona omnia ciuitati ipsi proueniant, non dubito, quin & ea etiam, quæ tu prætermittis. quod videlicet ciues illi contra hostes strenue pugnabunt, eo quod se iniuicē nequaquam deserent, cognoscen- tes se iniuicem esse propinquos, perq̄; hæc nomi- na mutuo se vocantes fratres, patres, filios.

Ibidem li- bro 6. Hoc est quod conqueror, quia nullum vides ex his quæ nūc extant Rerump. institutionem ingenio philosophi dignam. Quæ mobrem mutari hanc naturam ac verti necesse est: utq̄; peregrinum semen in alienū solum iactum debilitatur, ac degenerans ad indigenā vertitur loci feminisq̄; naturam: ita & hoc genus propria nūc amissa virtute, in alienam speciem permu- tatur. Sin autem optimam Remp. nūciatur, sicut & ipsum est optimum, tunc demū diui-

num quiddā se esse, reliqua verò humana om- nia tam ingenia quam studia, declarabit.

Veritas autem ita se habet. Ciuitas profectō. Ibidem li- bro 7. in qua ciues ad expectandos magistratus mini- me ambiciosi sunt, optimæ & procul a seditionibus permanet: contra verò, quæ aliter affe- ctos habet ciues.

In ea siquidem sola vere diuites dominabun- tur: non auri dico, sed cuius oportet virum post. beatum diuitem esse, vitæ probæ atque prudentis. Sin autem inopes bonisq̄; propriis vacui ad publica aduentauerint, bona illinc rapere cupientes, ciuitas illa sælix esse nō poterit. Nam ubi de principatu contenditur, cum proprium hoc sit & intestinum bellum, tum eos qui ita pugnant, tum reliquam ciuitatem perdit.

Sic utique se veritas habet. Quod si & hoc præterea tui causa demonstrandum, quomodo in dialogo Platonis & secundum quid maxime effici possit, rursus in dialogo 5. de Re- ad hanc ostensionē hæc ipsa mihi satiare oportet. Quæ nam? Nūquid sic fieri quicquā possit pub. vel de- ut dicitur. vel ita natura comparatum est, ut iusto. a lio minus quam sermo veritatem attingat, licet alicui non videatur? Tu verò utrum das istud, an non? Do equidem. Ne me cogas iogi- tur, ut qualia verbis hæc figurauimus, talia pe- nitus digito indicare debeam. Sed si valeamus adinuenire qua ratione quam proximè ad hæc accedat reip. institutio, satendum esse compe-



risse nos quemadmodum que tu præcipis, effici possunt. An non satis esse factum duces, si horum compos efficiaris? Nam ego quidem sat haberem. Ego quoque. Conemur igitur declarare posthac, quid istud sit propter quod in civitatibus male agatur, quo minus sic regatur, & vtrum vnus cuiusdam exigui mutatione, civitas ad hanc formam instituat, quidue illud sit: & nunquid maxime vnus mutatione id fiat, vel saltem duorum, an plurium, sed quæ paucissimorum, & potentia minimorum. Sic omnino. Vno quodam mutato ostendere id possumus quod caderet, quod quidem non est paruum, nec facile, possibile tamen. Quid istud? Ad id redeo equidem, quod ingenti fluctu comparauimus. Dicitur igitur, quanquam suspicor ne effusore pernicatiorum risu inundante penitus obruatur. Cõsidera quod dicturus sum. Dic iam. Nisi philosophi civitatibus dominentur, vel hi qui nunc reges potentēsque dicuntur, legitime sufficienterque philosophentur, &c.

Porro discendi studiosus & philosophus idem. Cur igitur audacter nõ ponamus & in homine, siquidem aduersus familiares & notos mitis futurus est, philosophum ipsum esse & discendi cupidum oportere? Ponamus. Philosophus igitur & iracundus, & relox, & robustus natura erit, qui civitatis custos optimus est futurus. Sic est omnino.

Eiusdem
in dialogo
2 de Re-
pub.

Quid

Quid civitati & reipublica in primis optandum sit, explicatu difficile est. Difficile quidem est, fieri potest tamen vt felicissime agat, cum veri philosophi, aut plures aut vnus in civitate magistratum gerentes, presentium honorum quicquid est contempserint, vt quos viles ac iliberales æstimant: rectum autem, & qui id comitantur honores (nam iustum maxime & apprime necessaria res est) plurimi facientes, etque inferuientes, & ipsum promoventes, civitatem suam gubernauerint. Quomodo, inquit? Si inquam decem illi in vrbe seniores, cunctos rus ablegauerint, liberos autem eorum acceptos ex eiusdem quibus ali parentes solebant, educauerint, secundum suos mores ac leges quas recensuimus, hoc tempore & hoc modo tum celerime tum facillime civitas & respublica quæ describimus, prospere agat: & gens illa in qua fuerit, plurimum inde fructus percipiet.

At tu animaduertisne, quam pernicatam Platonis in argumentationem in medium adduxisti? quod lib. 4. de videlicet homo, neque quod nouit, neque quod Virtute ignorat inquirat. Nam si noscitur, nulla inquisitione opus est. Sed neque quod nescit inuestigabit: non enim nouit quid querat. Nõne recte induci õ Socrates hanc rationem existimas? Nequaquam. Potes dicere cur tibi non placeat? Possum, id enim a viris ac mulieribus diuinarum rerum peritis quardoque per-

Et alibi.



cepi. Quis istorum sermo? Verus, ut mihi videatur atque praeclarus. Quis inquam iste? Et quinam testantur? Qui hoc asserunt, sancti viri sunt, ac sanctæ etiam mulieres: quibuscunque cura exitit, ut eorum quæ proficiunt rationem reddere possent.

Tradit præterea Pindarus, et ceteri quicumque poetarum diuini sunt, talia quaedam, quæ aduerte quæso, num vera tibi videantur. Ferunt enim hominum animum immortalen esse, eumque tum decedere, quod quidem mori vocant, tum iterum redire, interire vero nunquam. Quam ob causam vitam quam sanctissimè agere monent. Quicumque enim poenas antiquæ miseriæ Proserpine iam dederunt, is illa ad supernum solen nono anno rursus animam reddit, quousque in reges gloria, sagacitate, sapientiâque præstantes evadant. Reliquum autem tempus sancti heros inter homines vocantur. Cum ergo animus immortalis sit, ac sepius in hæc vitam redierit, videritque per sepe et quæ in hac, et quæ in alia vita sunt, omniaque perceperit, nihil vitæ que restat, quin ipse didicerit. Quamobrem nihil mirum est, si eorum quæ ad virtutem et ad aliis pertinent, reminisci possit: quippe cum olim illa cognoverit. Cum enim tota natura cognata sit, ac sibi met consona, et animus cuncta didicerit, nihil prohibet hominem vnius cuiusdam reminiscenstem, quam disciplinam vocant, reli-

qua omnia recuperare, si quis adeo constans sit, ut qui eredo minimè fatigetur. Quæere igitur ac discere, reminiscencia est. Quapropter litigiose illi argumentationi nequaquam credere decet: pigros enim nos quodammodo redderet. Ea quoque mollioribus hominibus mirifice placet. Ratio autem nostra solertes rerum inuestigatores efficit, qua ipse, utpote vera fretus, vna tecum quid sit virtus perscrutari desidero. Imò ò Socrates, sed num absolutè id asseris nos minimè discere: quam disciplinam vocamus reminiscenciam esse? potesne hoc ita esse me docere? In superioribus quoque ò Meno te callidum esse dixi, et nunc rogas utrum docere te possim, cum antè nullam esse disciplinam, sed reminiscenciam asseruerim, ut è vestigio mihi ipsi repugnare videar. Per Ionem, ò Socrates, non hoc instituebam.

Audiat iam reliqua, quicumque paulo antè de diis charissimusque genitoribus audiebat. Cuiusque enim animus, omnium suarum rerum post deos, cum sit maximè suus, diuinissimus est. Quæ verò sua sunt, bifariâ diuiduntur. Et potentiora quidem ac meliora dominantur, imbecilliora verò deterioraque seruiunt. Profecto quæ dominantur, præ illis quæ seruiunt, semper sunt honoranda. Quapropter merito post dominantes deos, eosque qui illos sequuntur, animum nostrum colendum, secundoque loco habendum iu-

Eiusdè de
legibus,
lib. 5.

bio. Nemo autem, ut breuiter dicam, rectè animum suum honorat, quamuis videatur. Diuinum enim bonum est honor. Malorum autem nihil est honorandum. Quisquis igitur putat vel sermonibus quibusdam, vel muneribus, vel obsequiis animum suum posse extolli, si meliore ipsum ex deteriore non reddit quanquam honorare videtur, minimè tamen id facit. Nam statim à pueritia vnusquisq; sufficientè ad omnia cognoscenda se putat, & honorare suum animum opinatur laudando, permittendòque sibi quicquid libuerit agere. Nos autè dicimus eum qui hæc agit animum non honorare, sed ledere, quem tamen secundo loco post deos dicimus honorandum. Sed neq; ille eum honorat, qui peccatorum suorum, plurimorumq; & maximorum scelerū, non seipsum, sed alios causam dicit. Qui sanè seipsum semper excusans, honorare videtur animum, longè tamen abest, cum obist. Neque etiam cum præter rationem laudemque legumlatoris, voluptatibus quis indulget, animum suum honorat: deicit enim ipsum, cum malis & poenitentia repleat. Neque etiam tunc honorat, quando labores lege laudatos, metusque ac dolores ferendos non suscipit, sed cedit atque succūbit. Hæc enim agens omnia, animum suum dedecorat. Sed nec quando hanc vitam summum bonum censet, imò tunc etiam vituperat. Nam animo existimanti

omnia

omnia apud manes mala esse, protinus assentitur, neque resistit, docēs ipsum atque redarguēs, quasi ignoret, vtrum contra que apud deos inferos sunt, omnium honorū nobis maxima sint. Præterea qui virtuti formam corporis antepōnit, animam verè penitusque dedecorat. Nempe corpus anima venerabilis arbitratur: in quo certè vehementer errat. Nihil enim terrenum rebus cœlestibus venerabilis est. Et qui de animo aliter sentit, quàm mirabile rem negligat, prorsus ignorat. Nec rursus qui pecuniam iniuste cupit, aut possidens iniuste, non dolet, muneribus animum suum excornat, sed ab hoc longissimè abest. Quod enim venerabile pulchrumque in animo est, paruo pro auro prodit: cum totum quod super terram, quòdue sub terra est aurum, virtuti compensari dignè non possit. Denique ut summam dicam, quicumque illa que legislator turpia malaque putat esse, omni studio non fugit, nec pro viribus sequitur ea que bona & pulchra statuit, non videt in his omnibus quàm turpiter & absurdè diuinissimum animum suum afficiat. Maximam enim secundum iustitiam rationem male agendi, nemo, ut vno verbo dicam, animaduertit. Maxima verò est, ut quis malis hominibus similis efficiatur: factusque similis, bonos & viros & sermones fugiat: seq; ipsum ab eis seiungat, improbis autem adherat, & co-

rum consuetudinem amplectatur. Eum vero qui se his immiscuit, necesse est eadem pati & agere, quæ tales agere & loqui inter se consueverunt. Ac passio quidem huiusmodi iniustitia non est. Iustitia enim & iustum, honestum est. Vltio vero passio iniustitiæ sequax: inquam & qui non incidit, & qui incidit, malus miserque est: ille, quoniam non sanatur: hic quoniam ut multi seruentur, ipse perit. Honor autem est, ut totum simul complectar, meliora sequi & ex peioribus quæcūq; meliora fieri possunt, ad melius quàm optimè reducere. Homini profecto nihil animo aptius & sagacius est ad fugiendū malum, ad inuestigandum eligendūque quod est omnium optimum, eique per omnia vitam firmiter adherendum. Idcirco illi secundum statutus est honor. Tertium deinde honorem secundum naturam quiuis intelliget corpori conuenire. Considerare oportet qui veri honores sint, qui ve adulterati: quorum differentia à legislatore declaranda mihi videtur, ut puta honore dignum corpus esse, non quod formosum aut robustum est, aut velox, vel magnum, vel sanum: quamuis multi id videantur: neque quod contrariis modis affectū. Nempe quæ mediū istorum omnium habitū tangunt, ea longè moderatiora tutioraque censenda sunt. Altera enim inflatos & audaces animos reddunt, altera deiectos atque illiberales.

Similiter

Similiter pecuniarum prædiorumque & census possessio se habet. Excedens enim & priuata & in ciuitatibus inimicitias seditionesque parit: deficiens autem, ut plurimum, seruitutem. Nemo igitur liberorum gratia pecunijs cumuandis incumbat, ut ditissimus eos relinquat. Neque enim ipsis, neque ciuitati id conducit. Sed census iuuenum tum adulatione vacuus, tum rerum necessariorum non indigens, omnium decetissimus & optimus est. Nam hic nobis ad omnia consonans accommodatusque, vitam à doloribus tutam reddit. Liberis ergo non auri, sed pudoris multum oportet relinquere. Putamus autem verbis impudentiam iuuenum castigando id nos impetraturos. Sed non ex ea castigatione, qua iuuenibus incutiunt, dicentes quod adolescentem oporteat in omnibus verecundum esse. Sapiens itaque legislator, senioribus præcipiet potius, ut sint coram iunioribus verecundi, ac summo perè causeant ne quis iuuenem eos aut videat, aut audiat agentes turpe aliquid, vel loquentes. Nam ubi senes minus pudici sunt, necesse est ibi iuuenes impudentissimos esse. præstans enim & iuniorum & seniorum disciplina est, non verborum increpatio, sed ut quæ increpando quis diceret & monendo, eadem ipse in omni vita facere videatur. Quisquis præterea cognationem & vniuersam sub eiusdem peratibus generis communionem hono-

rat & colit, hos deos merito propitios in liberis procreandis habebit. Amicorum quoque & sodalium in vitæ consuetudine summam benevolentiam consequetur, qui illorum in se obsequia maiora præstantioraq; putabit quàm illi, sua verò in illos beneficia minorà quàm ipsi existimabit. Atqui & erga civitatem ac ciues optimè ille se geret, qui omni victoriæ quæ in Olympicis, alijsq; tam belli quàm pacis certaminibus comparatur, illam gloriam anteponit, quam patriis legibus ministrando nanciscitur: atque in hoc ministerio ceteris omnibus per totam vitam præstare conabitur. Ad peregrinos verò sanctissima esse fædera quisq; cogitet. Fernè enim omnia peregrinorum, & contra peregrinos peccata, præ illis quæ inter ciues committuntur, vltiori Deo cura sunt. Nam cum peregrinus amicis cognatisq; careat, maiorem & apud deos & apud homines meretur misericordiam. Quare qui magis vlcisci potest, is ad ferendum auxilium est paratior: potest autem maxime hospitalis cuiusq; demon ac deus, hospitalem secuti Iouem. Diligenti igitur cautione cogitandum cuique, cui nonnihil est consilij, vt innocens ab iniuria in peregrinos semper viuat. Sed omnium tam in peregrinos quàm in ciues peccatorum maximum est, quod in supplices est commissum. Deus enim per quem supplex factus est consecutus, diligentissimus eius

eius est custos. Quare nullus in supplices sceleratus impunitus abiit. Et actenus officia cuiusq; in parentes, seipsum, sua, patriam, amicos, cognatos peregrinos, atque colonos penè omnia exposuimus. Qualis verò quisque quo ad seipsum esse debeat, qui optimè viuere velit, nunc iam exponamus, vt non lex, sed laus & vituperatio singulos docens, refrenet magis, & obtemperatiores ferèdis legibus faciat. Atque hæc nobis deinceps dicenda sunt. Veritas profecto tum dijs tum hominibus dux omnium est bonorum, cuius qui felix beatusq; futurus est, statim ab initio particeps esse debet, vt in veritate plurimum tempus vitam agat. Fides hic certè est: infidus autem qui sponte mentitur: qui verò nõ sponte, amens: quorum neutrum optabile est. Nam & infidus & amens ab amicitia ad modum alienus: ac procedere tempore cognitus in tantam in odiosam senectutem vitæq; termino solitudinem incidit, vt seis viuant, siue decesserint amici ac filij, penè similiter orbam vitam miserè agat. Honorandus certè est qui nihil iniuriatur: qui verò nec alios id facere patitur, duplici honore, imò etiam magis est honorandus. Ille enim vni, hic multis hominibus comparatur, cum principibus ceterorum iniuriam nuntiet. Qui autem vnâ etiam magistratibus iniuriam quoad potest vlciscitur, is magnus perfectusq; in ciuitate vir præconio prædicetur. Nã:

virtute cunctis excellit. Eadem quoque temperantia & prudentia laus est. Et qui alijs bonis abundat, quæ in alios quoque transfundi possunt, si ceteros participes efficit, tanquam virtutis eius est honorandus. Qui autem id facere vellet quidem, sed non potest, secundo loco habendus est. Inuidum verò qui sponte nihil boni ceteris conferat, vituperare debemus, nec propter hominem qui male possidet, yem ipsam vituperare, sed eam pro virtutibus adipisci.

Eius lib. 8. de rep. stat. sunt, civitatem quæ statum desideret optimum ab initio.

Est enim o Glauco confissa nobis communibus iuribus, ac liberis, omnique disciplina: communia item eius fore studia demi militisque & reges habituram, quantum in philosophia, tum scientia militari excellant. Concessimus, inquit. Atqui ista quoque adiecimus, quod milites à principibus vel ducibus constituti, collocandi sint in domicilia, cuiusmodi prædiximus, quæ nihil quicquam peculiarare cuiquam contineant, sed omnibus communia sint.

Ibid. ab initio lib. 8. de quatuor virtutibus rebus pub. Forme enim quemadmodum nunc, quasi de civitate satis egisses, adiecisti, quod a talem civitatem bonam vocares, qualem describeres, bonumque virum quicumque illius foret persimilis: cum talem posses adhuc, ut apparuit, meliorem civitatem virtutemque referre. Dixisti præterea, si hæc recta sit res, ceteras aberrare. Reliquam verò

verò rerum, ut memini, species esse quatuor, de quibus verba facere oportere, earumque defectus inspicere, & homines ipsarum similes declarare: &c. vsq; ad hæc verba, Virum Certè similem optatum gubernationi vidimus.

Nimia enim libertas tum in privato homine, tum in civitate, non in aliud quam nimiam servitutem evadere videtur. Videtur sanè. Verisimiliter igitur, dixi, non ex repub. tyrannis, quam ex democratia fit.

Neque verò tyrannica civitatis speciem admitemur, ad solum tyrannum respicientes, aut ad eos paucos qui cum eo rerum potiuntur: sed, ut decet, omnem penitus civitatem ingressi, lustremus singula, & ad cuncta conversis oculis feramus sententiam. Probè admones: constat autem apud quemlibet, nullam civitatem tyrannide pressa, esse miseriorem: nullamque rege gubernata beatiorem esse.

Age quemadmodum iudex omnia circumspiciens de singulis indicat, ita tu in presentia proferas, qui tuo iudicio primus beatitudine, qui secundus: ceterosque gradatim qui in numero quinque sunt, enarra: regum, honorifici imperij studiosum, paucorum potentia cupidum, popularem atque tyrannicum. At facile iudicium istud. Nam velut sim ingressus, istos quasi choros virtute & prauitate, beatitudine, & huic contratio inter se comparo atque iudico. Num pra-

Ibidem.

Eius lib. 9. de Republ.

Ibidem.



conē conducemus? an ego hæc potius pronūtiā-
bo? Aristonis filium iudicasse virum optimū,
& iustissimum, esse beatissimum, eumq; esse di-
xisse hominem maximē omnium regum, seq;
ipsum regētem: pessimum verō & iniquissimū,
esse miserimum, talemque eum esse qui maxi-
mē tyrannus sit; seq; ipsum & civitatem tyra-
nide prenat?

Eiusd. lib. 3. de Legib. In quocunque verō hominum cœtu, nec ino-
pia, neque divitiæ sunt, huic iustissimi mores a-
diunt. Neque enim ibi contumelia, neque iniu-
ria locum habet. Aemulatio quoque & inu-
dia procul abest.

Ibidem. Ego autem dicebā ad vnam solummodo vir-
tutem, cum tamē sint quatuor, id respicere: respi-
ciendūque non ad vnam tantum, sed omnes:
maximē verō ad primam, qua & ceterarum
omnium dux est: hæc verō prudentia est, & in-
tellectus, & opinio, inā cum amore & cupidi-
tate sequente. Paulo post. Qui verō hæc igno-
rantia, quam nūc exposuimus, non affecti sunt,
sapientes habendi, etiamsi neque literas, vt di-
citur, nouerint, neque natare sciant. Magistra-
tus quoque istis quasi prudentibus committēdi.
Quomodo enim o amici vel minima prudentia
species sine consensu consistere poterit? Nullo
modo. At verō pulcherrimus maximusq; con-
sensuum omnium: maxima iure sapientia esse
dicetur: cuius quidem particeps sit, necesse est,
qui

qui secundum rationem viuere debet. Quisquis
autem expers est, & suæ domus euerfor, & ciui-
tatis nunquam seruator, sed contra omnino ad
hæc semper ignarus esse videbitur.

Si quis minoribus potentiam maiorem negle-
cta mediocritate, nauibus vela, cibum corpori-
bus, animis principatū committat, omnia per-
uertentur. Nam supra modum elata lasciuūt,
& alia in morbos incidunt, alia in iniuriā ela-
tioris lasciniæ filiam.

Oportere itaque dicimus ciuitatem, quæ pro
humanis vitibus salua fœlixq; futura sit recte
honores & opprobria distribuere. Recta autem
distributio est, vt prima & maximē honoran-
da censeantur animi bona, si adiuncta illis tem-
perantia sit: secūdo dignitatis gradus corporis bo-
na ponantur: tertio, externa possessio & pecu-
niæ. Hæc si quis legislator ciuitatis transgredi-
tur, vel pecuniam præ ceteris honorando, vel
posterius aliquid honore prius collocādo, neque
sanctē neque ciuilitate faciet.

Profecto mare ciuitati proximum, quotidia-
na quadam incunditate eam afficit. Verunta-
men vicinitas ea nimium reuera falsa est atque
amara. Nam cum mercibus & pecuniis capon-
ando ciuitas repleatur, dolosi animi instabiles
& infidos mores parit. Vnde parum & ipsa
ad seipsam, & ad gentes alias, fidem & amicit-
iam colit. Aduersus hæc tamen illud habet

Ibid. paulo post.

Ibidem.

Eius lib. 4. de legibus.

remedium quod omnia fert. Cumq; syluosa sit
& aspera, licet omnia ferat, non tamen abunde
omnia. Nam si esset ad omnia ferax atq; factu-
da, multum auri atq; argenti ex emissione re-
rum colligeret. Quae una re nihil, vt breuiter
dicam, perniciosius est, si vnum nisi conferas, ad
generosos iustosque mores, vt in superioribus
quoq; si recordamur, est dictum.

Ibidem.

Dicitur enim nullum vnquam hominum
aliquid lege sancire, sed fortunas casusq; variis
incidentes, leges nobis per omnia ferre. Aut
enim inueniuntis violentia belli, priorē peruer-
tit rempub. legesq; mutat, aut summa quaedam
penuria. Morbi quoq; multi inuolare compel-
lunt. Pestis etiam diutina, multorumque anno-
rum incommoda, & importuna tempestas, (&
sequuntur, vsque ad, Nōme qui in singu-
lis illorum artem habet.

Ibidem.

Nobis autem legum huc sanctio respicit, vt
felicissimi ciues sint, ac maxime inter se ami-
ci. Qui sane amici nunquam erunt, si mutuis
iniurijs vexati, plurimis litigando vti cogantur
iudicijs, sed si quam minima haec sint atque
paucissima. Quapropter oportere dicimus nec
aurum nec argentum esse in ciuitate, neq; qua-
stuum insuper multum in mechanicis operibus
cauponationibusq; & scenore, nec ex pecoribus
turpiter, sed ab his quae agricultura offert ac
praebet, atq; hoc ita, vt quaestus nō cogat ea ne-
gligere.

gligere, quorum causa quaeritur pecunia. Haec
vero anima & corpus sicut, quae absque gymna-
stica, & alia disciplina, nullius pretij vnquam
erant. Quare pecuniarum cura, vt saepius ita di-
ctū est, vltimum honoris teneat locū. Quippe ci-
uitia sint omnia in quibus homines studium po-
nunt, vltimū ac tertium est, si recte habeatur pe-
cuniae, studium, medium corporis, animi primum.
Atqui haec ipsa, quam nūc condimus respub.
si honores ita distribuit, recte disponitur. Si qua
autem lex, aut temperantiae sanitatem corporis,
aut sanitati & temperantiae diuitias antepo-
nit, non recte posita esse videtur.

Nempe oportere dicimus, vt in ciuitate quae
summi morbi experta futura sit, quod dissidium
aut seditionem rectius appellari, nec extrema
in aliquibus cinium inopia sit, nec ingentes di-
uitiae. Nā vtraq; illa ab vtrisque his paritur.

Necesse est leges hominibus ponere, vt secu-
dum leges viuant. Nam si absque his viuere, &
nihil a feris atrocissimis discrepant. Cuius
rei causa est, quia nullius hominis ingenium
ita natura institutum est, vt quae ad publicum
humane vitae bonum conferunt, sufficienter co-
gnoscat: & si cognouit, vt optimum id quod no-
uit semper agere possit ac velit. Nam primum
difficile est nosse quod ciuili veraeq; arti nō pro-
prium sed publicum necessario est curandum.
Publicū quippe ciuitates conuenit atque con-

Ibidem.

Ibidem.



iungit proprium dissipat: quodq; tam publice quam privatim præstat commune quam proprium bene disponere.

Archytæ. Adversus improbos mores instituta sunt decorum non scriptæ leges malam sortem multâlmque non obediendi inferentes, parentes ac principes scriptarum legum, & constitutum inter homines.

Diotogenis Decet autem in principio cœne & prandij Deum invocare, non quod precibus ipse indulgeat, sed ut animus noster Dei recordatione illustretur. Quâdoquidē enim à numine descendimus, & eo participamus, dij nos iudicant & merito omnia iuste nos agere volunt. Quandoquidem cause sunt quatuor, quibus efficiuntur & finem suum adipiscuntur vniuersa scilicet natura, lex, ars, & fortuna. Lex quidē præses ac autor eorum est, quæ iuxta humanos mores ad concordiam ciuilem perducunt. Operam vero, quæ hominum prudentia efficiuntur, ars merito mater ac princeps nominanda est. Temere autem & casu fortuito bonis & malis similiter ac inconstanter euenientium fortunam esse causam dicimus, quæ neque modo aut termino villo ordinata, neque sapiens quicquam, singula facit. Natura denique nasci & fieri ea dicimus, quæ vi quadam interna per se ipsa mouentur.

Septem Sa I. Si nunc etiam, inquit Solon, de republ. au-
dire

dire libet, optimus mihi eius ciuitatis status videntur. Apodetur, & democratiam in casuari maxime, phthegmâ in qua iniuriarū autorem ad ius trahunt, accusata de Reptent, & puniunt non minus illi qui iniuriam publicam, ex cōnon passi sunt, quàm is qui passus est. Plu-
nio Plu-

II. Ab hoc Bias dixit, optimam esse democratiam, in qua legem omnes perinde ac tyrannum metuant.

III. Tertius Thales, eam quæ ciues neque præ diuites, nec admodum pauperes contineat.

IIII. Post hūc Periander, in qua cum reliqua equalia existimentur, virtute quod melius: vitio autem quod deterius est, definiatur.

V. Quintus Cleobulus illam populorum maxime dixit bene compositum esse, ubi ciues magis infamiam quàm legem metuant.

VI. Sextus Pittacus, ubi malis non imperare liceat.

VII. Chilo autem optimam esse pronuntiauit rempublicam, quæ maxime leges, minime autem rhetores audiât.

Omnia hominū cœtus, ut ego iudico, ex principibus ac subditis, & tertio legibus consistit. Pythagorei ex scripta, Lex alia animata, nepe rex est: alia inanimata, scriptum: & hæc quidem lex partibus reipublicæ & iustitiæ præferenda est. Huius enim cōseruatione, rex legitimus erit, princeps seu magistratus officio suo satis faciet, populus erit liber, vniversus autem cœtus sælix futurus est. In eius dē



violatione, rex tyrānus fiet, magistratus officio suo deicit, populus servus, totus deniq; cæcus infælix euadet. Quippe ad omnes in rep. res & actiones persiciendas tria requiruntur, imperij administratio, obedientia, & victoria. Administrare imperium, ad meliores pertinet: obedire, ad deteriores: vincere, ad ambobus. Etenim rationalis anima vis, imperat quæ ratione caret, obtemperat. simul autem ambæ vincunt affectus. Nam virtus utrisque ut decet coniunctis inolefcit: & mox à voluptatibus atque mæroribus tranquillum & serenum reddit animum.

Ibidem.

Ad civilem communionem conduces, si lex non. monarchia fuerit, neque ad priuatam quorundam, sed ad communem utilitatem instituta, & ex æquo ad omnes pertinens. Oportet autem ut lex regionis & locorum rationem habeat. Nam nec omne solum fert omnia nec omnium hominum animi earundem virtutum capaces sunt.

Ibidem.

Oportet sanè ut tum lex tum respublica quæ excellere debent ex omnibus rerum publicarum formis constet: ita ut & popularis aliquid insit, & paucorum, & regis, & optimatum aliquid reipub. Ad hunc modum Lacedæmoniorum respub. composita est: in ea enim monarchia ad reges, aristocratia ad senes, oligarchia ad ephoros, democratia denique ad hippagretas

& coros pertinet. Oportet item non solum bona & egregia sit, verumetiam ut suis sine reipub. partibus singulis aliquid opponat. Sic enim firma & cõstans futura est. Partibus singulis opponi aliquid dico, ut idem magistratus, alijs imperet, alijs abediat: id quod itidem fit in optimis legibus constituta Lacedæmone. Regibus enim opponuntur ephori, his senes, medijs verò sunt cori & hippagretas. in quacumque enim partem imperij momentum nimis inclinet, illi se ad alias adiungunt partes. Oportet ea primum lege sanciri quæ ad deos, demones & parentes spectat, & in summa quæ honesta egregiaque sunt: secundo loco utilia. Conuenit enim ut minora sequatur maiora. Decet autem in animis potius ciuium, quam serinys & tabulis conditas esse leges. Nam neque in optimè instituta Lacedæmone, multis literis ciuitas gubernatur, sed honestis ciuium moribus. Conduces autem civili communiõni, si lex non monarchica fuerit, neque ad priuatam quorundam, sed ad communem utilitatem instituta, & ex æquo ad omnes pertinens: & dånnum ex dedecore potius & ignominia, quam pecunie iactura metiatur. Nam si ignominia in legibus pro pœna irrogetur, honestatis & probitatis studium inter ceteros fouetur: si pecuniaria mulctæ fuerint, plerique pecunias maximi facient, summo eas sibi remo-



dio in peccatis futuras persuasi, Optimum itaque fuerit, civitatem uniuersam ita constitutam esse, ut nulla re externa indigeat, que vel ad virtutem, vel potentiam, vel aliud quicquam desiderari possit. Nam corpus etiam domus & exercitus, ita demum optime habent, cum salutis causam intra se habent, non aliunde: quare corpus validum laudatur, & bene composita familia, & exercitus non mercenarius, nec inexercitatus. Talia enim prestantiora sunt ceteris. Libera & minime serua ea sunt, que ut sustineant aliquid & perdurent, non multis egent sed paucis & paratis facilibus contenta sunt. Ita qui robustus est onera, & athleta vel exercitatus aliquid frigora sustinet. Exercentur autem homines a fortuna quoque & calamitatibus. Sobrius sane aliquis & corpore simul animoque exercitatus, quolibet cibo & potu incunde fruatur, & super foliorum cumulo molli ter cubabit. Ille vero qui in deliciis & luxuria vitam degere proposuit, ne in Persico quidem regis apparatus sibi satisfaciat. Legē itaque (Græci vixque dicunt) moribus & studiis civium molescere oportet. Sic enim tranquillos ac rebus suis contentos eorum animos efficiet, & summum cuique, ut par est, distribuet. Hoc modo sol etiam per Zodiacum circulum inuectus, terrenis omnibus, generationis, alimenti, vitæque summo cuique

cuique portionem tribuit, ex diuersis anni partium temperamenti optima rerum omnium modulatione constituta. Quamobrem Iupiter quoque Nomius & Nemius vocatur, & Iouis opilio, quod omnibus pascua distribuat & vixit cantus citatæ ædorum. Nam & illi decedente harmonia, rythmis, & metris, decantati, animam ad tranquillitatem componunt.

Que quis intelligit, ea vel ab alio didicisse, Ex Archyta de re, alienum quodammodo: per se inuenire, mathematicam & proprium homini est. Facile est autem inuenire illi qui inquit, & querere non uerit: ignorant, impossibile. Ratio certe inuenta discordiam aufert, concordiam auget. Quod ubi sit, arrogantia & auaritia locum non habet, viget equalitas. Ratio est que contractua conciliat: hinc est quod pauperes a potentioribus accipiant, & ditites indigentibus communiunt, idque utrique equalitatis futura spe faciunt. Ratio veluti regula que ædam & pœna est iniuriarum. Hæc prudentes ab ira renocant priusquam iniuriam committant: si committerent latere non posse persuasos. Imprudentibus autem in ipsis iniuriis pœnam obtendit, & porro delinquere prohibet.

Ne puero gladium, parcemia monet: at ego Plutarchi, ex lib. insti tuendas esse mulieres.

Alexopus res omnium tunc malè se habituras dixit, cum omnes omnia sibi studia proponunt.

Ex Philip Harum rerum causa est, Athenienses, quoniam omnes qui auari & arrogantes sunt, re ipsa potius & factis quam dictis castigare negligitis.

Epicuri. Leges sapientium causa posite sunt, non ut iniuriis abstineant, sed ne eis afficiantur.

Demosthenes orator leges ciuitatis animam esse dixit. Ut enim ex anime corpus procedit: similiter ciuitas, si leges absint, non consistit.

Thucydidis. Nam quicumque non concedunt equalibus, erga superiores se gerunt ut decet, ac inferioribus modestos se exhibent, præ ceteris successu fruuntur maximo.

Eusebii. In ciuitate studiosa felicitatis nunquam spes anteponi debent virtuti: ne hanc ob causam omnibus diuitiarum desiderio captis, contemptus & neglectio virtutis innascatur animis in Repub. Nam ubi virtus spernitur, vnicuique superest diuitiarum studium, ac præpollent, quæ contumelia & superbia susseruiunt: sic abeunte virtute, idque irremediabile, quia potentes sunt, & metuunt neminem, omne malorum genus produciunt.

Ciuitatis decus custoditur & conseruatur, cum magistratui reuerentia & honores debiti, integri manent.

Post hoc iam istud consideremus, de quo nobis

bis secundo loco dubium erat. Nempe an iniuria autorem maximum malum sit penam luere, ut tu existimabas, an maius non luere, ut mihi videbatur. Contemlemur autem hoc pacto. Num penam dare, & iure puniri hominem iniurium idem esse ais? Equidem aio. Potèrne dicere, quod iusta non omnia honesta sint, quatenus quidem ista sunt? Agè cogita, & responde. Non possum, sed tecum sentio o Socrates. Consideres igitur & istud. Nonne si quid agit, aliquid esse oportet quod ab agente patiat? Mihi videtur. An non hoc patiens ad ipsum, eoque modo patitur, quod & quo modo agens agit? Verbi gratia, si quis percutiat, aliquid percuti necesse est. Necesse. Et si percutiens vehementer aut celeriter percutiat, sic etiam corpus quod percutitur percuti. Na. Talis igitur affectus in percutiendo corpore est, qualem percuties facit. Omnino sanè. Proinde etiam si quis vrit, quippiam vri oportet. Quid ni? Et si valde, ac dolorifice, ita vri opus est vrendum, quemadmodum vrens vrit. Profus. Quare & secante quopiam eadem est ratio: secatur enim aliquid. Plane.

Horum igitur trium, videlicet diuitiarum, corporis & anima tria vitia esse dixisti, paupertatem, morbum, iniustitiam. Ita est. Sed quodnam ex istis tribus turpissimum est? an non iniustitia, & summam omnium vitiorum



animæ? Longè quidem. Quod si turpissimum, pessimum quoque fuerit. Quæ ratione hoc ais ô Socrates? Hoc modo. Semper turpissimum, aut quia dolorem maximum, aut incommodum, aut vtrunq; infert, idcirco turpissimum est, ut iam antè confessi sumus. Maximè. Turpissimum autem est iniustitia. & animæ vitium omne, quod & ipsum iam concessimus. Concessimus. Quæmobrem aut quia molestissimum est, & doloris causa maximi, aut damni, aut vtriusq; ideo ex illis turpissimum est. Necessè. Num igitur iniustū esse luxuriosum, timidum & rudem, plus secū doloris adfert, quàm paupertas, aut ægritudo? Non certè, quantum ex his cõicitur. Quoniam igitur incredibili quâdam mirabiliq; magnitudine detrimenti atq; mali vitium animæ cetera superat mala, idcirco omnium est turpissimū: quandoquidem non dolorem excedit, ut ipse ais. Sic apparet. Iam verò quod maximo excedit damno, maximum omnium est malorum. Ita profectò. Ergo iniustitia, luxuria, & alia animæ vitia, maximū malorum sunt. Apparet. Quæ nam ars igitur à paupertate liberat? an non quæstuaria? Verum. Morbo autem, nōne medica? Necessum est. De malitia verò & iniustitia, nisi aliud succurrit, hoc modo considera. Corpore ægrotautes quorsum, & ad quos adducimus. Ad medicos Socrates: per iniuriam verò & luxu-

riam

riam delinquētes quorsum? Ad iudices. Ergo ut pœnam luant. Assentior. An non igitur qui rectè puniunt, nisi aliqua iustitia fontes puniunt? Manifestum est. Ita q; ars quæstuaria paupertate, medicina morbo, deniq; iudiciaria nos iniustitia & proteruitate liberat. Constat. Quòdam igitur ex illis iam dictis honestissimum est? Quibus illis? Quæstuaria inquam, medicina, & iudiciaria. Iudiciaria plurimum ô Socrates antecellit. Hæc igitur rursus aut voluptatis plurimum, aut utilitatis, vel vtrunq; parit, si quidem honestissimum sit. Profectò. An verò per medicinam curari iucundum est, & num gaudent curandi? Non mihi videtur. Sed vitæ est: nōne? Vitæ.

Artem enim magnā, quæque tum exercitio assiduo, tum multis disciplinis eget, cuius ille possidet, qui commune civitatis decus servat & comparat, quæ res non leue studium requirit. Duo autem instituta, vel artes simul duas absolutè exercere, nullum ferè inter homines ingenium potest.

Civitas autem quo remoto, quòne adhibito melior sit, ac melius instituitur? Mihi videtur ô Socrates, quando amicitia est inter ciues, odia verò & seditiones absunt. Amicitiam vocas consensionem an dissensionem? Consensionem. Per quam artem civitates circa numeros continent? Per arithmeticam. Privati verò an

Eius. lib. 8
de LegibusPlaton. in
Alcib. I.



non per eandem? Nempe. Et unusquisque secum ipse? Certè. Per quam artem quisque factus ipse consentit de palmo & cubito riter maior sit? Nōne per metiendi peritiam? Quid nō? Nōne scilicet privatim & publicè? Imò. Et de ponderibus, & reliqua, vsque ad hæc verba: Quam itaque amicitiam siue cōsensionem, circa quam nos sapientes & consultores esse oportet, vt boni viri simus?

Ibidem nō
procul à si-
ue libri.

Quamobrem nec membris, nec nauibus, trimisq; atq; naualibus, ò Alcibiades, nec multitudine, nec amplitudine absque virtute ciuitas ad felicitatē opus habet. Non profecto. Si rectè ciuitatem gubernaturus es, virtute imbuedi sunt ciues. Quid nō? Num dare quis potest alijs, quod ipse non habet? Qui possit? Ergo virtute prius ornatus ipse debet esse, quicunq; non sibi tantum ac suis, sed Reipublicæ etiam, & ys que ad eā spectant imperaturus est. Vera dicis. Nec igitur principatus neq; licētia quodlibet faciendi aut tibi aut Reipub. rerum iustitia potius & prudentia comparanda. Apparet. Iuste enim ac prudenter agentes, & in simul, & tua Reipub. Deo gratum opus facietis. Proculdubio. Et sic, quemadmodum supra diximus, in diuinum splendorem intuetes agitis. Videtur. (Et que sequuntur, vsque ad hæc verba: Aduertis quomodo te nunc habetas? vtrum liberè, an contra? Et maxi-

maximè quidem, vt mihi videor, hoc sentio.

Cogitate enim & que vrbs hostilis capta sit Xenophō- ab obedire volentibus, & que amica ab iis qui tis libro 8. parere nolint seruata sit, que etiam obediē- Pædia Cy- tiam non præstantium sit acies victoriam con- ri prope sequuta. Quo autem pacto magis homines vin. initium. cantur in pugna quàm vbi cæperint priuatim quisque de sua salute consultare? Quod denique aliud bonum præstetur ab iis, qui melioribus non parent? Que vrbes legitime habitentur, vel que domus seruentur, vel quo pacto naues quo opus est perueniant? Nos verò que hoc tempore habemus bona, ob quam rem aliam magis adepti sumus quàm ob præstilan obediē- tiam principi?

Si igitur principi obedire, maximum apparet esse bonum ad bona adipiscenda: ita vobis exploratum esse debet, quod etiam idem hoc ad seruandum que oportet maximam est bonum.

Nostrū igitur erit officiū, vt videtur, quoad Platonis de Reipub. lib. 2. fieri possit deligere, que & quales nature sint ad urbem custodiendam idonee. Nostrum planè. Per Iouem non humile negotium sumpsimus: non tamen est formidandum, quatenus vires suppetunt. Non certè. Existimasne differre naturam generosi canis, & generosi adolescentis, ad custodiam agendam? Quorsum hæc? Vtrumq; ipsorum sagacem oportet esse ad sentiendum, & velocem deinde ad insequendum.

ac demum robustum, cum affectus fuerit, ad pugnandum capiendumq;. Opus certe est omnibus istis. Atqui audax & fortis sit oportet, siquidem bene pugnaturus sit. Quid ni? An verò fortis erit & audax qui iracundus non sit, siue equus, siue canis, sen quoduis aliud animal? An nò animaduertisti inexpugnabilem inuictamq; esse irā? que presente, anima omnis intrepida ad omnia est & inuicta. Animaduerti. Manifestū est qualem corpore custodem esse oportet. Manifestum. Quinetiam qualem & anima scilicet iracundum. Et hoc. Quomodo ergo o Glauco, asperi non erunt aduersus se inuicem ciuesq; alios, cum tali natura praediti sint? Haud facile istud per Iouem. Verumtamen oportet erga suos, mansuetos: aduersus autem hostes, irmites esse: alioquin haud expectabunt donec ipsos alij perdant, sed ipsi se ipsos perdent. Sic accidet. Quid igitur faciemus? Vbinam mansuetum simul & iracundum ingenium reperiemus? Contraria namque iracundæ natura mitis apparet. Verū qui vitio libet horum carebit, custos bonus non erit.

Eiusdemde
rep. libro. 3.

Si ergo rationem superiorem ratam habet volumus, custodes nostros à reliquis omnibus artibus alienos, patriæ libertatis artifices esse oportere: alde quidem solertes: neque aliud quicquam curare quod huc non tendat: nihil aliud agere eos, vel imitari oportet: vel si imitentur, imitari que

que istis cōsentanea sint, statim à pueritia fortes scilicet, temperatos sanctos, liberales, & reliqua eiusmodi: illiberalia autem neque facere, neque imitari posse, neque aliud quicquam turpe, ne ex ipsa imitatione tales efficiantur, quales quod emulantur. An non animaduertisti imitationes si à teneris annis incipiant perseuerentque, in mores & naturam abire, tum quantum spectat ad corpus, tum ad vocem, tum ad cogitationem ipsam? Et maxime quidem.

Nōme putas bonis homines inuitē priuari, *Ibidem.* malis autem spontē? An non mentiri, verumque nescire malum est, verè autem iudicare bonum? Nōme opinari ea que sunt, verè putare tibi videtur? Probè loqueris, nisi que videntur homines inuiti vera opinione priuari. An nò vel surreptione, vel deceptione, vel vi hoc patiantur? Neque istud intelligo. Tragicè porro loqui videor. Surrepti enim opiniones iis dico, que sententiam mutant, vel sensum tēpore obliteratam, vel etiā aduersa ratione subtractam. Nunc intelligis? Intelligo equidem. Vm autem illis inferrò, quos dolor, cruciatus, aliter sentire cogunt. Istud intelligo equidem, ac rellè dicis. Subdici autem quasi prestigis eos, vt arbitror, tu quoque dices, qui priorem deponunt opinionem, vel voluptate permulcti, vel metu perterresciti. Videntur sane quæcumque decipiunt, prestigis nos seducere. Quod igitur

nuper dicebam, quarendum est quinam constantiter sequent eam, quæ apud ipsos est, sententiam, id videlicet semper agendum esse, quod respublicæ conducere arbitrantur. Observandi sunt igitur statim à pueritia, eaq; illius opera proponenda, ex quibus aliquis maxime præceptum illud oblitisci fallique possit. Atque is qui servat illud memoriter, neque subducitur, eligendus: qui contra, abiciendus, an non? Certè. Ergo & labores & dolores illis et certamina opponenda, in hisque hæc eadem observanda. Scitè. Nonne secundum speciem illam tertiam, hoc est, quasi quandam præstigiæ hallucinationem pugnandum est? & quemadmodum qui inspicere cupiunt, nunquid palli pavidi sint, necne, ad strepitum illos & tumultum ducunt: sic iuniores in terribilia quadam impellendi, atque item oblectamenta, in hisque multo magis quam igni aurum examinandi: ut ita cuperiamus, si extet aliquis inter eos qui non facile irritatur, siq; compositus in omnibus, sui ipsius custos optimus, & eius quam didicit munificæ conservator, concinnumque & consonum se in his omnibus præbeat.

Ibidem.

Primo quidem nemo proprium quicquid possideat, nisi quatenus summa cogat necessitas. Deinde neque domum neque pecuniam habeat, quod non omnibus pateat aditus. Quæ verò ad vitæ ætatem pertinent, tanta sunt apud eos, quantum

indigent militares athleta temperati ac fortes: accipiantque ex instituto ab aliis civibus mercedis tantum custodia gratia, ut ex alto anno, neque desit quicquam, neque superfluit. Confectes autem se ad commensationes, perinde atque in castris, cõmuni vescantur convivio. Dicendumque est illis, aurum & argentum divinum à diis in animo eos habere, neque humano auro indigere, neque fas esse illius possessione admixtione mortalis auri inquinare. Nempe ex vulgo pecunias multa impia pronoverunt: quod verò inest illis aurum, prorsus immaculatum. Profecto solis ipsi ex omnibus qui sunt in civitate, tangere aurum aut argentum, aut sub tecto suo recipere, aut circumferre, vel ex ea materie bibere, nefas. Hoc ergo pacto & sibi & civitati salutem parerent. Si quando verò domum sibi aut agrum aut pecuniam privatim possiderint, administratores familiæ, & agricola prociis odibus erunt, & vice eorum qui civibus auxilio sunt, domini eorum insensu efficiunt: & ipsi odio habiti, odioque alios habentes, & insidias parantes, pariterque patietes, vitam universam degent. Vbi multo magis civis quam externos hostes timebunt, accedentque iam tunc proximè ad perniciem tum ipsi quam reliqua civitas.

Sutores enim si pravi & perditii sint, quantum dissimulent, nihil inde periculi civitati. *Eiuslib. lib. 4. de Rep.*





in minet. Custodes verò legum & ciuitatis, si non reuera sint, sed videantur tantum, vides quòd urbem totam funditus perdunt.

Ibidem.

Contemplare nunquid ista ceteros quoque artifices ita corrumpant vt prauis sint. Que nò ista? Diuitia videlicet & paupertas. Quæ ratione? Ita, figulus diues factus, videturne tibi vterius curam suæ artis habere? Minime. Piorior certe negligentiorque reddetur. Valde. Quare & deterior figulus. Et istud. Rursus autem si propter inopiam instrumentis & reliquis quibus indiget ars, careat, & opera ipsa deteriora faciet, & filios ac ceteros quoscumque docebit, deteriores artifices reddet. Quid in? Exrisquis igitur tam opulentiã quàm paupertate, & prauis artificum opera, & prauis artifices ipsi sunt. Sic apparet. Alia ergo quedam inuenimus nostris custodibus obseruanda, ne ipsis insciis in ciuitatem irrepant. Quæ nam ista? opulentiã inquam & inopiam. Illa scilicet quidem delicias, desidiam, seditiones, rerum nouarum studium parit: hæc autem cum rerum inuolutione illiberalitatem, & maleficia gignit. Sic est profectus.

Eiusdem *Haudquaquam, ò bone vir Adimante, hæc dialogo 8. multa & magna, vt existimaret aliquis, illis de Repub. precipimus sed leuia omnia exiguaq; si vnum, vel de isto vt dici solet, magnis seruent, imò verò pro magno sufficiens. Quod istud? Educationem inquam*

quam, & eruditionem. Nam si bene educati, viri moderati euaserint, facile omnia ista discernent, tum alia quocumq; nos in presentia pretermittimus, tum mulierum virorumq; conjunctiones, & procreaciones filiorum, quòd videlicet oporteat amicorum omnia hæc, secundum prouerbum, quàm maximè esse communia. Reclissimè profectò ita fiet. Etenim resp. si semel experit bene, progreditur tãquam circulus semper proficiens. Quippe educatio eruditiõque bona seruata, ingenia quoque bona efficit. Rursusq; bona ingenia educatione huiusmodi consequuta, meliora etiam quàm prius euadunt tum ad alia, tum ad filios generandos, quemadmodum in ceteris animalibus. Cõsentaneum id quidem. Denique vt summatim dicam, hoc diligenter est à ciuitatis tutoribus obseruandum, ne etiam illis ignorantibus corrumpatur. Imò istud in primis curent, ne quid præter ordinem à nobis datum circa gymnasticam & musicam inuouetur, sed illum quàm maximè fieri potest, quisque sequatur. Et cum dixerit aliquis poeticum illud, Homines videlicet nouis cantibus admodum delectari.

Metuere debent ipsi custodes, ne sepenumero poetam quis putet non cantilenas nouas, sed modos canendi nouos dicere, eosque laudet. Oportet autem neque laudare quicquam tale, neque suscipere. Canendum sanè speciem musica



non tam inducere, tanquam in toto naufragium.
Nusquam enim musice modi mutantur absque
in vicinatum legum civilium mutatione, ut ait
Damon, cui et ipsa assentior. Me quoque sci-
to, ô Socrates, assentiri. Arcem igitur quan-
dam custodie gratia hi ipsi custodes circa mu-
sicam struere debent. Nempe eiusmodi præu-
ricatio clam ac facile surrepit. Certè ioci cuius-
dã inſtar, atque ita ut nihil ledere videatur.
At qui paulatim nobis familiaris effecta, sen-
ſim in mores serpit et stultia: ex his deinde ad
commercia emergit amplior: demum à commer-
ciis in leges, respUBLICAS que erumpit magna, ô
Socrates, cum petulantia ac lascinia, quousque
tandem priuatum ac publicè cuncta perueriat.
An hoc ita se habet? Ita mihi videtur. Ergo,
ut à principio diximus, statim à primis annis
pueri honestis in iocis assuefaciendi sunt. Nam
si iocis minus decentibus assueſcant, nun-
quam legitimi probique viri euadere poterunt.
Quid nã?

DE LEGIBVS ET CON-
SVEVDINIËVS, SER-
MO XLIIII.

Emipid. **G**VERNARI oportet Malos à bo-
nis, et parere se melioribus.
O senec

O senex ne cum regibus contenderis. Venerã-
dos enim esse principes, antiqua lex est. Eiusdem in
Non omnino concedendum est malis, sed resi-
stendum: sui minus, sursum atque deorsum vi-
ta nostra inopinato tota peruerteretur. Menandri
Et improbos in ciuitate nunquam promoue-
ris. Mali enim vel pecuniis ditati, vel aliquo in Erech-
reipublice magistratu aucti, exultant, repente theo.
fortunatis ipsorum domibus factis.
Nusquam negligenda est consuetudo. Menandri
Nihil est ciuitati prestantius, quàm leges re-
cte posite. Nam et inferioris homo fortis, et gyno.
qui ditior est, e quale ius experiantur. Vin-
cit autem minor maiorem, si iustam causam in Suppli-
cibus.
Proinde in posterum quidem sciemus diis Sophoclis
cedere, et Aridus colere dissemus principes, in Abace.
quare concedendum est ipsorum dignitati.
Nam et terribilia, et fortissima queq; locum
dant honoratioribus. Idcirco nivales hyemes
loco cedunt secundæ æstati: et ambitus atra
noctis concedit albis equis inuictæ diei, ut luce
sua splendeat. Ac vehementium spiritus ven-
torum quiescere permittit gemitus agentis pon-
tum. Item vincens omnia sonnus sua quando-
que vincula soluit, nec semper occupat.
Leges perquam egregia res sunt: sed is qui Menandri
legibus vitur nimium exactè, sycophanta es-
se videtur.



Platonis Summa disputationis hæsterna erat, respub.
in Timæo qualis mihi, & ex qualibus viris optima pos-
se fieri videretur. Nobis certè omnibus valde
ab initio probata sunt, ò Socrates, que dixisti. Prin-
cipiò agricolas ceterosque artifices à militibus
separauimus. Certè. Cũ verò cuique quod pro
nature instinctu præcipuè suum, & singula
tantum singulis artibus officia tribueremus,
illis quoque quos præ ceteris bella gerere oportet,
id vnum duntaxat, protegendæ scilicet ci-
uitatis munus iniunximus, & aduersus exter-
nos hostes, & aduersus ciues reipub. euectores:
ita vt erga subiectos tanquam natura amicos
mites sint, contra hostes verò prælio ferocissi-
mi. Ita profusus. Duplicem sanè naturã in cu-
stodiam animi esse debere diximus, & iracun-
dam, & philosophico ingenio præcipuè accom-
modatam, vt rectè in suos mansueti sint, in
alios autem feroces. Proculdubio. Quid au-
tem de educatione dicemus? Nonne gymniciis
exercitationibus & musica, ceterisque decen-
tibus disciplinis, eos à nobis institutos fuisse?
Valde quidem. Ita educatos homines neque au-
rum, neque argentum, neque aliud quicquam
proprium, aut habere, aut putare statuimus,
sed tanquã adiutores publicosque ministros so-
la mercede contentos esse, tanta ab his quos
tuentur exhibita, quanta moderatè viuenti-
bus sufficere videatur. Stipendiò præterea pu-
blico

blico in commune vti volumus, & ad com-
mune inter se victum impendere, vt ceteris
posthabitis omnibus solius virtutis & custo-
diæ curam habeant. Hæc quoque ita abs te di-
cta fuerunt. Naturam præterea mulierum non
aliter quam virorum effringi præcepimus, stu-
diâque omnia tam belli quam pacis mulieribus
cum viris esse communia. Id quoque dictum.
An tenetis memoria hæc de procreandis libe-
ris diximus? Fortè verò ob rei ipsius nouitatem
firmiter tenuistis. Communes quippe nuptias
liberosque statuimus, vt nemo natos suos discer-
nat, sed omnes ab omnibus consanguineis exi-
stimentur, dum æquales sermè nati fratres so-
rorisque vicissim se iudicant, maioribus verò
patrum vel auorum reuerentiam exhibent, er-
ga minores autem tanquam filios & nepotes
afficiuntur. Hæc quoque memoratu facilis
sunt. Vt autem quam optimi ab ipso initio pro-
viribus gignerentur, magistratus utriusque se-
xus nuptiis præposuimus, qui clam fortibus
quibusdam operam darent, vt prauis prauis, bo-
ni contra bonis mulieribus miscerentur, neque
illa ob hoc discordia oriretur, cum in con-
gressu minus prospero quisquam fortunam poti-
tius sit, quam consilium principum culpaturus.
Recordamur. Præterea sanximus, bono-
rum factus in patria alendos esse, aliorum ve-
rò alios aliò clam mittendos. Adultos demum

vtrosque diligenter considerandos: vt si qui inter relegatos bone indolis sint, in patriam remouentur: si qui vero inter domesticos contra videantur affecti, similiter relegentur. Ita statutum est. Num satis iam hesternam disputationem, quantum compendio licet, narrauimus? an aliquid etiam à me pretermisum, o amice Timæ, recenseri desideras? Nihil sanè.

Eiusdè in
Minoè.

Quamobrem in constitutionibus de iustis atque iniustis, deque ciuitatis ordine, & gubernandi ratione tractantibus quocumque rectum est, regia lex existit: non rectum vero nequam lex regia, quia scicntia deest, esse videtur, quippe cum illegitimum sit. Sic est. Probe igitur confessi sumus, legem esse veritatis inuersionem. Apparet. Præterea & hoc ad idem consideremus: quis stergendorum in terram seminum peritus est? Agricola. Hic utique conuenientia semina vnicuique solo distribuit. Sanè. Agricola igitur in iis legislator bonus est, cuiusque leges & ad ista distributiones recte. Verum.

Paulo
post.

Ei verò qui pecudum gregem pascere nouit, quod nomen est? Pastor. Pastoris itaque leges omnibus optime. Optime. Et bubulci bobus. Etiam. At cuius potissimum leges animis hominum optime sunt? an non regis? Regis.

Stoicorum. Et legem, dicunt orationem esse grauem & rectam, que faciendâ imperes, non faciendâ

facienda prohibeat. Cum autè lex ciuili sit, legitimus etiam ciuili erit. Legitimum enim virtus esse, qui legem & sequatur, & que precipiuntur ab ea, faciat. Legisperitum verò, eum qui legem interpretari callat. Nullum autem malorum vel legitimum, vel legisperitum esse.

Legislator existimabat oratorem pulpition adiciendum, non orationis prius curam habuisse debere, quam vite sue.

Imprudens regi satius est, quam regere.

Iustitia est ea facere, que fieri oportet: iniustitia autem, faciendâ non facere, sed declinare.

Porro de animalium cæde, sic se res habet. Ea que iniuriam faciunt, aut facere volunt, quisquis occiderit, innocens erit: imò, quod maius est, necandâ potius huiusmodi sunt, quam non.

Interficiendâ sunt omnia omni studio que præter fas iniuriam inferunt: & qui ipsa occiderit, is cupiditatis sue, cause vel iuris, confidentia, & possessionis in toto orbe meliores partes ac priuilegium habere debet.

Vt de feris & serpentibus nobis inimicis scribitum est, sic etiam aduersus homines facile licitum mihi videtur: nempe vt hostis vbius gentium secundum patrias leges occidatur, si nulla lex obstet. Aliquando enim lex prohibet, & sua quibusque sacra, fœdera, & iuramenta, Furem & latronem quemuis occidens al-

Aeschinis
contra Ti-
marchum.
Democriti
Eiusdem.

Eiusdem.



quīs, aut manu sua, aut iussu, suffragione, innocens habendus est.

Zaleucipoe Omnes qui urbem ac regionem inhabitant, **minim legi** persuasos esse oportet, existimareque deos esse, quod manifestum fit ex cæli & totius mundi inspectione, rerumque in ipsis dispositione pulcherrima, & ordine. Haud enim fortuita aut humana huiusmodi opera putare convenit. Deinde colendi honorandiq; dī sunt, ut honorum omnium nobis autores, quæ aliqua ratione fiunt. Singulos igitur habere & comparare animam quemq; suam oportet, ut ab omnibus malis pura sit. Nam ab improbo homine non honoratur Deus, neque sumptibus colitur, neq; tragædiis capitur, instar hominis mali sed virtute, ac instituto bonorum operum, & iustorum. Quæ circa opus est unum quemque pro virili bonum esse, tum factis, tum voluntate, qui modo futurus sit Deo charus: & non metuere pecuniarum iacturam, magis quam vitæ & si mæ dedecora: & civem meliorem existimare qui opes amittere mavult, quam honestatē & iustitiam. Ceterum illos, quorum voluntas nō facile ad hæc persuaderi potest, & animus ad iniustitiam pronus est, viros & feminas, civis aliosq; cohabitatores, admonitos velim meminisse deorum, ut qui & sint, & poenas ab iniustus sumant: atque ob oculos ponere tempus istud, quod unicuiq; finis est vitæ futurū, **Mo**
rituros

rituros enim omnes iniuriarum, quæ commiserunt, memores poenitentia inuadit, & vehemens cupiditas quæ vellet exactam sibi vitam omnē fuisse iustam. Quamobrem singulos oportet semper in singulis actionibus illud tempus a deo suis cogitationibus familiare facere, ac si presens esset. Ita enim maximè honesti iustiq; cura vigebit. Si quis verò a malo genio quopiam assistente sibi ad iniustitiam instigetur, is ad templa, aras, & delubra versetur fugiēs iniustitiam, seu dominam impiissimam molestissimamq; & deos oret, ut opem ad propellendam ipsam sibi ferant. Accedat quoq; viros probitatis nomine claros, ut devitæ felicitate & malorum hominum vindicta differentes audiens, ab iniustis facinoribus animum avertat.

Mali genij à superstitiosis metuentur. Ceterum qui urbem habitant, deos omnes venerari debent ritibus patrij, qui omnium optimi censendi sunt. Præterea cunctos oportet obedire legibus, principes reuereri, eisque exurgere, & quod precipitur facere. Siquidem post deos, demones, & heroes, proximis honoribus afficiuntur parentes, leges, ac principes apud homines qui mentem habent, ac incolumes agere student. Cimitatem vero chariorem sibi facere ne no debet quam patriam suam, ut pote dīs patrij indignantibus. Tale enim studium proditionis initium est. Aliuc autē da-



terius est patria regione deserta, vitâ in alienâ degere. Nihil enim natura nobis, quàm patriâ coniunctius est. Sed neque quisquam pro hoste irreconciliabili, reputato aliquem de numero civium, quem leges voluerunt reipub. muneri participare esse. Talis enim vir neque imperare neque indicare poterit recte, ut qui inasabilem animæ partem ratione superiorem habeat. Nemo etiâ maledictus petat, neque civitatem cõmuniter, neque civem ullum privatum: sed legum custodes eos qui delinquent observent, ad mendum primum, deinde nisi pareat, multando. Ceterum ex conditis legibus si quæ videbitur non bene lata esse, in meliorem formam mutetur. Confirmatis vero, & permanentibus omnes obediant, Nam positas leges ab hominibus superari à lege præstantiori, honestam simul & utile est. Ista autem transgredientes puniendi, ut qui inobedientiam maximorum malorum principum in civitate excitent. Porro principes non sine contumaces, neque ad contumeliam iudicium ferant, neque iudicando amicitia inimicitia hæ meminerint sed iustitie. Sic enim iudicia quæ iustissima proferent, & officio suo digni erunt. Siquidem servos quidem convenit ob timorem reverentiam, & honestatem. Quocirca præfectos quoque tales esse oportet, ut subditis digni videantur

deantur apud quos erubescat. Quod si quis voluerit leges sanctitas movere, aut novam statueret, in collo in laqueum immisso de lege verba faciat: & si per suffragia videatur legem veterem esse tollendam, aut eam quæ nova infertur, bonam esse, indemnitas maneat: contra, si prior lex melius habere videatur, aut quæ nova proponitur iniusta sit, is qui movet infert ve legem, laqueo attracto moriatur.

Sunt qui per præconem res vendi iubeant Ex Theop. scriptu.
& plures antea dies pronunciari. Alij apud magistratum aliquem, ut Pittacus apud reges, & principem, Alij prius ventionem futuram describi apud magistratū curant, ante dies non pauciores quàm sexaginta, aut Athenis: & qui emit centesimam precij partem deponere solent, ut ei qui voluerit causam agere & protestari liceat: & is qui iuste rem emit, ex impensis manifesto cognoscatur. Quibusdā in locis antequam confirmetur contractus, quinque dies cõtinuos per præconem divulgari iubent, si quis forte obstitat, aut possessione domini sibi vendiderit. Similiter in pignoribus accidit, ut apud Cyzicenos quoque. Thuriaci vero ista omnia negligunt, neque in foro, sicut alia fieri precipiunt, sed tribus proximis vicinis parvis aliquod numisma una dari iubent, memoriæ testimonij causa. Itaque necessarij fit his vicinos, illis magistratum incusare, si rem non acceperint, aut

bis ab eodem acceperint, aut habentes non esse de rebus emptis dicant. Non est autem ignorandum, quod prius ascribendi præiudiciandiq; consuetudo, & omnino quæcumq; aliquo modo ad agendam causam spectant, plurima ob alterius legis defectum constituantur. Nam qui bonorum aut contractuum descriptionē apud se habent, illi indicare possunt, an bona sint libera, et ita soluta, ut à nullo cōtingi ea fas sit. Sic etiā quisque res suas iuste vendit. Statim enim magistratus emptorem inscribit. Sed quoniam aliqui etiam emunt, & vendunt ægrotos dictas, alienare à se volentes, bene habet ad ista quoque leges conditi, quod & faciunt legislatores, simul ut hæc prohibeant, & veram manū festent, ut sit alicubi. Iubent enim, si quis dominus emerit, sacra facere in Apollinis Epicorasi no, si verò prædium, in vico quem inhabitat, & iurare coram magistratu (qui etiam trium in pago habitantium nomina inscribit) quod veruera iuste emat, nec fraudulenter agat, nec arte dolose vitatur illo. Eodem modo vendentem quoque iurare iubent, quod sine dolo malo vendat. Ei verò, qui non habitat in vrbe, pro iurando sacrificandum est in Iouis Agoræ, id est forensis delubro, & paucioribus libis sacrificium peragitur: secus à magistratu non inscribitur. Item quod cōfirmationem iuramenti attingit, nisi contrahentes iurauerint, non debet inscribi

scribi emptio à magistratu. Hi quidē in vtranque partem, aut omnes potius prospectum esse volunt, ut par est nimirum. Ceterū emptio & venditio rata erit: ad possidendū quidem, cum precium fuerit datum, & que legibus fieri iubentur peracta, qualia sunt, scriptum, iuramentum, aut numisma vicinis datum: ad traditionem autem, ipsamq; venditionem, cum venditor arrā acceperit: sic enim apud plurimos institutum est. Verum hoc addendū videtur, si non ab ebrio, iracundo, contentioso, neq; legum præuaricatore: sed prudente, utq; summam dicam, iure. Quod ab altera quoque parte addendum est, simulq; determinandum, à quibus emere oportet. Huiusmodi enim temporis culpa aut ob effectum aliquem contingere manifestum est. Contractum autem certa voluntate fieri decet: sic enim iuste fiet. Sunt qui de arra constituat, quanta esse debeat, iuxta precij magnitudinis proportionē: absurdum enim fuerit si quis annuum duntaxat pro decem talentis arram offerat. Quoniam verò vsuuenit, ut quissiam accepta arra precium nō recipiat, aut qui dat non in præfinito tempore id numeret, de istis quoque cauendum est. (Determinari enim oportet, uti apud Thurios, ut arra quidem confestim precium verò eodem die exhibeatur: alij plures numerandi precij dies præscribunt: alij simpliciter, totidem, de quot inter contrahentes fuerit



conuentum.) Pœnam igitur statimus emptoræ
arra priuationem: sic enim ferè cum alij, tum
Thuriaci fieri volunt: nõ recipienti autem pre-
cium soluatur. * Nam & iste mos est Thu-
rijs, vt in equali pœna mulctetur. Preciũ enim
arram maltoties excedit. * Ita enim maxi-
mè apud quosdã fieri potest, qui iubent vt pre-
cium non recipiens iure agat. Sed vtrum ven-
ditor dominus esse rei debet, donec emptor eam
acceperit, quem admodum plurimi sancimus?
Est, vt Charõde & Platoni videtur statim
tradenda res & accipienda est? *

Plin. epist. Accipite ò Syrcensium primum eas leges,
ad familia que vobis videbuntur non ad questum, & di-
res Dionis. vitas conuersure animos vestros cum nimia
cupiditate: sed que inter hæc tria, animam di-
co, corpus, & pecuniam, animæ virtutem pre-
ciosissimam efficiant: secundam verò corporis
animæ virtute inferiorem: tertium verò & pa-
stremum pecuniæ studium, quod corpori simul
& animæ inferuiat. Hæc quidem efficiens con-
stitutio, lex nobis erit optime condita, vt et se
reuera felices reddans. Sermo autem qui diuiti-
es nominat felices, & ipse miser est à mulieribus
ac pueris profectus, & credentes ei homi-
nes miseros fecum facit.

Ex. i. libro. Fuisse autem Cyrus natura fertur, & hoc
xenoph. de etiam tempore à Barbaris decatur, tum cor-
Cyri pædia poris forma pulcherrimus, tum animo huma-
nissi-

nissimus, tum discipline atque honoris maxi-
mè studiosus. Quapropter laborem omnem ex-
antilabat, & omne periculũ landis gratia per-
ferebat. Huiusmodi Cyrus bonitate formæ ani-
miq; pre editus, in Persarũ legibus educatus tra-
ditur. Prima his legibus cura est à bono publi-
co. Haud enim incipiũt itidè, vt alia plurime
ciuitates, que parentibus permittentes pro voli-
tate filios educare, & ipsis parentibus pro arbi-
trio vitam agere: deinde demum precipiunt, ne
furentur, ne rapiant, ne in alienas ades ingre-
diantur, ne in iniustis percussant quenquam, ne
adulterium patrent, ne principi aduersentur, re-
liquaque huiusmodi. Quod si quid horũ trans-
gressus quis fuerit, pœna mulctatur. At Per-
sarum leges anticipantes maximè curant, ne
initio tales sint ciues, vt cuiusquam vel impro-
bitatis vel turpitudinis desiderio capiantur: hæc
enim vtuntur diligentia. Est illis forum quod
vocalur liberum, vbi & regia, & alia sunt
prætoria, distributum in partes quatuor, qua-
rum vna est puerorum, altera puberum, ter-
tia virorum, qui perfectam ætatem iam agunt:
quarta verò eorum qui sunt emeriti. Leges quo-
que horum singuli ad sunt locis suis: pueri, cum pri-
mum illuxerit: & eodem modo perfectæ æta-
tis veri: seniores verò, cum per otium cuique
licuerit, exceptis constitutis diebus, quibus
adsint necesse est. At adolescentes cubant

circa prætoria cū gymniciis armis, exceptis roratis, qui ne requirunt quidem, nisi antea iussū adesse fuerint. At neq; honestum ducitur sepius abesse: & præ sunt cuique harum partium duodecim principes. Nam in duodecim tribus præ sunt distributi sunt. Hi verò pueris præ sunt, qui selecti ex senioribus eos reddituri videantur perquam optimos: adolescentibus quoque hi, qui ex absolutæ etatis viris perquam optimos eos existimentur effecturi. Viris autem ipsis hi sunt præfecti, quorum illi institutione censeantur, quæ constituta sunt & à magistratu maximo imperata, maxime præcæstiuvi: electi etiam sunt præsides seniorum. Præ sunt enim quo hi quoque suo fungantur officio. Quæ autem cuique etati imperantur faciunda, enarrabimus, quo dilucidius fiat, diligentiam ne adhibeant, ut ciues sint quam optimi. Pueri igitur euntes ad ludos, iustitiæ discendæ dant operam, atq; que ita illos huic rei studere, quemadmodum apud nos qui eunt ad literas perdiscendas. Eorum autem magistri magnam diei partem consumunt in eorum disceptationibus indicandis. Habent enim pueri quoque inter sese quemadmodum viri causas, & de furto, & de rapina & de vi, & de fraude, & de maledicentia, & de aliis criminibus, ut & patet est. Quos autem norint herum aliquid deliquisse, eos plectunt. In illum item animaduertunt,

uertunt, quem minus iure accusantem inuenierint. Et de illo crimine iudicium faciunt, quod est in causa ut se homines odio mutuo infelctentur quam maxime. Nam vehementer causam agunt ingratiitudinis. Et quem cognorint posse referre gratiam, nec refert, in hunc seuerissime animaduertunt quippe qui arbitrantur eos qui sunt ingrati, & deos maiorem in modum negligere, & patriam, & amicos. Ingratitudinem verò potissimum impudentia sequitur, quæ ad omnem turpitudinem maxima est dux. Docent etiam pueros temperantiam: ad quam discendam eis plurimum conducit, quod vident senes ipsos quotidie temperatè vitam agere. Tradunt præterea eis præcepta parendi magistratibus. Multum quoque huic rei cõducit, quod seniores intuentur parere magistratibus magno studio. eosq; insuper docent ut & cibi & potus continentiam seruent. Ad quod illos admodum adiuuat, quod ante oculos habet seniores non prius abire ventris implendi gratia, quam principes permiserint: quodque non apud matrem rescinditur pueri, sed apud magistrum, quando principes significarint: seruntque domo pro cibo panem, pro obsonio nasturtium, ac potum verò capedinem, ut ex flumine aquam hauriant. Ad hæc etiam discunt sagittam & iaculum. Ad sextum igitur usque aut septimumdecim

mum etatis annum hæc agunt pueri. Dein ve-
 ro ubi in adolescentiam excesserunt, ita rursus
 degunt. Pueritiam enim egredi cubant, ut an-
 tea diximus in pratoris, idq; tum custodienda
 urbis gratia, tum ob temperantia studium. Vi-
 detur enim huic etati maiorẽ in modum dili-
 gentia opus esse. Præbent etiam seipfos inter-
 diu principibus si cui eis vsus. sunt pro rep. Et
 cum oportuerit manent omnes circa pratoris.
 Cum vero ad venationem rex exierit, id quod
 persepe agit in mense, educit custodia dimi-
 dum. Habeant autem exeuntes oportet arcus.
 & iuxta phavetrã, in vagina mucronem, aut
 securim: præterea cratem, & pila duo, quæ
 & alterum emittant: & altero, si opus fue-
 rit, cominus utantur. Ob hanc autem rem pu-
 blicè dant operam venationi, & rex quem ad-
 modum in bello se ducem ijs præstat, & ipse
 tum venatur, tum ut alij venentur diligen-
 tiam adhibet, quod hæc eis verissima videtur
 meditatio rerum bellicarum. Etenim diluculo
 assuescit assurgere, frigoraq; & calores tole-
 rare. Exercent etiam eos itineribus & cursibus.
 Necessarium etiam est sagitta bestiam ferire,
 ac iaculo petere, ubicumq; occurrerit. Atque
 animus sepe numero cogitur concalescere, ubi
 ferox aliqua bestia contra se obiecerit. Nam
 & percutere oportet, quæ occurrerit, & irruen-
 tem observare. Quare haud facile in venatio-
 ne

ne eorum quicquam abesse reperitur, quæ in-
 ter bellandum accidunt. Exeuntes autem in
 venationem prandium habent, & id quidem
 maiore quantitate, ut par est, quam pueri,
 aliaq; eodem modo. Et donec venantur, non
 prouident. Sed si quid opus fuerit, aut fere
 ipsius gratia præstolari, aut aliter velint tem-
 pus terere in venando, hoc prandio pro ca-
 na vsi postridie venantur ad canam vsque.
 & duos hos dies pro vno supputant, quod
 minus dici cibum consumunt. Hoc autem fa-
 ciunt consuescendi gratia, quod si quid etiam
 in bello oportuerit, id eis sit factu facile. At
 obsonium quidem hoc puberes habent, quod-
 cumq; venati fuerint. Nam si id minus, nastur-
 tio rescutur. Nã si quis eos existimat aut vesci
 iniscuẽde, cui aliud nihil præter nasturrium ad-
 dant ad cibum, aut potu minus suauis rti, cum
 aquã bibant, remiscatur quãta cũ voluptate
 maza paneq; rescutur aliquis in fame, quãq;
 suauis sit bibere aquã i siti. At reliquæ tribus
 quæ domi manentes in venatione non exeunt,
 tum alia exercent, quæ pueri didicerunt & sa-
 gitando & iaculando, tum hæc inter sese de-
 certando agitant. Sunt præterea publici horo
 ludi præmiaq; proposita. In qua autẽ tribu plu-
 rimi fuerint peritissimi fortissimiq; ac maxime
 fideles, horo laudatur à ciuibus & honoratur
 non præsens princeps dumtaxat, venantia ille





qui eos in pueritia erudit. Et his adolescentibus videntur magis tratus, si qua in re presidio opus fuerit, vel ad maleficia inquirenda, vel ad insequēdos latrones, vel ad alia agēda, quacumque; aut viriū, aut velocitatis sunt opera. Ad adolescentibus igitur hæc geruntur. Sed ubi annos decem absoluerint, excedant in perfectæ atatis viros, quo tempore hi rursus annos viginti quinque ita degunt. Principio quemadmodum adolescentes præsto sunt magistratibus, ut si quid pro Republica opus fuerit, se vident ut in rebus, quæ prudentiam viresque requirunt. Quod si militiæ danda opera, qui ita sunt instructi, arcibus & pilis amplius non videntur: sed ensibus & armis quibus comminus pugnant: feruntque thoracem circa pectora, & in manu sinistra cratem, qualem habere pinguntur Persæ. In manu autem dextera gladium aut mucronem. Et ex huiusmodi viris magistratus omnes constituuntur, exceptis puero-rum magistris. Ac postquam annos viginti quinque compleverint, agentes hi etatis annum aliquāto amplius quam quinquagesimum (illorum iam etatem ingressi qui sunt, & vocantur seniores) non amplius in exercitum eunt extra solam patriam, sed manentes domi iudicant omnes causas & publicas & priuatas. Iudicant etiam hi causam mortis, idemque legunt omnes magistratus, Quod si quis aut in

adolescētibz aut in viris deliquerit quippiam contra leges, deserunt eum singuli tribuni, & ex alijs qui voluerit. Quæ seniores, ubi audierint, damnant. Ad damnatus degit reliquam vitam cum ignominia. Verum ut omnis Persarū Republica clarior pateat, repetemus paulo altius, Nunc autem ex antedictis declaratum sit paucis. Persæ dicuntur esse circiter centum viginti millia hominum. Horum nemo lege excluditur à dignitatibus atque magistratibus, Sed licet omnibus Persis mittere filios ad publicos iustitiæ ludos, Verum qui possunt filios per ocium alere, eos mittunt ad ludos. Quibus verò alendi non est facultas, nequaquam mittunt. Quæ autem fuerint apud publicos magistratos instituti, licet ijs inter adolescentes eius atatis opera exercere, alijs verò non licet. Quæ rursus legitima inter adolescentes absoluerint, possunt ijs inter eos versari, magistratuumque participes atque honorum fieri. At ijs qui pueritiæ atque adolescentiæ legitima non obierint, inter viros non admittuntur, Ad ijs rursus qui inter perfectæ atatis viros sine reprehensione se gesserint, sunt ex ordine seniorum. Et ita seniores ijs constituuntur, qui per omne honestatis genus vitam egerint. Ac Lycurgus vestes ab ancillis preberi solitas putavit esse. Sed liberis quidem mulieribus, Lacœnarum cum procreationem liberorum magnum quidam

Eiusdē ex



dam esse censisset, primum nihilominus feminam quam marem exerceri corpore instituit: deinde cursus, & virium, veluti viris, ita & feminis certamina inuicem posuit. Existimabat enim ex utrisque robustius sobolem quoque robustiorem gigni. Cum verò mulier ad virum venit, intuens ille alios primò tempore immoderatus vxoribus commisceri, sanxit & huiusce rei contraria. Constituit namque & ingrediens ad vxorem virum & exeuntem, ne ab aliis videretur, pudore affici. Sic autem coeuntes necesse est tum suauius sese audiusque appetere, tum prolem si quam generent, validiorem reddi hoc modo potius, quam si ad satietatem usque coniungantur. Statuit praterea, quod nemo pro voluntate vxorem duceret, nec nisi cum in adultam aetatem peruentum iam esset, nuptias fieri: id enim plurimum ipsi fecunditati ac robustati conduclurum arbitratus est. Atque si quidem contigerit, ut senex aliquis iuniorem vxorem habeat, videns Lycurgus huius aetatis homines maximè afferuare vxores, item & huius rei contrarium constituit. Sanxit enim ut cuius viri corpore animoque senior ipse magis caperetur, eo adducto ad vxorem susciperet prolem. At si quis vxorem rursus nolit, ingenue autem prolis defidatario tagatur, in hanc quoque rem legem tulit: ut si quam quis secundam generosamque prosequerit,

persequerit, persuasio eius viro ex ea suscipere natos queat: & huiusmodi multa Lycurgi legibus sunt concessa. Enimvero & uxores domos binas inhabitare volunt. & viri ipsi fratres ex senatis pueris acquirere, qui generis quidem viriumque participes eque sunt, substantie vero nequaquam sunt. Hoc de procreandis liberis diuerso à Grecis ceteris instituto, quanto prestantiores ille & magnitudine & robore viros, Sparte reddiderit, quamuis secum animo volutator: ego deinceps & disciplinam ipsorum explicabo.

Lycurgus enim pro seruis pedagogis, quos Paulò post privatim pueris quisque proficit, virum preesse illis voluit ex eorum numero, è quibus maximi magistratus constant: qui quoniam pueros moderetur: pædonomus appellatur. Et hic verò potestatem dedit, ut & pueros congregaret, & quem versutè aut nequiter quisquam patrare obseruasset, acerrimè caderet. Dedit etiam illi ex puberum numero, qui flagra ferrent, ut verberibus cum opus foret. Pueros afficerent: quo factum est, ut & multis pueri verecundia tenerentur, & insus facile parerent. Pro calciamentis autem pedum nudatè instituit. Censebat enim huiusmodi exercitatione longè facilius & locū accliuem ascendere quempiam posse, & tutius decliuem descendere, & saltare, & resilire, & celerius distal-



ciatum currere, si pedes exercuerit, quam calciatum. Pro vestitu verò varietate instituit vno amictu quotannis assuescitur, rarus & aduersus frigora & aduersus calores melius hoc vtrique pacto muniri. Cibi autem tantum habendum censuit, vt & nunquam crapula grauaretur aliquis, & indigentiam ferre expertus sciret: putans eos, qui sic eruditi essent, & magis profecto si opus esset vel absque cibo labores perpetui, & ab ipso si amouerentur, plus temporis abstinere posse, & minus præterea obscenitatis egere, & facilius omnem escam admittere. Quinetiam ad salubrius degendum, & ad staturæ proceritatem magis id alimenti conducere arbitratus est, quod d. gracilia corpora, quàm quod lata cibo efficeret. Verumne rursus fame admodum premerentur, noluit illos quibus indigebant, ea ociofos capere, sed furari quaedam sinebat, quibus fames leuaretur. Quod autem non tanquam inops suppeditandi permiserit eis alimentum, sua sibi industria parare, latere id puto neminem. Patet autem eum qui surrepturius quippiam sit, oportere & nocturno vigilare, & interdum fraudem ac insidias tendere, exploratoresque parare, si consequi, quod cupit, velit. Itaque perspicuum est, quod pueros callidiores circa res ad victum necessarias magisque bellicosos facere volens, his omnibus sit instituerit. Sed fortè dicat aliquis. Quid vigi-

tur, si quidam furari bonum existimabat, multis eum verberibus, qui in furto deprehenderetur, plectendum voluit? Quoniam, vt mihi videtur, & in aliis, quacunque homines edocent, puniunt non rite administrantem.

Ne quando autem absente pædonomo pueri Ibi d. paulo sine magistro sint, fecit vt is qui semper adesset d. post. ex ciuibus, ius haberet, qui quicquid factu optimum videretur, pueris imperaret: ac si quid delinquerent, plecteret.

Ad hæc volens quasi naturalem his pudorem vehementer conciliare, imperauit vt in riuus manus intra pallium haberent, silentioque incederent, ac nusquam circumspicerent, sed homini defixos oculos tenerent. Hic certe patet masculinum sexum & circa pudicitiam acriorem esse naturam muliebri, Itaque illorum rotem minus, quàm si lapidei essent, audieris: oculos verò minus, quàm si essent aenei, conuertentur. Maiore autem eos pudore affici, quàm ipsas in thalamis virgines existimaris. Ac posteaquam in conuiuium venerint, satis profecto sit, si vel ad interrogata respondeant. Et circa horum quidem instituta hanc curam adhibuit. De puberibus verò quàm maximam diligentiam habendam voluit.

Sed quo pacto ipsos mutua emulatione commiserit ostendat. Eligunt ipsorum Ephori excellentioribus viros tres, qui Hippagritæ ab



equitatis congregando appellantur. *Forum* quilibet viros centum deligit, declarans, cuius gratia alios in honore præfert, alios reprobat. Qui ergo de honestati sunt, certamen incunt, & aduersus eos à quibus missi non fuerint, & aduersus illos, quos sibi in electione prælatos vident.

Paulo pōst Quis quidem ita pugnantes, quisquis interfuerit, dirimendi ius habet.

Paulo pōst Cum puberem verò ætatem superarint, & maximi iam magistratus ex ipsis constituuntur, *Lycurgus* legem tulit, qua huius ætatis homines venatione vitæ, nisi quod publicum officium impediterit, pulcherrimum esse dixit, quo & hi nihilominus possent, quam ipsi adolescententes, militiæ labores tolerare.

Paulo pōst Similiter *Lycurgus* (cum efficere voluisset, ut cives inimicem nihil officientes mutuo bono aliquo fruerentur) statuit puerum quemque suis alienisque iusta imperare. Cum verò quis videat hos esse patres puerorum, quibus ipse imperet, cogitur ita imperare, quemadmodum velit & illos suis.

Paulo pōst *Lycurgus* apud *Spartiatas* liberos homines retinuit quicquam attingere, quod circa rem pecuniariam versaretur. Quæcumque autem libertatem civitatibus asserunt, hæc sola instituit ipsorum studia ducenda. Hancquaquam enim diuitiis illic studiosè incumbitur.

Dignū est præterea & hæc i re *Lycurgū* admirerur, q̄ apud *Lacedæmonios* id effecerit, ut honestam mortem turpi vitæ anteponerent.

Perpulchrè & in hac re *Lycurgus* mihi legibus sanxisse visus est, qui ad ipsam usque senectutem virtutem excolendam voluerit. Nam cum in vitæ meta, senectutis iudicium appuisset, statuit ne in senio quidem honestatem ac probitatem negligendam esse. Est & illud tum laude, tum admiratione dignum, quod & bonorum virorum senio prospexerit. Cum enim instituisset vitæ certamen penes senes esse, perfecit senectam pluris habendam esse, quam iuuentutis robur. Et rectè quidem ex omnibus humanis rebus huic certamini studetur. Nam & si gymnica certamina pulchra sunt, ea tamen corporum certè sunt: senectutis verò certamen, animorum iudicium bonorum præbet. Sed quantum corpori præstat animus, tantum etiam animorum certamina corporum certaminibus antecellunt. In armorum autem certamen talia quedam molitus est. Voluit enim stolam punicæam habere, & clypeum æreum.

Permisse autem eos qui pubertatis annos transcendissent, nutrire comam, rarus hoc patet & maiores illos, & liberatores, grauioribusque videri. Quibus ita instructis distribuit equites ac pedites in tribus sex. Quilibet au-



tem ex urbanis tribubus habet unum tribuum
militum, & manipulorum prefectos quatuor,
qui quagenarios octo, duces turmarum sexdecim.
Ex his vero tribubus per denuntiationem con-
stituantur tum in turmas tres, interdum autem
in sex.

Ibidem. Cum intelligeret Lycurgus obedientiam ma-
ximum esse bonum, tum in Repub. tum etiam
& militiae & domi, Ephorum potestatem
constituit.

Statim post. Itaque Ephori quemcumque velint, multare
queunt: possunt extemplo transigere, possunt in-
magistratum constitutos intra tempus & abro-
gare, & in carcerem conjicere, ac de vita in pe-
riculum vocare.

Paulo post. Sed cum & alia permulta sint pulchra Ly-
curgi inuenta, quibus inducti ciues libertatis la-
tis legibus parent, tum & hoc in primis pul-
cherrimum puto, quod non ante multitudini le-
ges exhibuit, quam cum prestantissimis viris
Delphos petens deum rogasset, an esset futurum
conducibilis & melius Sparte, ubi legibus
quas ipse tulerit obediret. Cum autem respon-
disset Deus, id profus melius fore: tum demum
leges suas eis proposuit, non modo iniquum, ve-
rum & impium statuit, si quis legibus Pythio
Chevonde roboratis oraculo minus paruisset.

Catanæ. Consultantes agentesque, aliquid, à deis auspici-
proamia le cari debent. Optimum enim est, ut paromia
gunt.

fert, Deum causam & autorem esse illorum
omnium. Præterea à malis facinoribus absti-
nendum est, idque maxime propter concordiam
cum Deo, cum nullo enim iniusto Deus com-
mercium habet. Adiuuet autem unusquisque
ipsum, & incitet ad iusta secundum dignita-
tem capeffenda agendaque. Nam in parvis &
magnis æqualem conatum & contentione adhi-
bere, nimis humile ac illiberale videtur esse.
Quare curandum ne nimis negligentes ad res
magnas et gravissimas feramur. Sed pro digni-
tate tua et viribus singula perpedere aggredi-
debes, ut honorificus & gravis permaneat.

Viro autem mulieri ob iniustitiam à ciuitate
notatis, nemo auxiliari debet, neque conuersari:
secus, exprobrandum ei fuerit, quod similis sit
illi, qui cum versatur. Eximios autem bonos vi-
ros amare, eisque conuersari conuenit: & probi-
tatem vere imitando, & comparanda virtute,
maximum atque perfectissimum hoc veluti sacri-
ficium obire. Nemo enim sine virtute perfectus.
Ceterum iniuria affecto civi vel in patria vel
in peregrina regione opem ferre decet. Pere-
grinum vero quemuis, qui in patria sua coli-
tur secundum leges proprias bene precando &
familiariter suscipere oportet, ac remittere, To-
nis hospitibus memores, ut qui Deus apud om-
nes communis sit, ceptitatus, & hospitalitatem
ac inhospitalitatem inspicat.

Ceterum senes iunioribus præcât, eosq; com-
moneant, ita vt appareat iuuenes ideo reuereri
eos ac erubescere, quoniam ipsi ob pudorem &
reuerentiam malis abstineant. Nam in qui-
bus ciuitatibus senes impudentes fuerint, liberi
etiam nepotesque ipsorum impudentia labora-
bunt. Vbi autem pudor abest, ac inuerecundia
riget, ibi contumelia & iniustitia sequuntur,
& tandem exitium. Idcirco impudens nullus
esto, sed sibi quisque temperantiam conciliet,
tanquam hæc ratione Deum habiturus propi-
tium, & salute fruiturus: nullus enim impro-
bus Deo charus est. Porro quisq; honestatem
ac veritatem colat: turpitudinem atq; menda-
cium oderit: nam hæc notis virtus & malitia
discernuntur. Quare statim à pueris assue-
cere oportet, castigando quidem mentiendi stu-
diosos: veritatis autem amando, vt quod in vir-
tute optimum & facundissimum est animis sus-
cipiatur, & quasi in naturâ ipsor-
um conuertatur. Ad hæc vnusquisq; ciuium
se temperantem potius, quam sapientem videri
studeat. Nam simulare sapientiam, magnum
est imperitij & vilis animi signum. Temperan-
tia autem simulatio debet esse vera: neq; nullus
egregia facta simulat, qui te ipsa & mentis, &
actionum bonarum nihil habeat.

In principes quoque veluti parentes beneuo-
lencia nos affectos esse decet, obediens ac re-
uerentes

uerantes ipsos. Qui enim aliter senserit, mali
consilij pœnam dabit demonibus, qui indigetes
& patroni ciuitatis sunt. Nâ principes etiam
patroni & domini sunt ciuitatis, ac ciuium
salutis.

Sed & principes iuste subditis præesse oportet,
tanquam liberis suis, inimicitiam amicitiamq;
& iracundiam in iudicando sapientes.

Porro laudari & celebrari debent, qui locu-
ples cum sint, tenuioribus suppeditant, vt pote
seruantes pueros, ac eos qui patriam defensuri
sunt. Debent autem illis suppeditare, qui for-
tune non otiose ac intemperantis vite culpa,
pauperes sunt. Fortuna enim omnibus est com-
munis. Otiosa autem & incontinens vita, ma-
lus viris propria est.

Item honestum habeatur indicare illum, cu-
ius quis facinoribus cõscius est, vt respub. salua
sit, multos habens bonæ constitutionis sue cu-
stodes. Is vero qui indicat, quanquã de genere
sibi proximis, bonus & pius æstimetur: nihil
enim est quàm patria cõiunctius. Reuelari au-
tem decet, non ea que inuiti & imprudentes
aliqui commiserint, sed que de industria pecca-
uerint. Ceterum indicatus, si sponte inimicum
se faciat illi qui indicauit, à cuncto odio ha-
beatur, vt pœnam det ingrati tudini, qua mo-
dentem sibi priuat pessimo iniustitiæ morbo li-
berandum.

Haberi autem debet pro maximis sceleribus, deorum contemptus, parentum afflictio voluntaria, principum legumque neglectus, & voluntaria aduersus iustitiam ignominia. Cōtra iustissimus civis, idēque sanctissimus est iudicatur, qui iam dicta honorat, cōtemnentes verò apud cives & principes indicat.

Pro patria mori honestius ducatur, quàm viuendi cupiditate patriam & honestatem desorere. Præstat enim honeste mori, quàm viuere turpiter, & cum opprobrio.

Ceterum defunctorum unumquemque, non lacrimis, aut miseratione, sed bona recordatione, & fructuum quotannis nascentium oblatione, honorare oportet: ingratitude enim videri potest erga demones inferos, si dolor immodicus admittatur.

Nullus autem damnum iniuste passus, illa in re conuictus agat. Benedictio enim multo diuiniore est quam maledictio.

Cuius qui vicerit iram, longè melior existit mandus est illo qui propter iram delinquit.

Quisquis templa & pretoria priuatorum ædificiorum sumptibus excellit, nequaquam laude dignus, sed infamis habeatur: nihil enim priuatum, esse debet egregium & magnificentum magis quàm publica.

Duities & pecunia seruiens contemnatur, ut pusillanims, illiberalis, & sumptuosarum possessionum,

possessionis, vitæque Tragico apparatu structæ stupidus admirator, & vilis animi homo existimetur. Magnanimus enim vit omnia humana secum præmeditatus, nulla tali perturbatur fortuna, cum contingerit.

Turpia nemo loquatur, ne factis obscenis animinum inquinat, mentemque impudentia & sceleribus repleat. Nam quæ honesta & chara nobis sunt, congruis nominibus & in lege scriptis appellamus: quæ verò odimus, illorum vel nomenclaturam causa turpitudinis abominamur. Esto igitur turpe, etiam loqui rem turpē.

Uxorem legitimam unusquisque diligat, & prolem ex ea generet, In aliud verò nihil proficuum semen effundat: neque rem natura & lege pretiosam illegitime consumat, & flagitium committat. Natura enim liberos euginendi gratia, non libidinis, semen produxit.

Uxorem verò castam oportet esse, nec impiis stupris ab aliis viris admittere, ac reuereri iracundiam demonum edibus eticentium homines, & inimicitias mouentium.

Qui liberis suis nonercam superinduxit, non honore dignus, sed infamis sit, utpote dissensionis autor domestica.

Ceterum necesse est prædicta omnia seruare, præuaricantem verò civili execrationi obnoxium esse.

Imperat autem lex, ut cives omnes hæc pro-



mia calleant, eaque in festis post peanes recitent, quemcunque coniuuij dominus id facere iusserit, vt singulorum ingenij precepta ista quam familiarissima fiant.

Ex Nicolai scriptis Apud Tartesos minor contra maiorem te-
de Moribus gētiū. limonium dicere non fas est.

Lucani vt aliorum criminum, sic etiam luxuriae & otij causas agunt. Quod si quis homini luxurioso mutasse aliquid conuincatur, priuatur mutuo dato. Athenis etiam otij causa forenses agitantur.

Apud Sunitas quotannis & adoleſcentes & virgines publice iudicantur. Et qui optimus esse iudicatus fuerit, virginem quam voluerit ducit, deinde post eum secundus, & sic deinceps.

Limyrnij vxores habent communes, & liberos communiter alit vsque ad annos quinque, deinde sexto anno pueris omnibus congregatis, similitudines ipsorum ad viros conieciunt, & vniciuique similem tradunt puerum ceu patrem, quem ille acceptum pro filio educat.

Cetera armis accincti, omnia in ciuitate negotia transigunt: & grauius apud eos in illorum animaduertitur, qui peregrinum, quam qui ciuem occiderit, Hic enim exilium, illi mors poena statuitur. In primis autem illos honorat, qui publicam regionem augent. Et ianuas aditum nunquam claudunt.

Sauromata triduo ad saturitatem se ingurgitant,

gitant, & vxoribus ceu dominis per omnia parent. Virginem non prius locant ad nuptias, quam hostem occiderit.

Cerceta illos qui crimen quodcunque commiserunt, sacris interdicit: si quis autem nauim gubernans abberrauit, singuli accedentes in faciem eius inspuunt.

Mosyni regem suum in turri conclusam alunt, & si quis male consuluisse aliquando videatur, fame necant. Proueniens ipsi frumentum equaliter distribuunt, partem aliquam communiter pro hospitibus aduenientibus seponentes.

Phryges iuramentis non vtuntur, nec ipsi iurantes, nec alios adigentes. Si quis inter ipsos bonem aratorem occiderit, aut instrumentum quodpiam ad agriculturam aptum furto sustulerit, morte mulctatur.

Lycij mulieres magis quam viros honoribus afficiunt, & nomina a matribus accipiunt, ite hereditates filiabus non filiis relinquunt. Si quis liber furti coarguatur, seruire cogitur. Testimonia autem in iudiciis non statim, sed post mensem demum proferunt.

Piside coniuuantes parentibus primitias libant, vt nos diis *πρωτοεισ* dicitis. Grauisimum depositi causam agunt: & eum qui fraudauerit, occidunt. Adulterij conuictus, per vrbem suam cum muliere circumducitur super

afino ad dies aliquot.

Actiopes præcipuè sorores suas honorant: & reges maxime relinquunt successiones, non suis, sed fratrum filiis. Quod si nullus successor sit, pulcherrimum ex omnibus & pugnacissimum, creant regem. Pietati & iustitiæ studet. Aedes ipsorum ianuis carent: & cum in viis multa iaceant, nemo furatur.

Inter Buas Libyæ, vir ceteris viris, mulier imperat mulieribus.

Basilienfes Libyæ cum bella gerunt, nocte pugnant, interdum pacem agunt.

Dapsalbyes congregati omnes vno die uxores vnâ ducunt post Vergiliarum occasum. Nam post epulas mulieribus seorsum discurrunt, extincta lucerna viri ad ipsas ingrediuntur: & quilibet quamcumque contigerit, ducit.

Talchleuenses Libyæ, cum multi uxorem vnâ ambiunt, apud futurum socerum conant, & singulis præserte sponsa futura variâ dicitur. Narratibus cuiuscumque mulier arripserit, illi cohabitât.

Sordolibyæ aliam suppellectile non possident, præter calicem & gladium.

Alitemy Libyæ velocissimum inter se regem creant: ex reliquis honorem deferunt iustissimo.

Nomades Libyæ non diem, sed noctium numero, tempus suum numerant.

Apharentes Libyæ nominibus carent. Soli orienti conuiuantur, ut qui multa mala cõspici offerat. Filiarum optimas putant, quæ plurimum temporis manserint virgines.

Ex Bæotis nonnulli eos qui debitum non solvunt, in forum deductos, & sedere iussos, cophino superiniecto cooperiunt: qui autem hoc passus fuerit, ignominiosus fit. Huiusmodi ignominia etiam Euripidis patrem Bæotum genere notatum putant.

Assyrii virgines in foro vendunt cohabitare volentibus: primum quidem maxime ingenuas & formosas, deinde reliquas ordine: postquam autem ad deformissimas ventum est, per præconem diuulgant, quantum quis accipere velit ut illas ducat: & pretium ex pulchris collectis sitis adiungunt. In primis autem gratuitatis & mansuetudinis studiosi sunt.

Persis quod facere illicitum est, id ne dicunt quidem. Si quis patrem interfecerit, spurium aut subdititium esse putat, non verum Persam. Regi gratias agit, qui flagellari ab eo iussus fuerit, tanquam feliciter secum actum sit, quod rex memor ipsius fuerit. Ob liberorum numerositatem præmia à rege capiunt. Et pueri inter ipsos verum loqui discunt, ceteris disciplinas.

Apud Indos si quis mutuo depositum ve fraudetur, non venit in iudicium: sed seipsum accusat is qui credidit. Ceterum qui artificem ali-



quem manus aut oculo priuauerit, morte dānatur. Illum autem qui maximum aliquod delictum perpetravit, rex tonderi iubet, tanquam extrema sit talis ignominia.

Lacedæmonis artes alias quàm ad bellū spectantes discere, inhonestum est. Edunt omnes in proparulo. Senes non minus quàm patres reuerentur. Gymnasia ut virorum, sic & virginum sunt. Peregrinus in Sparta vitā degere non licet, neq; Spartanis in peregrina regione. Vxoribus suis hortantur, ut ex formosissimis vel ciuibus vel peregrinis prolem suscipiant. Pecunia studio Spartanum vacare, turpe dicitur. Numismate utuntur scorteo. Aurum argentum re apud quempiam deprehendi, capitale est. Humilitate & obedientia magistratui prestita omnes gloriantur. Feliciores eos iudicant, qui fortiter moriuntur, quàm qui prospere viuunt. Pueri aram quandam legitimè circumuehentes, flagellis ceduntur, donec pauci rotelli coronentur. Ignominiosum est timidos cōtubernalis, aut gymnasii socios, aut amicos habere. Senibus in conuenticulis sub finem vitæ actio proponitur, quinā bene aut malè vixerint. Ceterum cum expeditionem parat in exterranā regionem, is qui ignifer appellatur, ignem ab ara Iouis Agetoris, id est ducis, accensum apud regem inextinctum seruat. Mittuntur autem vitā cum rege rates, medici, & tibicini

tibicines. Tibiis enim ad pugnas pro tubis semper utuntur, & coronati pugnant. Regi omnes consurgunt, præter ephoros: & rex ante susceptum imperium iurat imperaturum se iuxta cōiuitatis leges.

Creteſes Græcorum primi leges habuerunt, à Minos conditas, qui primus etiam maris imperium obtinuit. Simulabat autem Minos se ab ipso Ioue didicisse, nonem annorum spatium montem quandam ingrediens, in quo Iouis antrum esse dicebatur, & inde semper aliquot leges Creteſibus adferens. cuius rei etiam Homerus meminit in his versibus: Inter illos est Cnosſus magna ciuitas, ubi Minos per nouem annos imperauit, magni Iouis confabulator. Porro Creteſium pueri simul congregantur, educanturque duriter, venationes & cursus acclines pedibus nudis conficiunt, & Pyrricam in armis saltant, quā primus inuenit Pyrrichus quidam Cydoniates, Creteſis genere, Porro vitæ commune conuiuium habent, eodemq; omnes victu ex equo utuntur. Ex muneribus arma apud eos maximi sunt.

Persarum reges ante sacrificia de pietate differunt: antequā bibant: de temperantia: pugnatū verò, de fortitudine.

Persis lex erat, ut à morte regis legum & iuris intermissio per quinque dies fieret, nimirum ut intelligerent subditi, in quāto pretio re-

Ex Serino.



gem ac legem haberi deceat.

Plut. in lib de Iside. Reges autem ex sacerdotibus, vel bellicosus viris creabantur, Nam generis nobilitas & honor huic ex fortitudine, illi propter sapientiam accedebat. Quis verò ex bellicosus eligebatur sit. tum sacerdos sit, & particeps philosophiæ, que magna ex parte fabulis, & rationibus obscura veritatis vestigia præ se ferentibus, involuitur: quod etiam ipsi significant sithinges ante templa meritò constituentes, ut pote enigmati- cam sapientiam theologia ipsorum continent. Quis & Mineræ, quam & Isidem esse putant, quod Sais est simulacrum, talè inscriptionè habebat: Ego sum omne quod fuit, quod est quodq; erit, & peplum meum nemo mortalium reuelavit.

Herod. histor. lib. 4. Agathysi viri sunt mollissimi, & aurum ferunt ut plurimum. Communerunt mulieribus ut fratres inter se nascuntur: & cum omnes cognati sint, nec invidia, neq; odio inter se capiuntur.

Plato libr. 2. Legum. Principio lege sancimus, ut pueri usque ad decimum octavaum annum vini usum profusè ignorent. Nempe eos monebimus non oportere ignem igni in corpus atque animam suggerere, antequam viri effecti subire labores incipiant. Furiosum namque habitum iuventutis cauere oportet. Deinde vino moderatè utantur usque ad ætatis annum trigessimum. Ab ebrietate verò & vini repletionem iuvenes omnino abstineant.

neant. Sed cum ad quadragesimum pervenerint, tunc in conviviis liberius discumbentes tum alios deos, tum Dionysium ad sacra sensu & ludos inuocent, qui hominibus vinum quasi remedium adversus senectutis duritiam est largitus, ut reuiuiscere videamur, & mœstitia nos obliuio capiat, ipsa que affectio animi, sicuti ferrum in igne, ex duritie in molliem ducta, flexibilior fiat.

Nunquam in castris quisquam gustare vinum audeat, sed toto illo tempore aqua bibatur, & in ciuitate nunquam vini usum seruo vel seruo concederem. Sed nec magistratibus toto eo tempore, quo magistratu funguntur.

Gubernatores etiam atq; iudices munus suum subituros à vino penitus prohiberem. Deliberaturos quoque de rebus non omnino negligendis. Ac nulli penitus interdum vinum concederè, nisi exercitationis corporeæ morborumque causa hoc potu opus fuerit: neq; etiam nocte vitæ vel mulieri, quando liberam operam dare volunt. Plura etiam referri possent, in quibus homines legis recte mentisque compotes vino abstinerent. Quapropter secundum hanc rationem, nec multis ciuitati vineis opus esset. Atqui & reliqua agriculturæ omnisq; viuendi norma ordinem suum teneret, ac vini usum formè omnium moderatissimus & parcissimus esset. Hic itaque sermone de vino hospites, si

Ibidem.

si vobis quoque videtur, colophon impostus sit,
Recte, & consentimus.

Eius, de Le Imperantes verò & parentes nōne in ciui-
tib. dial. 3. tatibus esse debent? Quidni? Est. Rationes
autem pro dignitate imperandi parēndique,
tam in ciuitatibus seu magnis seu paruis, quā
priuatim in domibus similiter quales & quos
sunt? Nōne prima dignitatis recta ratio erit,
vt pater ac mater, & simpliciter genitores vbi-
que natus temperent? Maxime. Secunda, vt
ignobilis generosi? Tertia, vt iunioribus senio-
res? Et hoc. Quarta, vt domini seruis? Procul-
dubio. Quinta, vt potentiores dominantur, im-
becilliores seruiant? Principatum modo dixisti
admodum necessarium. Imò verò qui pluri-
mus, & secundum naturam, vt Thebanus Pin-
darus ait, in omnibus animalibus reperitur.
Maxima verò dignitas sexta collocanda est,
qua ignorantes quidem sequi iubentur, pru-
dentes autem ducere atque dominari. Quod
ego quidem imperium o sapientissime Pinda-
re, non præter naturam sed secundum naturam
legis, & sponte susceptum, non violenter fieri
assimarem. Probe dictum. Septimum prin-
cipatum ad sortem aliquam producamus, eum
Dei gratia & felicitate quadā obtingere as-
serentes: & iustissimum esse ducamus, vt is que
sors delegerit, imperet: ille verò quem repulerit,
pareat.

Et ec

Hæc autem ob causam dicemus, quia nos
tua in ciuitate non ideo magistratus alicui da-
bimus, quòd diues sit, aut huiusmodi quicquam
possideat, vt robur, magnitudinem, generis cla-
ritatem. Ei verò qui positus legibus parebit ma-
ximè, & hæc re cæteris in ciuitate præstabit.
Deorum quoque cultum & ministerium dabi-
mus, maximum quidem primo, secundum verò
illi qui secundo loco excellet. Eademque ratione
sequētib. singula pro dignitate distribuemus.
Magistratus autem legum ministros appellari
non quia innouare vocabula cupiam, sed quia
putem salutem hinc maximè ciuitati fore, &
contrarium ex contrario. Interim enim para-
tum illi ciuitati exitium video, in qua non lex
magistratibus, sed legi magistratus præsumt. Sa-
lutem verò illi, vbi lex seruiētib. magistratū
bus dominatur. Cuncta certè bona que dij ci-
uitatibus præbent, huic affore cerno. Per Io-
uenem, hospes acutè vt atas tua postulat perspicis.
Iuuenis enim hæc obtusè admodum, senex ac-
tissimè cernit. Vera loqueris.

Dic agè per deos, quā legi conditor pri-
mam legem conscriberet? An non secundum na-
turam primum generationis in ciuitate prin-
cipium ante omnia legibus exornabit? Planè.
Principium autem generationis omnibus ciui-
tatibus nuptiarum consentus atque commu-
nio. Vtiq. Quare si nuptiales primum leges

Ibidem.



ponantur, bene ad omnem ciuitatem rectè constitendam posite videbuntur. Sic est omnino.

Simplem ergo primum dicamus, quæ sic se forsitan habebit. Vxorem quisque à trigésimo anno usque ad trigésimum quintum ducat. Si non duxerit, pecunia mulctetur atque dedecoretur pecunia quidem tanta, vel tanta, dedecore autem tali quodam vel tali. Et simplex quidem lex de nuptiis talis sit, duplex autem talis. Vxorè ducere quisque debet ab anno trigésimo ad trigésimum quintum, cogitans quòd natura quadam humanum genus quodammodo immortalitatem consequitur. Cuius rei quisque natura summo pere cupidus est. Nemo enim est qui non desideret perpetuum apud posteros nomen habere.

Genus ita hominum immortaliter hoc modo in sempiternum perdurat, quòd filiorum filios relinquendo, unum et idem semper generatione immortalitatem adipiscatur. Nefas autem est, immortalitate seipsum sponte priuare. Hac vero ex animo illi se priuat, qui filios et uxorem negligit. Quicumque legi huic obtemperauerit, indemnis esto. Qui vero non paruerit, et quinque ac triginta annos natus uxorem non duxerit, ne solitariam vitam lucro sibi et voluptati fore censeat, tanta in annos singulos mulctetur pecunia: neque eorum particeps honorum sit, quos iuniores quotidie in ciuitate senioribus exhibent.

Quem ad-

Quemadmodum igitur quæcumque texuntur, non ex similibus omnino trames staminè- que texuntur, sed staminis genus robustius atque firmitus est, trames mollius et facilius cedat: ita homines qui magistratus gesturi in ciuitate sunt, eodem modo discerni semper oportet, eos qui in leuiori quadam facultate experimentum sui dederunt. Duæ verò sunt in re publica species. Altera magistratum, altera legum constitutio. Ante verò hæc omnia ita cogitandum est. Cum pastor, atque bubulcus, equorumque curator, ceterique huiusmodi, greges et armenta susceperint, non antea curant, quam singulis conuenientibus conuenientem purgationem adhibeant. Porro sanis ab ægrotantibus, generosisque ab ignavis segregatis, altera in greges alios mittent, altera vero curabunt, non ignorantes aliter frustra se tam pro corpore quam pro anima laboraturos. Nempe nature et educationis prauitas ita corrumpit, ut nisi quis segreget sanorum integrorumque morum ac corporum genus, in singulis contagione interimant. Sed de cæteris quidem animalibus minor cura, et exempli causa solum eorum mentio facienda. De hominibus verò maximum studium legislator habebit, ac diligenter rimabitur omnia, ut singulis consentanea scribere queat, tum de lustratione, tum de cæteris omnibus actioni-



bus. Sic igitur civitatis lustrationes se habent. Multa enim sunt, & alia leuiore, grauiore alia. Ac si quis tyrannus simul legisque lator sit, difficilibus & optimis lustrationibus uti poterit. Legis autem latori absque tyrannide, qui leges nonas sanciet, atque rempublicam instituet, satis erit factum si purgationem mitissimam adhibuerit. Nam exactissima purificatio, quemadmodum medicina que validior corporibus adhibetur, doloris plena est, & cum vltione iuxta pœnam infert: morte peccantem aut exilio damnans. Eos enim qui maxima peccata commiserunt, si insanabiles sunt, quoniam civitati plurimum detrimenti afferant, remouere omnino solet. Mitior verò purgatio huiusmodi nobis est. Quibus enim propter inopiam rictus duces quarunt, hisque sponte se offerunt secutori ex egestate aduersus eos qui non egent, hos tanquam morbum, qui civitatem labefactet, honesta colonie nomine benignè expellit. Hæc omni legumlatori quodammodo à principio, ut diximus, facienda. Nobis autem difficiliora quedam in presentia eueniunt. Nam neque coloniam, neque delectum aliquem purgandi gratia ad presens excogitare oportet, sed quasi ex multis fontibus torrentibusque aqua ad lacunas easdem constat necesse est obseruare, ut quæ undique confluit humor, partim exhauriendo

effundendoque, partim derivando atque diuertendo quam mundissimus sit. Labor autem, ut videtur, & periculum est in omni constitutione ciuili. Quoniam verò non re nunc, sed verbis agitur, perfectus iam nobis sit delectus, siquæ desideramus facta purgatio. Nam malos qui hanc civitatem adire gubernatori concedent, cum satis longo tempore exterminauerimus, omni persuasione accedere prohibemus: probos autem per viribus beneuolos propitiosque facientes alliciemus.

Accedit ad hæc & alia lex, que iubet ne quis priuatus vel aurum habeat vel argentum. Sed quia nummis opus est quotidianæ commutationis gratia, que inter artifices & huiusmodi ferme est necessaria, cum mercenarijs & seruis & colonis merces aliqua debeatur, idcirco nummos habere concedimus. & c.

Si qua verò necessitas priuatum peregrinè proficisci coegerit, magistratum venia proficiscatur. Reuersus autem, si peregrinis nummis abudat, cum civitatis nummis eos commutet, ciuitati que restituat. Quod si quis occultare eos, & in priuatum usum conuertere deprehensus fuerit, publicum fiat quod occultabat. Conscius autem qui non accusauerit, maledictus atque opprobrijs vnâ cum illo subiiciantur, atque etiam nõ minore multa puniantur, quam allatus peregrinè nummus fuerit. Nemini preterea aut dare dotes aut accipere liceat, neque

Ibidem.

Paulo post

pecuniam deponere apud eum: cui non adhibes fidem, neque sererare: liceatq; si quis in sanus acceperit nec usuram nec sortem reddere.

Platon. de Serui enim & domini amici nunquam erunt. leg. dial. 6 Nec prohi nec improbi, si equalibus afficiantur honoribus. Inequalibus enim equalia inaequalia sunt, nisi mensuram accipiant. Nam propter haec utraque seditionibus replentur republice.

Verus enim priscus ille sermo, ab equalitate amicitiam procreari, rectè admodum & concinne fertur: quoniam verò non satis aperta est, quæ nam sit equalitas qua id efficitur, idcirco nos valde turbamur. Duae quippe sunt equalitates eodem quidem nomine appellatae, sed effectu in multis penè cõtrariae, & alteram omnium ciuitas legumque lator sorte disponendo potest in distribuendis honoribus adhibere, eam dico quæ numero, pondere, & mensura est equalis. Sed verissimam optimamque equalitatem non facile quis perspicit: Iouis enim iudicium est, & hominibus quidem pauca semper suggeritur: quatenus autem suppedit, tam priuatis quam ciuitatibus bona omnia affert. Haec sane maiori plura, minori pauciora tribuit, utrisq; videlicet secundum eorum naturam moderata. Atqui & honores, virtute maioribus semper maiores: minoribus autem virtute & disciplina, minores: & utrisque secundum rationem, quod decet, impertit. Et enim

enim certe nobis est civilis iustitia: hanc & nos appetere debemus: atque ad hanc ipsam ð Clinia equalitatem respicere, dū hanc nouam condimus & disponimus ciuitatem: & quisquis aliam instituit, eodem debet in legibus ferendis aspicere. Non autem ad paucos tyrannos, vel ad unum, vel populi potestatem, sed ad iustitiam semper inspiciendum. Ea est quàm modo diximus, equalis ipsius secundam naturam quotidie in equalibus distributio. Verumtamen necesse est, ut his duabus equalitatibus in denominatione similibus ciuitas inuersa utatur, si tota velit procul ab omni seditione manere. Aequabilitas enim illa laudabilis, & equa diiudicatio perfecta atque exacta, cum praeter rectum iudicium sit, violatur & frangitur. Ideoq; equalitate sortis uti etiam necesse est ad multorum indignationem penitus deuiciendum. Quæ in re Deum bonamque fortunam precibus inuocare oportet, ut fors ad id quod est iustissimum dirigatur. Sic igitur necessarid utrisque equalitatibus uti debemus: sed in rebus admodum paucissimis, ea equalitate, cui fortuna opus est. Haec ita ob hanc causam ð amici, necesse ab ea ciuitate, quæ salutem sit consecutura, seruari.

Tres sunt magistratum species eligenda. Et Ibidem. rerum modo dictarum curatores, appellantur Vide præcedentes: qui verò sorti venditionisq; curam habere deiciunt apud Platonem.

bunt, rerum venalium curatores: sacrorum
 autem, sacerdotes. Et sacerdotia quidem, quæ
 à patribus per successionem seu viris sine mu-
 lieribus tradita sūt, nequaquā mouenda. Si ve-
 rō aut nullis aut paucis aliqua huiusmodi sunt
 quod accidere par est illis, qui in noue ciuitatis
 habitationem conueniunt, ubi hæc desunt sacer-
 dotēs tam viri quā mulieres & editui consti-
 tuendi sunt. Quæ omnia partim delectione, par-
 tim forte fieri oportet. Atque in omni regione
 ciuitateq; plebs cum illis qui extra plebē sunt,
 per amicitiam coniungenda, vt maxima sit
 in omnibus his consensio, Et quæ ad sacer-
 dotum creationem attinent, Deo committen-
 da sunt, vt quemadmodum illi placet, ita
 diuina fortuna cui tributum id sit, sortes ferat,
 In eorum autem qui sortis suffragium affecuti
 sunt, examinatione ille est comprobandus, qui
 integer sit atq; legitimus, deinde à domo quam
 maximè munda: expers quoq; cædis omniumq;
 huiusmodi, quæ aduersus diuinam rem commit-
 tuntur: cuius & pater materq; similiter vixe-
 rint, Leges autem de rebus diuinis à Delphis
 petantur, constituanturq; illarum interpretes,
 atq; his vtendum. Sacerdotium, nō diuturnius
 sit quā annuum. Nec pauciores annos quā
 sexaginta natus sit qui secundū sacras leges res
 diuinas sufficienter est tractaturus. Eademque
 de mulieribus sacris, quæ & de viris statuta
 intell-

intelligantur. Interpretes autē ter quatuor fe-
 rant tribus ipsa quatuor, ex eorū ordine ma-
 queq; tres, ac tribus probatis, qui maiori suf-
 fragio delecti sunt, reliquas nouē Delphos mit-
 tant, vt ex quaque trinitate vnus oraculo deli-
 gatur. Comprobatio ipsorum etasq; talis, qua-
 lis & sacerdotum dicta est. Hi per totam vi-
 tam interpretandi & exponendi habeant po-
 testatem.

Atque hæc quidem omnia custodes legum Platonis
 diligenter preuideant: primò quidem, ne fiant: Legib. dia-
 deinde vt facta, prout ius postulat, puniantur: logo 6.

Existimare de omnibus hominibus id quisque
 debet, quod qui nunquam seruiuit, is laude di-
 gnus esse dominus nūquam poterit, Ideoq; glo-
 riarī quem oportet magis quod bene serue-
 rit, quam quod bene fuerit dominatus: primum
 quidem legibus quibus qui seruiūt, dijs serui-
 uit: deinde senioribus qui honestè vixerunt.

Restat princeps, qui totius discipline in his Ibidem,
 quæ narrauimus tam feminarum quam ma-
 rium curam habeat, Vnum quoque hunc secun-
 dum leges principem esse volumus: non paucio-
 res natum annos quā quinquaginta qui legi-
 timos habeat filios, vtriusque sexus maximè
 si verò minus, alterius sexus omnino. Cogitatio
 debet & qui eligit & qui eligitur, hunc ma-
 gistratum omnium in ciuitate summorum ma-
 gistratum esse admodum præstātissimum. I. u.



omnibus quippe uiuentibus prima ipsa germina, si apte ceperint ad naturae suae virtutem, vim habent summam ad finem sibi debitum imponendam. Quod & in plantis euenit, & in brutis tum syluestribus tum etiam mansuetis, & in hominibus. Et hominem autem mansuetum animal esse dicimus. Porro si cum natura felicitate rectam quoque disciplinam fuerit affectus, in diuinissimum mansuetissimumque animal solet euadere: sin vero non satis aut non bene fuerit educatus, ferocissimum omnium quae in terris nascuntur, animal redditur. Quamobrem non debet legum conditor rem summopere necessariam pueritiae educatione postponere, aut obiter curare: sed operam dare in primis, si rem hanc diligenter est curaturus, ut omnium ceteris ad officia quoque optimus vir eligatur, qui quam maxime pro viribus educandis pueri praeparatur. Omnes igitur magistratus praeter senatum & questores in Apollinis templum profecti, suffragium clam legum custodibus inueant, diligentes singuli quem optime puerorum discipline existimant praesaturum: & qui suffragia superabit, a magistratibus qui delegerunt, exceptis uidelicet legum custodibus, comprobatus, quinque annis praesit. Et in sexto

Eiusdem in
dialogo 7.
de Legib.

anno alius princeps similiter statuatur. Post haec rectissimum erit, ut hymni laudumque deorum precibus mixta canantur: deinde de-

monum

monum heroumque similiter, cum laudibus praesentis idoneae. Nil prohibet. Ad haec sequitur confestim haec sine inuidia lex. Decens est eos ciues laudibus exornare qui cesserunt à vitis, si corporis vel animi viribus res arduas praerant: gesserint, & legibus libenter paucierint. Quia nisi uiuentes autē adhuc, laudibus hymnisque honorare tutum non est, priusquam vita sanctus quispiam finem uiuendi praerantur fecerit. Haec omnia uiris mulieribusque uirtute insignibus communia sint.

De decora & poena patris nullum ex filiis Eiusdem consequi debet, nisi quis ordine habuerit simul leg. 8. Patrem autemque & proauum morte damnatos.

Si quis seruus praerit ira liberum vulnerauerit, Ibidem. tradendus est illi à domino suo, ut de ipso statuatur pro arbitrio.

Si quis alium inuitus vulnerauerit, simplex Paulus post damnatum soluat. Nullus enim legislator imperare potest fortunae.

Oportet igitur omnes homines, mulieres si. In dialogo mul ac viros, adolescentes ac senes, ita de his 9. de Legibus semper existimare. Seniores non paruo interibus. nullo iunioribus praeparandum esse, & apud deos, & apud homines, qui feliciter uicturi sint. Cedi ergo senē à iuniore, & turpe est, & odio à dijs habetur. Decet autem iuuenē reuerentiam à seniore, id ob senectutis reuerentiam patienter ferre. Sic itaque sanctissimum. Quilibet



seniorem & re & verbo colat. Ac si riginti
annis maior est, quasi patrem si vir fuerit, aut
matrem si mulier reucreatur. Atque adeo
omnibus semper absteineat qui in ea etate sint
qua procreare parereque ipsum potuerit, nec
tales deos veritus.

Ibidem.

Legum verò, ut videtur, aliæ ad bonorum
hominum doctrinam ponuntur: ut per eas intel
ligant, quo pacto inter se amici versentur.
Aliæ ad compescendam illorum pertinaciam,
qui indomiti natura sunt, spreteque omni disci
plina, nulla ratione mouentur quin in omni
ruant improbitatem. Hi sequentium verborum
causa sunt: ab his legislator necessitate coactus
leges imponit. Ipse nanque nullum vellet usum
necessitatemque legum unquam fore. Qui
cumque igitur parentibus aut auis inferre manus
ausus fuerit, ne superiorum indignationem deo
rum, nec inferiorum supplicia veritus: sed
quasi sciat quæ nescit, dicta à priscis omnibus
despicies, præuaricatur: is ultimo, ut auertatur
expiciaturque; remedio indiget. Mors autem
ultimum non est, sed extrema magis sunt in
ferorum supplicia: quæ licet verissime narren
tur, auertere tamen huiusmodi animos ne
queunt. Quoniam si auerterent, nulli qui pa
rentes scelerate pulsarent, unquam reperiren
tur. Quare oportet horum flagitiorum sup
plicia in hac vita non inferiora illis quæ apud
infe-

ineros sunt, sed equalia pro viribus ponere.

Liberorum autem sufficiens numerus mas
& fœmina secundam legem. Eiusdem lib
bro. II. de
Legibus.

DE POTENTIBVS
IN CIVITATE, SER
MO XLV.

VIR enim qui pecuniæ fuerit inops, ma- Euripidis
ni que potens agere, non continebit se: sed in Theseo,
possidentium opes rapere solet. alias Aegæo

Vir potens qui fuerit audax, & dicendi pe- Eiusdẽ in:
ritus, malus fit, & sine mente eius. Bacchis.

Vbi quis malus in ciuitate ex animi sententiã Eiusdẽ in
vixit, in causa est ut melioris quoque animi egres
cant: exemplũ habentes malorum potestatem. Glauco.

Qui ciuitates obtinent, ac autoritatẽ. Aemulio
lis suis quàm insensissimi sunt. Ibidem.

Si quis blandiloquus, sed malo preditus ani- Eiusdẽ in
mo persuaserit vulgo, magnũ est ciuitati malũ. Oreste.

Illi verò qui prudẽter bona semper cõsulunt, et si
non in presentia, in posterũ tamen vtiles sunt.

Tua verò autoritas, licet malè dixerit, per- Eiusdẽ in
suadebit. Oratio enim an ab hominibus obscu- Hecuba.
ris proficiatur, an à præclaris, non parum re
fert. Potentium enim plurima habetur ratio
in ciuitate.

Oportet illum, qui ciuibus præesse vult, ora- Menædro.
tionis facultatem non inuidiosam, sed bono af
fectu temperatam habere.



- Euripidus** Sciat se stolidum esse, quicumq; hominum per-
Alcmena. turbat populum suis glorians diuitiis. Cōueni-
sanè peregrinū profus accōmodare se ciuitati.
Sed neq; ciuem probo, qui pertinacia sua ciui-
bus molestus sit propter imperitiam suam.
- Sophoclis.** Multis indiget pulchris egregisque dotibus,
qui honoratur egregiè. Paruum autem certam-
men non magna sequitur gloria.
- Euripidus** Fortunatum hominem bene sapere decet.
- Alcmena.** Qui Martius in pugnis, & in conciliis præ-
cellunt, non esse debent ingeniosi in leuibus ar-
Æolo. guntisque rebus: sed bene consultare de magnis
bonis ciuitati necessariis.
- Æschyli.** Mali homines fortunati, nō tolerabiles sunt.
- Sophoclis** Fieri haud potest, cuiuspiam ut permoneris
Antigone animum atq; mentem sine sensum, ni prius im-
peria nactus egerit ciuilia. Mibi enim quis-
quis ciuitatem gubernans, quantumlibet non opti-
ma consilia ag greditur: sed linguam metu ali-
quo inclusam habet, pessimus esse & nunc vi-
detur, & semper visus est. Et si quis maiorem
vllū præ patria sua amicū existimat, istū ego
nullius præty iudico. Ego enim tēs tor Iouē, quō
semper omnia videt, minimè tacuerim incom-
modum videns ciuibus accedere loco salutis.
- Xenophō-** Homi nibus autem vtrum licet, quo quisque
tis de fact. voluerit modo vti? Non, ait, sed apud hos etiā
& dictis quicumque sciat que legibus contineantur, qui-
Socr. lib. 4. bus oporteat mutuo conuersari, ille profecto le-
gibus

gibus erit obtemperans. Quicumque igitur lege
conueniunt, ut decet vtuntur hominibus? Et
quid nī? inquit. Qui verò ut decet vtuntur, re-
ctè vtuntur? Ita, inquit. Qui rectè hominibus
vtuntur, rectè res humanas agunt? Verisimile
istuc, inquit. Qui legibus obtemperant, non hi
& iusta faciunt? Maxime. Scis tu & que
iusta appellantur? Que, inquit, leges imperat.
Quicumque igitur ea fecerit, que leges præcepe-
rint, iusta, & que decet faciet? Quid nī?
Qui, inquit, iusta fecerint, iustine sunt? Iusti,
vt puto. Arbitrarijsue igitur quosdam obtem-
perare posse legibus, ignaros eorum que leges
precipiant? Minime. Putāsne esse aliquos, qui
cum sciant que oporteat facere, putent tamen
sibi ea non esse faciunda? Neminem, inquit.
Scis & quosdam alis facientes, quam pu-
tent oportere? Nō, inquit. Qui igitur illas, que
circa conuictum hominum leges posite sunt,
non ignorent, hi iusta facient? Istuc, inquit.
Qui verò iusta facient, iusti sunt? Quinam
ali, inquit, sint? Rectè igitur eos definiemus in-
iustos esse, qui sciunt que legibus posita sunt, cir-
ca hominum conuictum & societatem? Ita &
mibi, inquit, videtur.

Sciēs quod iusta quidem humana ratione Thucydi-
per equalem necessitate iudicantur: possibilis dis libro 5.
verò potentes faciunt, & infirmi concedunt.

Oportet prudētes magistratus, non propter Aristote.



officium aut imperium, sed virtutis causa admirationem sui parere: ut etiam inmutata fortuna, eisdem laudibus digni censeantur.

Epicleti.

Quemadmodum faces in portu sublatæ, magna flamma in paucis cremis excitata, navibus per mare errabundis multum auxilii ferunt: sic & vir splendidus in urbe periclitante, paucis ipse rebus contentus, magnus beneficiis civis afficit.

Plutarchi Viro civili administratio Reip. ex ante acta
lib. an se- vite gloria pulcherrimum sumus conciliat. Sto
nax debeat dium enim honestatis, Simonide teste, omnium
Reip. præf postremò terrâ subit. Nam non solum ambitio
se, statim & glorie studium expers est senectutis, iuxta
post iniiu. Thucydidem, sed magis quod populare & ciuile est, quale formicis etiâ & apibus ad finem usque vita perdurat. Nemo inquam verò ex apicula fucum esse factum vidit, quod illi à civilibus viris requirunt, nempe ut postquam declinare cepit aetas, domi comedentes desideant.

Ex Aristotelis diatribis.

Plurimæ seditiones in civitatibus ambitionis culpa oriuntur: de honoribus enim non quilibet, sed potentissimi quique contendunt. Demosthenes dixit omnium difficillimum esse multis placere.

Demosthenes dixit duabus viis propostis, altera ad tribunal, altera ad inferos, prudentem virum præceptaturum esse eam qua ad inferas ducit.

Te

Te verò narrauerunt permolestè ferre, quod Ex Platona publicis ciuitatis occupationibus te liberare nis epist. ad non valeas. Quod igitur dulcissimum vita ge- Archytã, nus sit res suas agere, præsertim si quis ita se que est nunc instituerit, ut tu, omnibus ferè indubitamero nonatum est. Verum hoc etiam tibi reputandum est, inter hodie nullum nostrum sibi soli natum esse: sed ortus extantes nostri partem sibi patriam vindicare, partem parentes. partem amicos. Multa insuper pro temporum diuersitate nobis accidere vitam nostram occupantium. Vocante igitur te patria ipsa ad Rempublicam gubernandam, absurdum forsitan esset non parere, præsertim cum simul accidat, ut aditus prauis hominibus relinquatur, qui nullam optimi rationem habentes profisciscuntur ad publica.

Zalencus Locrensiun legislator leges aiebat aranearum telis similes esse. Nam sicut in illas si musca aut culex incidit, retinetur: si verò vespa, aut apes, disrupta tela auolat: ita legibus pauperes desinentur, ditiores & eloquentes elabuntur.

Educari oportet in ciuitate nec ut leonem, Metrodori neque ut culicem: hic enim conculcatur, aduersus illum autem occasio queritur.

Grave est regi à deteriore. Antisthenes in Democritò interrogatus, quomodo ad Rempublicam accedendum sit: respondit, ut ad ignem: neque nimis prope, ne uraris: neque longius, ne frigeas.



Chrysiippus rogatus cur non administraret
Rem pub. dixit: Quia si quis malè rexerit, dijs
displicebit: sin bene, ciuibus.

Platonis ³ Resse putas o Nicia: profecto enim qued
Lachee. paulo ante referebat Lysimachus de suo &
Mulesia patre, quam aptissime dictu videtur
aduersus illos, & vos, & omnes quicuq; ciuilia
tractant: nã, quod querebatur Lysimachus, illi
tam filios quam cetera domestica negligant.

Eiusdẽ in
Gorgia.

Dico itaq; tibi, has duas interrogaciones ef-
se, respondeboq; ad utraq;. Affero equidem
tam rhetores quam tyrannos minimam in ci-
uitatibus obtinere potentiam: quemadmodum
paulo ante dicebam. Nihil enim, vt ita dixe-
rim, facere ex his que volunt, facere tamen
quod sibi opinãtibus optimu videatur. Nõne
hac magna potentia? Non certè, vt ait Polus.
An ego non dico? Dico equidem certè. Per
Iouem non dicis, quandoquidem magnam po-
tentiam dixisti ei qui potest, esse bonã. Id qui-
dem dico. Bonũne igitur esse ais, si quis ca se-
cerit que sibi optima videantur mente captos,
atq; id magnã dicis esse potentiam? Non certè.
Nõne igitur ostendendum tibi est, oratores
habere mentem, atq; rhetoricam non adulatio-
nem quidem esse, sed artem, quo me conuincas?
Alioquin nisi id ostendens me arguas, orato-
res & tyranni facientes quicquid sciendum
tibi videtur in ciuitate, nullũ propterea bonum
confe-

consequentur. Siquidem potentiam habere, vñ
ipse ais, est bonum facere verò quicquid videa-
tur absque mente, ipsemet consistens esse malũ.
Nõne ita? Ita certè. Quomam igitur pacto
oratores, vel tyranni magna in republica pos-
sunt nisi Socrates conuictus à Polo, illos que
volunt facere fateatur? En vir. Nego eos fa-
cere que volunt: tu verò me redargue. An nõ
paulo antè confitebaris, que sibi bona videtur,
eos facere? Et nunc rursus confiteor. An non
ergo faciunt que volunt? Non, vt arbitror. Fa-
ciunt tamen que sibi videntur? Concedo. Mo-
lestã, d Socrates, & incredibilia dicis. Ne me
accuses pulcherrime Pole, vt appellem te secun-
dum te. Verum si quid habes quod inquiras,
errorem meum redargue: sin minus, ipse re-
sponde. Sed respondere malo, vt quid dicas in-
telligam. Verum ergo tibi videntur homines
id velle quod vbiq; agunt: an potius illud cui-
us gratia agunt? veluti qui pharmaca à me-
dicis accepta bibant, vtrum tibi id videntur
ipsam velle quod faciunt, videlicet pharmacum
bibere, & asperitatem eius perferre, an sanita-
tem potius cuius gratia bibant? Manifestum
est eos fieri sanos velle, cuius gratia potionem
sumunt. Nõne & qui nauigant, aut aliud
negotium lucri causa obeunt, non id volunt
quod faciunt? quis enim nauigare, subire pe-
ricula, molestius habere relinquit sed illud volunt,



ut arbitror, cuius gratia navi-gant: diuitias
scilicet, harum enim gratia navi-gant. Ma-
ximè. An non in omnibus quoque similiter,
quisquis aliquid alicuius agit gratia, non id
vult quod agit, sed illud cuius gratia agit? Ita
videtur. An est ex omnibus aliquid quod
non aut bonum sit, aut malum, aut horum
medium, neque bonum scilicet, neque malum?
Nihil omnino. Nónne bonum quidem dicit
sapientiam, sanitatem, diuitias, aliáque ge-
neris eiusdem? Mala verò horum, contraria?
Equidem. Quæ verò neque bona sunt, neque
mala, talia quædam dicit, quæ quandoque bo-
ni, quandoque mali participia sunt, quando-
que neutri: veluti sedere, ire, currere, navi-
gare. Rursus veluti lapides, ligna, cæteraque
similia. Nónne talia quædam esse dicit, quæ
neque bona appellet, neque mala? Talia certè.
Vtrum igitur media hæc bonorum agunt gra-
tia, quoties agunt? An bona gratia mediocri-
um? Media bonorum gratia. Ergo sequentes
bonum, vadimus præstare id existimantes: &
vicissim quiescimus quandoquæque quiescimus,
ob id ipsum bonum. Nónne ita? Ita profusum.
Præterea si quos occidimus, eiusdem gratia oc-
cidimus: similiterque expellimus atque rapimus,
putantes præstare ut talia à nobis fiant. Pro-
culdubio. Quamobrem boni gratia hæc faciunt
omnia quæcumque faciunt. Assentior. An nõ
inter

inter nos conuenit, nõ quæ alicuius gratia agi-
mus, velle, sed illud cuius hæc gratia agimus?
Maximè. Itaque nõ iugulare simpliciter omni-
nòque volumus, neque expellere, neque pecunias
rapere: verùm si conducant hæc, facere volu-
mus: si noceant, nolimus. Bona enim volumus,
ut ipse ait. Quæ verò neque bona, neque mala sũt,
nõ proprie volumus, neque mala. Videorñe tibi
Pole vera loqui? an non? Quid non respondes?
Vera. Quamobrem si in his cõsentimus, si quis
quempiã interfecerit, vel urbe eiecerit, vel pri-
uauerit patrimonio, siue tyrannus ille sit, siue
orator, putans id melius sibi fore cum tamen sit
peius, ut utique faciet quæ sibi videtur, nõnne?
Certè. Nunquid etiam quæ vult siquidem hæc
sunt mala? quid non respondes? Non videtur
mihi quæ vult facere. Quamam igitur ratio-
nis vir talis magnam habet in repub. potestatem?
siquidem magna potestas bonum quiddam est,
ut ipse etiam cõfiteri. Nullo pacto. Vera ergo
dicebam fieri posse ut sit qui in ciuitate quæ sibi
videtur efficiat, neque tamen magnã poten-
tiã habeat, neque quæ velit, agat. Quæsi verò
tu non optes licentiam habere faciendi quicquid
tibi videatur in ciuitate potius quàm non ha-
bere, neque affectes talis esse quales nomulos
vides, vel interficientes, vel expolientes, vel
conuicietes in vincula quoscunque & quando-
cumque sibi videtur. Iustène dicit an iniustè?



Quomodocunque id fiat, nōne utrunque optandum? Bona verba queso ō Role. Quid ita? Quoniam non decet vel vitam minime optabilem exoptare, vel miseram, imō potius miserari. Quid verō? Itāne se habere eos de quibus loquor existimas? Quid nī? Quicumque igitur perimit quemcunque opinatur iuste necandum, infelix tibi miserabilisque videtur? Non mihi quidem, neque tamen cōditio eius optanda. An non paulo ante miserum esse dicebas? Amico dicebam, equidem, sed iniuste occidentem, eundemque insuper miserabilem. Eius verō qui iuste interficit, conditionem non esse optandam. An non qui iniuste occiditur, miserabilis est atque infelix? Minus quam vel intersector, vel is qui iuste necatur. Quid ita ō Socrates? Quoniam inferre iniuriam, malorum omnium maximum est. Quoniam pacto id maximum? Nōne peius est iniuriam pati? Minime. Ipse igitur malis ne pati iniuriam, quam inferre? Equidem neutrum vellem. At si necesse foret, aut facere iniuriam, aut pati, accipere iniuriam quam inferre malum.

DE

QVALEM OPORTEAT

ESSE PRINCIPEM

SERMO XLVI.

IUSTIS quidem, æquus & iustus: malis vero omnium maximus hostis in terra. Euripidis in Sylo.
Quisnam de causa iudicaret, aut sententiam ferret, priusquam utriusque sermonem euidenter audierit? Eiusdem in Heraclidis.

Ego enim illum, qui iniustitia infamis ad aram assidet, lege neglecta adducerem ad pōnā dandum, nihil metuens deos. Nam virum malum semper malē affici conuenit.

Amicus autem sepe donantibus aurum, non recepit ad se: neque mores seruales exhibuit pecuniis persuasus. Peccantes verō ipsos, non fortunam, oderat: nullam enim culpam habet fortuna, ut accusari debeat propter malum gubernatorem. Eiusdem in Supplicibus.

Quando præ ira populus in furorem agitur, æque ac ignis vehemens rix extingui potest. Si quis verō ipso intento paulatim relaxās sequatur, occasionem observans, forsitan interim spiritus sublimes remittit quibus remissis, facile impetrabis ab eo, quantum volueris.

Misereri oportet infortū hominum, nō improborum. Nemo malus est qui peccauerit inuitus. Sophoclis in Tyro.



- Memorabili.** Qui prius condemnauerit, quã causam luculenter audierit, is malus est, quia malè credidit.
- Charenonis.** Sapientium virorum est peccata diligenter & rectè iudicare: quod autem temerè ac negligenter fit, malum est.
- Euripidus in Age.** Misericordia digni sunt, nõ malefici, sed probi homines.
- Eiusdè in Scirose.** Malos homines castigare bonum est.
- Menandri.** Que nunc à quibusdam benignitas nominatur, vitam omnem remisit ad improbitatem: nullus enim iniuriam faciens pœnam luit.
- Pindari.** Cõtumeliosè quidpiã agere, pati quoque uenit.
- Sophoclis.** Probo. Sed scias velim, vt pro uerbo dicitur, Ex valde paruis clarus vir potest euadere.
- Mæschianus.** Tu tantum absque ira suscipe uerba, quæ tibi profero: auditorem enim nactus sermo beneuolunt, non frustra narrabitur.
- Appollodori.** Oportet auditorem & reuera prudentem iudicem, antequam narretur sermo, vitam considerare dicentis, qualisnam sit, cuius, & summum studij à puero sui quorsum direxerit: qui enim est proditor sui ipsius, & malus ætatis ac forme sue custos, talis in primis ciuitatem totam pessundat. Nec enim turpe putant huiusmodi homines repulsam pati, cum nihil nõ audiant: dudum namque pudorem omnem excuerunt apud alias fores. Ita que ag greditur omnia impudenter quilibet ipsorum, audax est uideantque, mentitur, peierat, testatur, rabulatur

agit, furatur, publicanus est, dissolutus ac ignarus: tandem uero si non ciuitatem, tribum certè suam paulatim euerit. Sic enim sensum pars una ciuitatum post aliam ab improbis hominibus euersti soles. Vide an non moritò contra inuenes hæc dicere.

Ergo maximi criminis pœnã dare, à malitia Platonis liberari est. Sic est. Facit enim modestiores iustioresque ipsa pœna, & improbitatis medicina fit.

Iudicantes eadem mente præditos esse decet, Lysia. qua legistatores ipsos.

Idem dicere oportet tum oratorè, tum legem. Aischium autem aliam uocem lex, aliam orator enudat, iustitia legis suffragari oportet, non dicitis impudentia.

Si peccandũ sit, iniuste reum absoluerè, quam iniuste perdere melius fuerit. Illud enim quidè sit. peccatum est, hoc uero impietas.

Hoc enim õ bone uir nullus uel hominũ uel deorum dicere ausit, illum qui iniuriam fecerit, in Euthyphrone.

Imperium gerens nullius malis opera ad gubernandum utitur. Illius enim peccatorũ canse in te referentur.

Impera, ubi prius didiceris parere. Regi enim cum didiceris, scies regere.

Biò dixit, oportere bonũ principè à magistratu discedentè, non ditiorè, sed clariorem euasisse.



Agathon dixit, principem oportere triam meminisse: primum quod imperet hominibus, deinde quod secundum leges, tertio quod non semper imperet.

Isai. Qui puniūt iniūstos, ij reliquis iniūriam fieri prohibent.

Plutarchi in lib. de Iside. Thebis iudicium imagines visuntur alsq; manibus: & summi iudicis oculi conuient, eo quod iustitia nec muneribus capiatur, nec hominum vultu sestetatur.

Themistij ex Metro- pathe aut Philotech- vo. Nam principatus & imperij nomen verum mihi gerere, videtur ille princeps, qui vero impugnavibilis, rationi facili captus sit, libertatem exerceat, magnanimitatem laudet, & contumaciam sibi vicinam caueat.

Eusebij. Illum qui alijs praestit & praecipit, non potestate solum regendi ac imperandi, sed dignitate prudentiaque subditis antecellere conuenit.

Eiusdem. Homines inobedientes sunt illis, qui cum iniuste viuunt, alijs praesse volunt. Obediētia autem facili ad ea, quae princeps vel ipse, vel per alium praecipit, apud subditos efficitur quoniam, qui quae ipsum facere decet diligenter exequitur, & eorum quae agere conuenit subditis sese exemplum praebet.

Eiusdem. Boni principis hoc vnum proprium est lucrare, & instar insinuatorum aliorum, omnia scire facere, ut & in ipso imperij tempore, & post id, iustitiae ac bonorum omnium a subie-

ctis testimonium habeat.

Vir princeps & priuatus quilibet intelligat, quod qualis fuerit ipsarum rerum actionumque, quas agit natura, talem quoque ex ipsis memoriam & famam, vel bonam, vel malam consecuturus sit. His consideratis, ita demum alterutram viam ingrediatur, vel eam quae perducit ad infamiam, vel quae ad memorie splendorem: & illam quae ei melior futura videbitur, anteponat.

Principatum gerens ne reminiscaris inimicitiarum, & dissensionum, si quae tibi prius cum aliquibus intercesserunt. Non enim ad regnandum promotus es, ut teipsum vlcisceris, verum ut imperio tuo subditos, etiam ab aliorum infidelis securos atque tutos custodires: & ut custos esses recti, & magne deae Iustitiae minister ac interpretis. Itaque si quid admisseris praeter eius sententiam, aut deceperis ipsam, velut in deam maximam delinquens, tum ab ipsa, tum a constitutis circa eam genis custodibus, & vltoribus pro factis vindictam expectato.

Iner inimicos iudex constitutus, ius ex amicitia, & sententiam ad eius momentum inclina. Iustitia enim & praestit ei genis digniores sunt, maiorisque haberi meretur, quam ut inimicitiae gratificeris.

Si constitutus in magis fratre, inimicitiae me-

Eiusdem.

Eiusdem.

Eiusdem.



mor fueris, in deteriorem conditionem teipsum das: & grauitate ac sanctitate, qua requiritur in principe, teipsum priuatis apud consensu tibi, quod inimicitie indulgeas, & pro sanctissimum nominibus, & pro iudice in qua ac principe causam agentium, hostis eorum turpissimum nomine appellandus sis.

Eiusdem. Morte damnandi potestatem non in eo sitam esse puto, quod quis dominus sit sententiam contra aliquem ferendi, sed in hoc quod qui potestatem habet sibi ipsi imperat. In iudicio certati, quod in eiusdem nature nobiscum homines sit, nisi maxime circumspectus fuerit iudex, si quid peccatum fuerit, non reuocare, nec emendare licet.

Eiusdem. Propter qua alios, vt mala, reprehendis, et tunc facere caue.

Eiusdem. Homines se mutuo accusant: aliqui composito falsis criminibus: alij vera incusantes. Contra, aliqui laudant, aliqui vt res est testantes, nonnulli veritate neglecta gratificantes. Optimum igitur fuerit, vt siue priuatus quispiam, siue princeps huiusmodi verbis non facile aut statim credat, nec omnino non credat: sed rebus ipsis examinatis, quid de ipsis sentiendum sit, ac veritatem ipsam scrutetur.

Eiusdem. Principatum quem geris ornes: teipsum verò non immutes. Neque enim per magistratum tibi quicquam accessit: neque eo deposito decedet.

Magistratum

Magistratum nactus non extollaris, sed idē *Eiusdem.* permanes: sic enim deposito quoque magistratum priuatus existimaberis, eo & te illustraueris.

Vir bonus qui gentis alicuius, aut ciuitatis imperium suscepit, non propter fiscium, aut dona capiendi, & a diuitibus pecuniam comparandi causa similis est homini, qui pretiosum aliquid depositum accepit: vt hic enim quod datur non retinendi, aut sibi vendicandi gratia, sumis: sed vt custodiat, & integrum reddat ei qui deposuit, quandoque repetuerit. Ita principem quoque non ob questum priuatum, sed saltem custodiamque subditorum, omnia facere oportet: sic vt ipsos, quoad efficere potest illosos & in felici statu ei qui credidit, restituat.

Quisquis intolerabilis, crudelis, & immoderatus, & iniquus, legitime non contentus, ac belluine iracundia locum dans, instarque mulierum exacerbatus, non intelligit se prater se in eiusdem nature genus contumeliosum esse. Ignorat etiam quod maximum est, & quod aduersus reos pronuntiatum scire oportebat, nempe quod mors ipsa, ab us qui primum constituerit, non seu malum aliquod fontibus impositum sit: sed tanquam extremum presidium, & loco medicamento pro illis qui malitia absolui nequeunt, vt hoc saltem modo, quoniam aliter fieri non potest, in presentia liberati malitia vinculo, ipsam effugiunt.



Pythagoræ Fac ea quæ indicaueris esse honesta, etiam si postquam feceris, inglorius futurus sis. Omnis enim honestæ rei malus iudex est vulgus: quorum igitur laudes contemptui haberes, eorum de vituperia quoque spernas.

Democriti Iniuriâ patientes pro virili defendendi sunt, & minime negligendi.

Hoc enim iustum & bonum est: contrarium verò iniustum & malum.

Damnandi, nec absoluedi sunt, qui aliquod dignis exilio, aut vinculis aliâne pœna committunt. Si quis verò temerè absoluerit, lucri aut voluptatis gratia, iniuste facit: & iniustitiam ei cordi esse necessarium est.

Democriti Iustitiæ & virtutis maximam partem habet, qui honore dignos honorat.

Eiusdem. Ne magis alios homines reuereare quàm te ipsum, neque magis delinquas, si nemo resciaturus sit, quàm si omnes homines. Sed te ipsum maxime verearis, & hanc animo tuo legem constitutas, ut nihil absurdum committat.

Eiusdem. Homines meminerunt magis malè quàm bene factorum. Sic enim fieri decet quemadmodum illum qui reddidit depositum laudari non oportet: qui verò non reddidit, is vituperari & puniri debet. Similiter de principe res habet: non enim ideo creatus est ut lederet, sed ut iuuaret.

Eiusdem. Non fieri potest, ut presens est reipubl. ratio, quin

quin principes, etiâ valde boni, iniqua faciant. Neque enim alter par est quàm male succedere, cum ea in aliorum potestate est. Oportebat autem res ita institui, ut qui nemini iniuriam facit, etiam si iniuriarum auctores valde persqueretur, non tamen in illorum potestatem veniret: sed vel aliqua lege, vel aliter is qui iustitiam colit, defenderetur.

Non tam is qui in seruitutem redigit aliquis, quàm qui negligit, cum prohibere possit, id facere existimandus est. Thucyd. lib. 1. in 2. con. cione Corin. thiorum.

Stoici virum prudentem dicunt, nemini re-
niam dare. Eiusdem enim hominis esse, veniam dare, & putare eum qui peccauit non sua culpa peccasse, cum omnes ex propria malitia peccent: propterea rectè dici, veniam non esse dandam peccantibus. Præterea bonum virum negant mitem & æquum esse: mitem enim deprecari & mitigare quàm quis meritis est pœnam: ac nihil deferre, aliquem esse mitem, aut putare lege constitutas delinquentibus pœnas nimis duras esse: item existimare legulatores indignas pœnas prescribere.

Quisnam adeo, iuxta Simonidis verba, quæ Ex Sophocleas est, qui per omnem fortunam & reuerti- tri epist. ad mationem firmiter consistat, accommodans se Hometeriâ principibus sumul & subditis, ac sibi ipsi concilians cunctos, & omnem vbiq; differentiam modo admi ad vnam recti rationem connectens? Quis item iustitiam



diuersi in oede hominum rerumq; naturae in ser-
uiens, animae statum liberum ac minime seruile
custodierit? Atq; illi sane qui rationi excolen-
dae dat operam, non est difficile vel secundum
summa praeccepta Orthiam, quod auit, modula-
tionem virtutis canere: rationes autē ad actio-
nes veras accommodaturo, omne quod in eo ge-
nere optimum, quoad eius fieri potest, ceteris
pro natura primario recipere & approbare,
praesentis institui ratio iubet.

Ibidem.

Quod attinet honores, quos in scriptis, appel-
lationibus, ac omni externo vitae apparatu &
ostentatione praestantiores principum sibi ven-
dicant, non tantum, ne sis inferior ipsis, sed et-
iam vt excellas, si fieri potest, operam dato.
Est enim ridiculum de nominibus contenden-
tem, rerum quibus imponuntur, nullam ratio-
nem habere: & falso appellati honoris studio-
sum, apparere se ipsum quidem parui admodum
facere, subditis vero magni quandoque damni
autorem esse.

Illorum operum, quae imperata detrecta-
re non licet, ipso agendi modo, & tempo-
re, aptaque persuasione apparentem mole-
stiam lenare oportet. Sunt ad quae nemo cogi
potest, Aristotele teste, ne si Tantali
quidem lapis alicui impendeat Eum enim qui
malefacere plus quam male affici cauet, om-
nia tolerare prompte oportet. Ceterum de iis
quorum

quorum executionem deprecari non licet, non
probe autem cognoscuntur ab illis qui praeceper-
unt, idoneam doctrinam adhibeto, ita mode-
rans, ne videaris imperare. Nihil enim gravior
est in potestate versantibus, quam euidentis re-
prehensio. Sic igitur apud eos verba facies tam-
quam ad monens praescientes, aut rem ipsorum
iudicio committens, aut interrogans super ijs
quae tu ipse satis nouisti. Et ambitiosos quidem
honore obsequiisque tibi concilia: illos vero qui
rationem subditorum habent, voluntatis pro-
priae commonefacito.

Interdum etiam dicendi aduocandiq; liber-
tati datus est locus, vbi nihil inde periculi sub-
ditis imminet. Id enim potius eligendum est,
quam bona fortuna aliquando, vt nominatur,
& si quid autorem ipsum pati oporteat. Cum
vero periculum aliquod subditis fuerit, tum li-
berius loquens praeter id quod intempestiua &
insuauis oratione suis tot homines prodit, tur-
pis quoque & ranae ambitionis vitio extremi
affectus apparet.

Ne respexeris ad falsas vulgi opiniones, sed
veritatis rationem omnibus praeferto. Nec ap-
parentē gloriam cura subditorum damno rursus
per: nec infamiam apparentem, quae coniuncta
sit subditorum utilitati, declines: nisi vulgarem
pharasma potius, quam optimam vitam sequi
placeat. Et honorem quidem ciuilem superioribus

Ibidem.



deferri ab inferioribus, ipsa reipub. constitutio inbet: cetera verò obsequia, vel vt ipsi aliquid assequamur, vel vtilitatis gratia subditorum prestamus. Adulationis enim est laudare multa, nò ob alium finem quàm vt placeat. Ciuilibus autem prudètia principibus ad hominum vilitatem còuersatur. Adulator quidem nemini profuturus malum opus agit: ciuilibus autem prudens principem ambitiosum laudabit, vt à malo instituto ipsum auertat. Quare laudatio ille quidem sua collaudatione laedit, ac ipse de seipso improbitatis extrema specimen exhibet. Hic verò per obsequij sui modum ad agendas res laude dignas inuitat.

Ebidem.

Imperio dignus fieri debes non reipub. statim, sed virtutis & animi erga subditos excellètia. Scias igitur te subditorum singulis prestare communi pro omnibus cura, & sollicita gubernatione pro vniuersa republica.

Quos autem prius non cognoscebas, & nihil ad te pertinere putabas amplius, quàm quibus homo communem hominum naturam illis iam princeps factus reuereri debes eus iam nunc & familiares: ac omnes tibi amicos esse videns, paterna benevolentia complecti. Homero certè non satis fuit principem simpliciter subditorum patrem appellasse: quamuis haud aliud nomen inter homines benignius inueniri posset: sed ad patris vocabulum adiunxit quoque mansuetum, simul

simul & parentibus & bonis principibus huiusmodi nomenclaturam conuenire ratus.

Curam quidem & prouidentiam subditis debitam omnibus tribuere animam inducas: illi verò quos vsu bonos esse cognoueris, morum quoque familiaritate tibi concilies. Fugienda est superbia, & còiuicta ei vitia, vt sunt arrogantia, & pertinacia: tanquam humilis viliq; anime affectus: sui enim obliuisci, propter phantasiam brevis imperij, magnà pusillanimitatè arguit. Curandum est tamè, ne dum probrosos excessus malitie vitamus, in alteram improbitatis extremitatem turpiter impingamus: leuitatem dico, & humilem animi vilitatem, malos mores pro malis prioribus commutantes. Quamobrem oportet verè imperantem, mansuetum simul & grauem erga subditos tum videri, tum esse.

Ibidem.

Nec ira in subditos vtendum est, neq; peccantibus institutum suum sine reprehensione relinquendum. Nam iracundia principem ab insanià nihil differre signum est: hoc verò leuitatem ad peccandum in subditis gignit. Præbe te ipsum simul & clementem, & malis insensum lentè quidem puniendo clementiam, malis autè indignando improbitatis odium præ te ferès: vt hoc quidem fugienda esse mala, illud autem nò nimis implacabilem ijs qui peccauerunt, esse fortunam, documento sit.



Astinendum est etiam dieteris vere imperantibus, Nam qui ridiculus gaudet, imperij maiestatem imminuet.

Quis et a consuecis purus sit princeps. Hoc enim precipitū imperitorum hominum iracundia signum est.

Admonitionum duo genera, alterum acriter obiurgans, alterum leniter curans, arguēta mihi videntur prohi principis.

Ibidem. Imperandi modum singulorum moribus decet accommodato, cum probis moderate, cum superbiis vehementius, cum audacibus acerbè, cum cautiorebus deniq; leniter agens.

Ibidem. Oportet autem à peccatis arcere per necessitatem suadele conuictam: his vero qui deliquerunt, moderatam iustitie castigationem inferre: ita ut parua quidem et vulgaria peccata dissumulantur (nec enim conducit et quelibet et omnia simpliciter punire, neq; cognoscendam negligere.) Que vero iam ingravescunt, iis cura secundum leges adhibeatur.

Ibidem. Desiderandum quidem est, animam quoad eius fieri potest, à vitiiis puram esse: interim tamen cogitabis homini congenitum esse peccare.

Quocirca qui punit homines tanquam impeccabiles, modum transgreditur recte et secundum naturam castigationis. Exhibeas autem semetipsum magistratus ornamentum: non externis et reparandis adubrationibus gloriaris.

Grati

Gratia et beneficia que iustitiam transgrediuntur, ne gratia quidem dici mihi debere videntur. Amicus autem iustitia nemo reiecerit viro, qui modo non ex quercu aut petra natus sit. Quandoquidem enim lex sepiusculè duriores peccatis pœnas irrogat, ius quod æquum dicitur, austeram legum sententiam mitigans inculpata mihi videtur vere et libere gratia occasio. Verum iudicia quidem que occupantur circa iustitie emendationem in contrariis, omnino non agnoscunt gratiarum genus: que autem circa delicta versantur, mansuetans et humanam gratiarum faciem non recusant.

Ceterum oportet verum principem non recte tantum imperare scire ac posse, sed etiam humaniter. Turpe enim fuerit pastorem oves odiosas, et pecoribus suis infensum esse: Quinetiam legitimum esse debet: sic enim demum principis dignitatem habuerit. Scientia enim rectè iudicare poterit: potestate punire: humanitate beneficia conferre: deniq; ex legibus ista omnia secundum rationem facere. Optimus autem eris princeps, qui lege diuinissima regitur, qualis futurus est qui nihil sui gratia facit, sed omnia propter subditos. Nam lex quoque non sui, sed subditorum gratia est.

Omne honoratum augetur, contemptum Iamblicus imminuitur. Et hoc signum est clarissimi.

Ibidem.

Archytæ
Pythag. ex
lib. de Lege
et iustitia.



imperij bene administrati. Promouet enim subditos ad honesta studia, & conuenientem singulis dignitatem attribuit, atq; ciuitates optimis studiis implet.

Hyperidis Incipientibus malis obstruenda sunt uicia. Cum autem semel radices egerit, & inueterata fuerit malitia, tanquam congenita agritudo, difficilis extinclu fit.

Platonis in Demodoco. Nam quo pacto quissiam aut ius recte dicere, aut homines decenter, iudicare possit, qui non utrunque aduersariorum audierit? Sermones enim, quemadmodum purpura & aurum, melius dyndicantur, si conseras inuicem. Nam quæ gratia vel dicendi tempus aduersariorum utriusq; conceditur, aut cur iudex utrosq; se similiter auditurum inrat, nisi existimasset legislator causas hoc modo iustius & melius à iudicibus posse iudicari? Tu uero mihi uideris ne uulgare quiddam istud dictum audiuisse. Quòdam illud iudicium non ante seras quam audieris amobos. Atqui hoc non ita celebraretur, nisi recte decenterq; dictum esset. Consulo itaq; tibi, dixisti, in posterum, ne tam precipitanter homines aut reprehendas, aut collaudes.

Antiphō. Non iustum est neq; factu peccantem seruari sermone neque re ipsa recte facientem, sermone perdi. Sermonis enim uitiū in lingua est, facti autem in animo.

Demossth. Iustum est misereri, non improborum hominum.

num sed eorum qui immerito infœlices sunt.

Bias damnaturus quempiam ad mortem, lachrymatu est. Et cum dixisset quidam: Quid est quod fleas, cum penes te sit condemnare hominem? respondit: quia necessarium est natura affectum, legi suffragium reddere.

Optimus ille testis est qui beneficiis non fuerit obstrictus, & sed absque beneuolentia in alios coram iudicibus loquitur.

Cum in omnibus iudiciis semper præteritam uitam cõsiderare oportet, tum in illis causis maximè, in quibus ipsa uita accusatur.

Quemadmodum suppurato satius est uiri, quam ita manere: sic etiam improbo mori, quam uiuere.

Fide dignior est pater uera loquens, quam aduersari mendaciter accusantes.

Dignius est diuitibus malis, quam egentibus succensere. His enim necessitas ipsa ueritatem quodammodo parit apud humaniter iudicantes: illi uero qui cum diuitiis mali sunt, nullam habent iustum prætextum. Ad multa sane mala paupertas etiam ingenuos adigit, propter quæ iustus esset misericordiam eos consequi, quam una perdit.

Malum iudicium omnis mali causa est. Verus princeps magna cum dignitate & bonitate præest, in significatione bonorum munerum subditis exhibet: uictus abundantis salutis omnium.

Ex episto. de amicitia, Plutarchi. Obrimi primogenij, to ueneficij accusato. Iamblichi in adhortationibus ad philosophiam. Dionysij & Demosthena. Iamblichi. Eiusdè in episto. ad Dysscolium.



modæ, & vitæ tranquillitatis autor est. Hunc enim sibi finem proponit honestus princeps, ut subditos felices efficiat. Et tum sanè præ cæteris qui ab eo gubernantur imprimis eximius est, cum illi beatam vitam agunt, qui seipso non commiserunt. Si quidem utilitas publica non separata est à priuata: quin potius in vniuersali, singulis etiam vitæ continetur, & partes in toto seruantur, tum in animalibus & ciuitatibus, tum in aliis quoque naturis.

In eadem. Inter omnia principum opera plurimi facio & admiror magnanimitatem & magnificenti-
am, & maxime cum bene merendo de hominibus, nõ exactis & auaris rationibus vitur, neq; parcunt in largitionibus, nec tanquam in lance trutinæ equalia pro equalibus commutant: sed gratias ingenuè proferunt, non tantum ex vase fundentes ipsas, ut poëtæ canunt, nec aliis huiusmodi organis inclusas: sed nudas, intactas, & sine relamentis externis cõtinuas, sibi que coherentes benigniter & beneuolè porrigunt, ut decet & gratiosum est. Huiusmodi enim gratiarum decus, merito coronam imperij appellauerim.

Ex epistola eius ad Agrippã. Imperij excellentia videtur apud vulgus hominum inuidiosa esse, ac eius præstantia ipsi odiosa fit. Si verò id quod graue austerumque est in imperio, benignitate ac humanitate temperetur, concinnum, mite, mansuetum & aduen-

aduentibus facile redditur: quale genus imperij imprimis amant subditi.

Lex perhibetur omnium esse regina. Eadem eiusdem videtur bona præcipere, contraria prohibere. Quid igitur putamus profectam ab ipsa bonã turis legumq; constitutionem esse, quali pulchritudine præstare, quantãq; excellentia & iustitia rebus omnibus antestare? Quæcunq; enim & quãtãcunq; genera & species virtutũ sunt, per illa & eiusmodi omnia, legum pulcherrimæ præcepta penetrant. Earum utilitas per totam Reip. administrationẽ, & omnes hominũ vitas extẽditur. Est igitur lex cõmune bonũ, sine quo nihil in quã boni fieri posset. Ceterũ oportet principem legibus præscilũ, sincerè purgatũ esse iuxta summam legum relictitudinem, ac neque seductione aut fraude falli per ignorantia, neque vim inferentibus concedere, nec vlla occasione iniusta allici. Nam seruatorem & custodem legum tam incorruptũ oportet esse, quam summe fieri potest in humana natura.

Cato maior pessimum dicebat esse principem, qui imperare sibi ipsi nequit.

Quoniam admodum si gubernare nauim con-
uersus, omnino prius artem gubernandi perdisceres: ita ciuitatem relicturũ, regendi disciplina sunt ad discito. Ut enim illic nauis vniuersa fidei committitur, ita hic tota Respub. gubernanda tibi est.



Si proposueris ornamenta quæpiam ciuitati consecrare, te ipsum pulcherrimo mansuetudinibus, iustitiæ, & beneficentiæ ornamento primum decores.

Beneficijs ciuitatem obstringes, non tectis in sublime structis, sed animis promotis. Præstat enim in paruis domicilijs magnos animos habitare, quam in magnis ædibus humilia mancipia latere, cui seras in suis lustris.

Non lapidum ex Eubœa & Sparta aduectorum parietes structura variogato, sed disciplinæ Græcæ ciuium & gentium Republicam animos exornato, Animis enim hominum, non lapidibus & linguis bene habitantur ciuitates.

Sicut leones nutriturus, roborarij sumptum non curares, sed animalium actiones: ita si coneris imperare ciuibus, ne tantum magnificentia edificiorum, quantum fortitudo inhabitantium tibi cure sit,

Quemadmodum bonus equorum domitor, non bonos tantum pullos alit, feroces autem famelicos relinquit, sed ambos ex æquo nutrit, magis uerò castigat alterum, & cogit similem fieri meliori: sic etiam uir prouidus, & ciuilibus facultatis peritus, bonos ciues beneficijs demereri, malos autem non continuo perdere conatur: sed de alimento quidem utriusq; prospicit, instituit uerò, & urget uehementius illi quos

ratio-

rationali & legi obstiterit.

Ut nec anser clangore, nec ouis balatu perterretur: ita neque te stolidæ multitudinis uox terrefaciat.

Ut uulgus temerè quippiam postulans ex rebus tuis, non mouet te: sic quamuis in re plebem iniuriam te aliquid orantem non reuereris.

Quod ciuitatis est, maturè pendas: & iniqua exigetur abs te, quod ad eam nõ pertinet.

Quemadmodum sol non expectat preces & incantationes, ut exoriat, sed illico fulget, ac salutatur ab omnibus: ita neque tu expectaueris plausus, strepitus & laudes, ut beneficias, sed sponte confer beneficia, & æquè ac sol amaberis.

Iudicandus est secundum scientiam, non multitudinem, quicquid rectè iudicari debet. Platonis & Lachete.

Conuenit ò bone uir, ut is qui res maximas regit, plurima sit prudentia præditus.

Equidem puto & me ac te ceterosq; omnes Eiusdè in existimare iniuriam facere quàm pati deterius Protagora esse: & pœnam non dare, quàm dare. Nullus enim punit eos qui deliquerunt, huc respiciens; huiusq; rei gratia, quia deliquerunt, nisi instar bestie citra rationem pœnam exigat. Qui uerò cum ratione castigare uult, ille non præteritè causa criminis pœnam sumit: nec enim quod factum est, infectum reddiderit: sed futurè gratia, ne denno delinquat uel hic ipse, uel



alius, qui castigari ipsum viderit.

Ibidem. Cogito enim quod cū, qui sit futurus idoneus ad examinandum animum recte aut secus venientem, tria possidere oporteat, quæ omnia in te sua sunt: scientiam dico, opinionem, ac loquendi libertatem.

Eius. leg. 2 Non infelix sed malus semper castigandus est, ut fiat melior.

**Eius. de re-
pub. dial. 3.** Quinetiam pluri facienda veritas est. Si enim recte paulo ante dicebamus, diis inutile est mendacium, hominibus autem pro medicamento est utile, quare publicis medicis concedendam, privatis autem hominibus minime attingendum. Pater. Igitur Rempublicæ administrantibus precipue, si quibus alijs, mentiri licet, vel hostium, vel civium causa ad communem civitatis utilitatem. Reliqui autem à mendacio abstinentium est. Sed aduersus huiusmodi principes priuatim mentiri, magis peccatum est, quam egrotum mentiri erga medicum, vel se exercentem erga ludimagistrum circa sui corporis vitia, vel erga nauis gubernatorem de nauis & nautis minime vera dicere, quemadmodum vel sua cuique, vel sociorum sese res habeat. Vera narra. Si quem ergo deprehenderit alium in ciuitate mentientem ex eorum genere qui artifices sunt, ratem videlicet, vel morborum medicum, vel lignarium fabriam, eum puniatis tanquam rem quãdam inferentem, ex qua ciuitatis

nitatis suæ veluti nauis submersio, & perniciis sequitur. Sic planè agendum: siquidem sermone opera peraguntur.

Sed hoc quid ais ò Socrates? An non bonos **Ibidem.** medicos habere oportet in ciuitate? Essent autem tales maxime, quicumque fuissent cum sanis plurimis, plurimisque egrotantibus conuersati. Iudices item similiter, qui varia hominum ingenia essent experti. Et valde quidem bonos dico. Sed nunquid intelligis quos tales esse arbitror? Si dixeris. Tentabo equidem. Tu tamen non similem rem sermone eodem interrogabas. Quæ ratione? Medici quidem sufficientissimi euaderent, si ab incunte etate ultra discendæ artis studium inter plurimos corpore malè affectos conuersarentur. ipsique omni morborum genere laborarent, naturaque imbecilli essent. Neque enim corpus, ut arbitror corpore curant. Impossibile nanque esset, ipsa quandoque mala vel fuisse vel esse, sed anima corpus curant. An non fieri potest, ut quæ fuerit sitque mala, bene aliquid curet? Rectè quidem. Iudex autem ò amice, ipso animo ipsi animo imperet. Nonne possibile est à pueritia animum aliquem cum malis animis conuersatum, & iniusta quæque facinora operatum, acutè denique ex seipso aliorum scelera coniectare, quemadmodum ex ipso corpore morbos? Num insontem ipsum



imperitumq; malorum morum, dum esset iuuenis existisse oportet, si bonus & honestus existens iusta sincere est iudicaturus, Quapropter modesti homines, dum iuvenes sunt, stolidi esse videntur, & qui facile ab iniustus decipi possint, tanquam qui non habeant in seipsis eadem qua habent improbi affectuum exempla malorum. Omnino certè id patiuntur. Verum enimvero non iuuenem, sed senem esse bonum oportet iudicem, qui serò quale quid iniustitia sit, didicerit: tanquam qui non propriam in animo suo eam senserit, sed alienam in alienis animis longo tempore nouerit, atque idcirco cuiusmodi sit malum discernat, scientia potius quam propria experientia iudicans. Generosissimus certè iudex huiusmodi esse videtur, Et bonus præterea, quod ipse quæreas, Qui enim bonum habet ingenium & animum, bonus est. Versutus autem ille ac male suspicans, qui multa agit iniuste, fugaxq; & sapiens habetur, quando cum sui similibus versatur, cautus callidusq; apparet, cum ad exempla qua in eo sunt, mentem dirigens sibi satis caueat. Quando verò bonis senioribusque adheret, satius, cum ultra quam decet diffidat, sanumque & sincerum morem ignoret: quippe qui exempla illius non habeat. Cum vero frequentius cum malis quam cum bonis versetur, sepius quoque sapientior quam insipient-

pientior sibi alijsq; videtur. Vera proculdubio loqueris. Non ergo talem querere oportet iudicem tanquam bonum & sapientem, sed qualem paulo ante dicebam. Præuitas enim neque se, neque virtutem cognosceret inquam. Virtus autem nature tempore addita disciplina, & seipsam simul & præuitatem intelliget. Non igitur malus, ut mea fert opinio, sed hic sapiens euadit. Mihi quoque ita videtur. Nonne igitur & medicinam qualem diximus vna cum huiusmodi iudiciaria equitate in ciuitate lege constitues, que quidem eos ciues qui natura, tum animo: tum corpore bene se habent, enutriant: eorum verò qui tales non sunt, quocumq; corpore deficient, mori: sinant: quocumq; autem malo ingenio procreati, insanabiles sunt, morte multent? Hoc fortasse & ipsis qui talia patiuntur, & ciuitati conducit.

Multa per se quidem dicta, alia videntur: Obrimi & Senero. comparata verò cum suis causis, longe alia. Demosthenis Olynthiaca 2. Tunc autem ex ipsis factis iudicio sumpto, delinquentes verò castigandi, Plutarchi Ratio exphilosophia aspidens principi, & ad imperipotentatu periculosum est, tanquam in athletico habitu denit, & salubre tantum reliquit. Vtrum multi regum & principum suuemente imperitos statuarios imitantur, qui co-



lossos putant ita demum magnos videri, si multum diuaticatos, disentos, & hiantes fecerint. Nam & illi (principes inquam) grauitate vocis, aspectus asperitate, difficultate morum, & conuersandi asperatione, magnitudinem ac seueritatem imperij exprimere se putant.

Ibidem.

Ceterum oportet, quemadmodum amussim cum planè recta & minimè peruersa fabricata est, cetera quibus admoctur & accommodatur dirigat: similiter quoque principem, ubi primum didicerit imperare sibipsum, & animi suum rectè instituerit, & mores habuerit bene cõpositos, ita demum subditos regere. Nec enim cadentis est currere, aut incompositi componere, aut parere nescij imperare.

Ibidem.

For tantorumq; bonorum & munerum, quæ dij largiuntur, nullus est fructus, aut usus relictus sine lege, iure, & principe. Ius, finis est legis: principis opus, lex: princeps autem, imago Dei cuncta administrantis.

Ibidem.

Mens stolta hominum idiotarum, humillium, & imbecillorum, impotentia quadam ad peccandum alligata, affectibus ita perturbatur, quemadmodum nonnulli in prauis somniis, ut à cupiditate sua resurgere non possit. Potestas malitiæ coniuncta, nervus ac robur affectibus addit. Et verum est, illud Dionysij dictum, qui se tua imperio fini, maxime dixit, cuius confessum, quod libèret, faceret. Ingens autem

autem periculum est, ne is mala facere delibere: qui facere potest, que voluerit. Si malitia potestatis cursum alipiscatur, celeriter affectum quemuis promouet, ex ira cadem, amore adulterium, & ex auaritia publicationem faciens, nisi rationis grauitas & pondus coereat reprimatque potestatem.

Etenim prudentiam principum mores, valde Platonis iusti, iustique & salubres sunt: indigent verò Ciuili, etiam acrimonia quidam, & acri efficaci perperinacia. Ita planè videtur.

Ad que omnia equus futurus iudex respicere debes, atque operã dare, ut has legum constitutiones ante omnia discas, & mente firmiter teneat. Nam ad faciendum eum, virum quid dicitur bonum, scripta legum præ ceteris doctrinis, se rectè se habent, maxime conferunt. Neque enim temerè miranda diuinaq; lex nominem menti proximum possidet: (vos enim mentem, vos verò legem significat.) Nam cum multi sermones de laude vituperationeq; nonnullorum partim carminibus, partim soluta oratione tum scripti circumferantur, tum quotidie in coronis seu contendenda, siue falsis assentiendo habeantur, horum omnium perspicuum examen legislatoris scripta nobis sunt. Et quasi remediũ medelanq; aduersus aliarum orationum venena, probus iudex securus semper tenebit: quibus seipsum ciuitatè inquam



emendabit, bonos confirmabit atque extollet: prauos ex ignorantia, incontinentia, timiditate, & vt summam dicam, ex iniustitia vniuersa pro viribus, si sanabiles sunt reuocabit. Nam si sanari non possunt, qui eos morte afficiunt, apud omnes laude digni iudices iudicumque principes non iniuria sepius dici posse videntur.

Eiusdē in Epist. ad Dionem. Considerato quod videaris quibusdam officiosus & affabilis esse minus quam par sit. Quare nolo te ignorare, quod obsequendo & placendo hominibus, rerum gerendarum commoditas acquiritur: austeritas verò amicorum solitudinem parit.

Xenophōtis in Oeconomico. Equidem & istud opinor magnum esse artium in Oeconomico virtutis in principe, si subditi ipsi libenter sequantur, & in periculo vna perseverent.

Platonis de regno, vel in Ciuili. Agedum & iudicium recte iudicantium facultatem contemplerur. Ita fiat. Nunquid longius parer, quam vt circa contractus omnigenos quid iustum, quid non, consideret, & ad normam legum, quas rex ipse condidit, respiciens de singulis iudicet propria virtute semper adhibita, per quam neque muneribus, nec minis, nec misericordia, nec odio, nec amore legibus transgressis mutuas accusationes dissoluas? Non aliud certe quam nunc ab te dictum, iudicis est officium.

Verum

Verum ego, o viri, sepe numero etiam alias Xenophōtē cogitavi, bonum principem nihilo differre à tuis lib. 8. bono patre. Nam & parentes filiis prouidēt, de patria vt bona his nunquam sunt defutura. Et Cyrus Cyri, staretur mihi nunc ea nobis consulere, à quibus tim ab iniuriam maximē infelicitate possumus ad vltimum restitio. que finem perseuerare.

Eiusdē in Hierone. Attamen functiones mihi videntur, alia profus in odium adducere, alia rursus cum gratia benevolentiaque peragi. Itaque docere que sunt optima, & eos qui ea pulcherrimē prestant, laudibus & honoribus afficere, hac quidem functio cum benevolentia coniuncta est. Ceterum qui secus quam oportet agit quippiā, hunc conuictus afficere, cogere mulctam dicere, punireque (nā & hac facere necessitas est) cum odio malevolentiaque coniunctū est. Censeo itaque viro principi sic agendum, vt si qui eget coactione, hunc alius puniendum tradat: ceterum cum premia reddendi sunt, his qui rem bene gesserunt, id per seipsum faciat. Quod autem hac recte habent, testatur publica consuetudo. Quoties volumus nobis miscuum certamen exhiberi, premia quidem proponit princeps. Ceterum eos congregandi negotium datur choragus, quem admodum alii iniunguntur & docendi, vimque adhibendi eis, qui minus recte se gerunt, partes delegantur. Ita fit protinus, vt in his quod gratiosum est, per principem se factū.

V



quod verò contra, per alios. Quid igitur vetat
 & alias functiones, quæ ad prohibēdos homi-
 nes pertinent, simili modo peragi? Nam res,
 omnes diuise sunt, aliæ per tribus, aliæ per clas-
 ses, aliæ per manipulos: principes autē singulis
 partibus præsident. Itaque si quis quem admo-
 dum sit in choris, ita his quoque proponat præ-
 mia, tum ob egregiam armaturâ, tum ob pul-
 chrè seruatum ordinem, tum ob equitandi peri-
 tiam, tum ob virtutem in bello præstantē, tum
 ob iustitiâ in conuētiū, verisimile est hæc quoque
 cuncta acrius exercenda si adsit cōtentio, vin-
 cendiq; studium. Ac per Iouem citius impel-
 luntur quocumque opus est, qui honoris sunt au-
 di, citiusque conferrent pecuniam, si quando pe-
 cuniam exigat occasio. Et quod est omnium
 utilissimum, id minime tamen vsitatum est, vt
 per contentionem agatur. Hæc nimirum est a-
 gricoltura, cui multum accesserit, si quis per a-
 gros ac ricos præmia constituat, his qui quàm
 optimè terram excoluerint, hisque qui ex ciuibus
 maximè in hanc rem incubuerint, is multa bo-
 na reip. præstiterit. Quandoquidem & crescēt
 reip. proventus & sobrietatis occupatos magis
 comitabitur, & operi intentis minus orietur
 scelerum. Quod si quid etiam negotiatio condu-
 cit reip. honos habitus ei, qui hanc potissimum
 exercuerit, efficiet, vt plures affluant, qui mer-
 ces importent. Iam si & illi honos habeatur,
 qui

qui reip. utilitate quampiâ, citra cuiusquam
 molestiam excogitauerit, ne hæc quidem cura
 cessaret. Atque vt sermonem in pauca conse-
 ram, si cunctis esset perspicuum, non carituum
 præmio quisquis boni quippiam inuexerit rei-
 pub. plurimos ea res excitaret ad studium in-
 ueniendi quippiam boni. Sanè cum multis
 cura est ciuitatis utilitas, fieri non potest, quin
 & plura reperiantur ingenio, & obeantur
 functione.

Siquidem fieri posset, vt quod iustum est ex
 priori oratione cognosceretur, nihil opus esset
 reos causam suam dicere, sed causa iudicta mo-
 ri. sed quia fieri potest, vt accusantes mendacia
 dicant, cōuenit vt auditis vtriusque aduersariis,
 ita demum iustitiæ suffragium feramus.

Decet nos de exilio indicantes, non temere ac
 perperam, sed iuste pieque agere: neque tumultu
 de rebus indicare, sed cum silentio iusta co-
 gnoscere.

Qui de malis pœnas non sumunt, bonos affici
 volunt iniuriis.

QVOD OPTIMUM SIT
 MONARCHIA, SER-
 MO XLVII.

NON bonum est multorum dominium, sit
 dominus vnus, Et vnus rex.

Lysia.

Eiusdem.

Pythago-
ra.Homeri
Iliad. 2.



Ibidem. Animi enim magni sunt à Ioue natriorum regum. Honos autem ex Ioue est, amari que regem sapiens Iupiter.

Euripidis. Ego enim nihil ò mater te celans dicã, syde-
in Phœnis- rum peruenirem atheris ad exortus, & infra
fil. tellurem, si hos possem efficere, vt maximam
deorum occuparem tyrannidem.

Ibidem. Si quid iniuste faciedum est, tyrannidis gra-
tia optimum fuerit delinquere: in reliquis oportet pietati studere.

Eiusdem. Tyrannis deorum quaedam vita videtur: nam
in Ar- præter immortalitatem reliqua habet omnia.
chelo. Bono viro etiã tyranno subiici pulchrum est,

Hesiodi in Ex Ioue sunt reges: sed sælix est, quæ Piceis
Thogonia. des amarint, & dulcis ei sinit ex ore vox.

Platonis in Et qui anima nescit vti, melius est vt seruus
Clistopho- vitam ducat quam liber. Est autem hoc animi
re. tanquam nauis gubernaculum tradere alteri
cuiuspiam, qui didicerit gubernandi homines
artem, quam tu ciuilem quoque sepius vocas
ò Socrates, & iudicialem, iustitiam, vt est
appellat.

Isocratis in Oligarchie quidem & democratia ciuibus
Nicole. in repub. equalitatem comparant, & hoc in
ipsarum statu egregium est, si alter præ altero
nulla in re polleat, quod ex vsu est improbit.
Monarchie vero plurimum tribuunt optimo,
deinde secundo, quod post primum est, deinde
tertio & quarto ac reliquis eadem ratione pro
meritis

meritis cuique. Atque hæc etsi non vbique ita
se habeant, intentio tamen reipub. talis est.

Atqui si hominum inspicienda sunt inge-
nia, & actiones, omnes potius approbarent
tyrannides. Quis verò recte sapiens non malit
in huiusmodi republica degere, in qua cuiusque
virtus elucescit, potius quam agere in media
plebe, & qualisnam sit, non cognosci?

Quinetiam tanto faciliorem non immeritò
isam esse iudicauerimus, quanto facilius est a-
nimum suum vnius viri instituto accomodare,
quã multis variisque opinionibus placere conari.

Qui magistratus per rices amorum subeunt,
prius sunt iterum priuati, quam reipub. negotia
cognoſcant, eorumque sibi experientiam com-
parent: qui verò semper iisdem officiis fungun-
tur, licet ingenij fuerint inferioris, experientia
tamen vsuque rerum longè ceteris preferendū
sunt. Adhæc populus multa negligit, dum
alter respicit alterum. Illi verò nihil per ne-
gligentiam delinquant, cum per ipsos omnia
fieri oportere fiant.

Item qui in paucorum aut populari versan-
tur imperio, propter contentiones priuatas rei-
pub. damnum inferunt: qui verò in monarchia
vriunt, quia non est cui inuideat, omnia quam
fieri potest optime agunt.

Præterea populus malevolentia mutuo labo-
rat, & optarent singuli vt & qui ante se rem-



publicam gesserunt, & qui in presentia gerunt, pessime civitatem gubernassent, ut eo maior in se gloria redundaret. Monarchæ autem cum per omnem vitam domini sunt rerum, perpetuam benevolentiam retinent.

Ceterum hoc maximum est, quod vulgus animum applicat ad publica tanquam aliena: monarchæ tanquam propria. Et in rebus publicis consiliarij adhibentur, illic quidem civium audacissimi, hic vero ex omnibus delecti sapientissimi. Et vulgus illos maxime colit, qui in turba oratione valent: monarchæ autem in rebus agendis, vetera doctos.

Non modo autem in vulgaribus & quotidianis rebus monarchiæ præcellunt, sed etiam militia commoditates omnes potiores habent. Est enim facultas tum ad apparatus, tum ad usum illarum, siue latentem, siue manifestum. Item ad persuadendum nonnullis, alios cogendum, alios pretio, alios aliis obsequiis alligandum, plus monarchiæ quam ceteræ respubliçæ possunt: & hæc non minus quispiam ex ipsis factis & euentu, quam verbis adductus crediderit.

Eiusdem in Nicole. Non solum considerandum est ingenium tyrannorum cur benigni aut difficiles sint: sed civium quoque mores. Multi enim hæc tenent propter malitiam subditorum, asperiores se dare quam pro ingenio suo coacti sunt.

Imperare

Imperare natura proprium est præstantiori. Democrati.

Cum Lydis Cræsus imperaret, fratrem in Ex Sericonsortium imperij assumpsit. Tum quidam ni apomne- ex Lydis accedens, dixit: Omnium in terra monachonorum o rex, autor est sol, neque quicquam tibus. exteret in terra sole non illustrante. At si gemini soles forent, periculum immineret ne omnia conflagrantia pessum irent. Ita & regem unum quidem accipiunt Lydi, & servatorem esse credunt: duos vero simul tolerare non possent.

Quoniam regis vel solus aspectus satis est: Crispini cõtra Dionysium. est tantum fuerit intuitus, explorata est veritas.

Homines in terra tanquam exilio sunt, & essentia puriori multum inferiores, plurima terra gravantur adeo ut à parente sua egre extollantur, nisi quis divinius status miserum hoc animal meliori parti coniungat, sacrum genitoris aspectum monstrans, qui à nemine conspici potest. In terra quidem & apud nos optimum sanè ingenium præ ceteris animantibus homini datum est, divinius autem inter homines rex est, ut qui multum supra communem naturam emineat: corpore reliquis non dissimilis, ut pote natus ex eadem materia: sed ab optimo artifice factus, qui fabricavit ipsum,

archetypo ex sese sumpto. Utinam fieri posset, ut humana natura nulla persuasione egeret. Reliquia enim terrestris malitia, quæ animal efficiunt mortale, causa sunt, ut sine ipsa degerere nequeat: si quis verò animo fuerit præ aliis diuinior, ille nulla in re persuasione opus habebit.

Platonis
in epist. ad
Familia-
res Dionis.

Ego igitur personam mihi arbitri assumens, quemadmodum iamdiu consueci, utrisque, & ei qui tyrannidem gerit, & qui patitur, consulam. Et in primis cuius tyranno consuluerim, ut nomen istud remque ipsam declinet: ac in regnum, si fieri potest, conuertat. Potest autem fieri, sicuti re ipsa ostendit sapiens bonusque vir Lyncurgus, qui cum videret genus proprium in Argo & Messena ex regno in tyrannidem esse translatum, & virosque tum seipso tum ciuitates suas perdere, metuens ciuitati suæ & generi, remedium salubre imperio regio adhibuit senatum, & Ephorum principatum in regni salutem. Itaque per tot iam secula durat cum insigni gloria: quandoquidem dominus & rex effecta est hominum, non autem homines tyranni legum.

Herodoti
libro 3.

Ostanes hortabatur rem Persicam in medium constitui. Mihi verò quæ Megabyzus dixit, quatenus ad statum popularem pertinent, recte dicta videntur: quatenus ad statum paucorum, non recte. Propositis enim tribus

statibus,

statibus, et his omnibus optimis, ut optime imperet populus, optime pauci, optime vnus, inter hæc multum antecellere vnus imperium sentio. Nam vnus viri, qui optimus sit, imperio, nihil melius esse constat. Qui enim huiusmodi fuerit ingenio, plebem poterit sine omni reprehensione moderare: ut taceam, sic præcipue consilia in aduersarios trahi solere. Porro in statu paucorum, cum plures virtuti incumbant, vehementia priuatim odia excitari consueverunt. Cum enim quisque princeps esse optet, & in dicenda sententia vincere, ad ingentia inter se odia euadunt: ex quibus seditiones existunt, & seditionibus cades, & ceditibus ad vnus imperium deuenitur. Vnde intelligi datur, quanto sit hoc illo præstantius. Iam verò plebe imperante, abesse non potest quin malitia exoritur: exorta malitia in repub. inter malos non odia fiunt, sed amicitie valide. Qui enim aduersus rempub. facinorosi sunt, mutuo se occultant: idque tandiu fit, dum aliquis populo præpositus, tales homines compescat: is videlicet, quem populus inter cæteros admiretur. Hic cum admirationi est, tunc verè monarchus ostenditur, declarans in hoc monarchum esse omnium præstantissimum. Atque ut in summa omnia colligam, vnde nobis libertas extitit, & à quo data? à populone an ab oligarchia, an à monarcho? Ego sentio,



cum satis per unum virum liberati, vos debere talem rem completi, cum dictam ob causam, tum ne patrias leges bene conditas dissolvatis: tum nequaquam satis est.

Platonis
ex Politi-
co.

Nulla vero ars alia de hoc contendit, quasi sit totius humanae communionis curatio maior mitiorque quam regia. Recte loqueris. Post haec nunquid advertimus Socrates, quam graviter circa finem deliquimus? Vbi delictum dicit? In hoc inquam, quod etsi artem quamvis bipedis gregis nutricem esse putavimus, non tamen illico regiam illam atque civilem, tamquam absolutam, appellare debuimus. Cur non? Primum quidem oportebat quod dicebamus nomen ad curam magis, quam ad nutritionem accommodare: postea curam dividere. Nam divisiones insuper non parvas suscipit. Quas? In divinum pastorem, & humanum curatorem. Scite. Curationem item humanam in duo. Quae? In eam que inuitis, & eam que volentibus imperat. Quid ergo? In hoc sane peccantes ineptius quam decebat regem tyrannumque in idem conduximus, cum & ipsi inter se dissimillimi sint, & gubernandi modus longe diversus. Vtra refert.

ADMO-

ADMONITIONES DE REGNO. SERMO XLVIII.

NEC omne populo imperium committas Euprid. ha
nec affligas ipsum, nimis tribuens di- Plistheno.
uitiis. Nec virum populo fidem unquam cu-
cias, neque promissas plus quam tempus postu-
lat: haud enim tutum est, ne tibi exipsis fiat in-
signis tyrannus. Ad haec prohibe illum qui
praeter ius honoratur. Pravi enim feliciter age-
tes, morbus sunt reipublicae.

Atqui non decet regē, ut mihi videtur, neq; Eiusdem.
virum bonum contendere cum improbis. Istud
enim honori est deterioribus.

Tranquillus autem, & amicis tutus amicus, Eiusdē in
& reip. optimus est. Ne mihi periclitationes Antiope.
laudetis, Nam ego neq; nautam amo nimis au-
dacem, neq; continentis praesidem.

Oportet tyrannum populo placere. Eiusdē in
Sapientes evadunt tyranni conversatione sa- Antigona
pientum. Eiusdem.

Quod in posterum princeps futurus es hu- Sophoc. in
ius regionis, ut nunc es, praestat eam cum viris Oedipo.
regere, quam vacuum. Nihil enim est neq; tur-
ris, neq; navis deserta, hominibus non incolen-
tibus civitatem.

Egregium quiddam rex est, qui fortitudine Memandri
praecellit, & iura hominum iudicio suo con-
servat.



Ho. II. 2. Non oportet noctem integram dormire consiliarium virum, cui commissi populi, & tantæ res curæ sunt.

Eiusdem. Consilium primò constituit animosorum senum, instar clementis patris erat erga populos, quibus imperabat, nullum afficiens illicito malo, nec aliquid dicens in multitudine, vt decet diuinos reges.

Hesiodi in Theogonia Propterea enim reges prudentes existunt, quoniam aliis in concione aut iudicio inique lasis ius suum restituant leniter benignis adhortantes verbis.

Theocriti. Cetera vir liberalis, & solus optimus, gratus, Musarum studiosus, amabilis, summe suavis, agnoscens amantem, & magis non amantem, multis multa largiens, petentibus nihil recusans, vt decet regem. Non semper autem petendum est,

Hesiodi in Theogonia Calliope forma præcellit omnis: hæc & reges venerandos comitatur, quemcumq; honorarint à Ioue nutritorum regum, in huius linguam suauem effundunt cantum, huius ex ore verba fiunt blanda: populus verò omnis in ipsum intuetur ira diiudicantem reclusi iudicis. Ipse autem cautè differens, statim vel magnam litem prudenter dissoluit,

Democriti Metus adulationem parit, sed beneuolentiæ expertus est.

Non

Non multum temporis durant, qui ad subditos pro iis que faciunt, Non conuenit mihi, dicere solent: sed, Licet mihi.

Noli imperare que fieri decet, hominibus cõsuis tibi facienti que fieri dedit.

Conandum est principi, vt verendus potius subditis sit, quàm metuendus. Illum enim grauitas sequitur, hunc inhumanitas.

Anaxilaus Rhegi tyranus interrogatus, quid in tyrannide felicissimum esset, respondit: nunquam beneficia conferendo vinci.

Xenophon Socraticus philosophus dixit honestius esse regi beneficiorum quàm trophæorum multitudinem relinquere.

Nam vbi sapientia opus est, ibi vis nihil proficit.

Magis cupere debes vt conuersantes tibi te vereantur quàm metuant. Reuerentiam enim admiratio, timorem odium comitatur.

Philippus rex aiebat oportere meminisse regem, quòd homo existens potestatem adeptus sit diuinam: vt res honestas & diuinas instituat, sermone autem humano vtatur.

Quisquis artes quas memorauimus cunctas cõsiderauerit, cogitare debet carè nullà esse ciuilem quam querimus disciplinam: quippe cum regie maiestatis officium sit, non vt ipsa quidè agat, sed vt agere valentibus imperet, cognoscatq; imperium & vim rerum illarum, qua in ciuitate

Musonij.

Eiusdem.

Eiusdem.

Herodoti.

Pythagoræ

Platon. idè

Politico.



plurimum pollent, oportunitatis & importunitatis præcipue: ceteras vero facultates iussa capessere & mandata transigere. Optime.

Theobuli. Declina invidiam vulgi, & insidias odio te prosequentium cave.

Philonis. Simul cum potentia mansuetudinem serua: ut non timendus, sed reuerentia dignus videaris illis, qui in te inciderint.

Isai. Oportet leges quidem acriter statui: mitius autem, quam ipsa iubent, pœnas sumere.

Socrates inquebat optimum esse regem, qui suis affectibus moderari posset.

Demetrius Phalerens Ptoleum regem hortabatur, ut libros de regno scriptos emeret ac legeret. Nam de quibus amici reges admonere non audent, ea in libris esse scripta.

Isocr. cuius etiam sequentia sunt resque ad Iulium Iarchum.

Amicos tibi compara, non omnes qui id cupiunt, sed eos qui ingenio tuo digni sunt: neque quibus cum iucundissime viuas, sed cum quibus optime civitatem administras.

Tales homines in rebus præfice quas tu met non perages, seu ipse præstiturus culpam eorum que illi deliquerint.

Fideles existima, non qui dicta factaque tua omnia laudibus vehunt, sed qui errores tuos reprehenderit.

Viris prudentibus loquendi libertatem concede, ut de quibus dubitaueris habeas qui tecum consulant.

Discerne fraudulentos adultores ab iis qui per benevolentiam te colunt, ne mali bonis præferantur.

Ausculata sermonibus alterius de altero, conareque simul dicentes experiri qualenam & qui sint, ac de quibus dicant.

Eisdem pœnis afficito falsò calumniantes, quibus ipsos delinquentes.

Non minus tui ipsius atque aliorum dominoris: idque regi maximum esse decus puta, si nullò voluptatum inferuias, sed concupiscentiis imperes magis quam civibus.

Verissimos esse honores existima, non qui in propatulo cum timore fiunt: sed quando subditò apud se soli mentem tuam potius quam fortunam secum admirantur.

Ne aliis quidem sobriè viuendum, regi autem inordinate putaueris. Verum tuam ipsius modestiam ceteris exemplar constitue, cognoscens vniuersæ civitatis mores principum moribus similes evadere.

Plus tibi curæ sit ut honestam famam, quam diuitias ingentes liberis relinquant. Nam hæ mortales sunt, illa verò immortalis. Et per famam comparari possunt opes, nunquam verò pecuniis fama redimitur. Item diuitiæ etiam improbis accedunt: at fama gloria non potest nisi solis eximiiis viris contingere.

Optimum quidem fuerit, summam occasionem



assequi: quoniam verò facile percipi nequit, ultra potius quam citra consistere velis, Qui prope mediocritates plus momenti habent, cum aliquid adhuc eis deest, quam cum excedunt.

Si quid exquisitè novisse cupias, quod scire ad regem pertineat, experientia & philosophia rei notionem agere debet. Hæc enim vias tibi demonstrabit: exercitatio autem operibus acquisita, efficiet ut melius & aptius res ipsas tractes.

Expende quæ sunt & obveniunt tibi plebeiis hominibus, tum tyranni. Etenim si præteritoria memineris, & de futuris rectius consultabis.

Plutarc. ix episto. de amicitia.
Ibidem.
Itaque mansuetudine potius & beneficentia quam timore elicienda est benevolentia.

Oportet igitur benignitatem prudentia iuncta habere ad communem utilitatem.

Agrippinus imperans conabatur eis quod damnabat persuadere, quod ipsis expediret damnari. Non enim tanquam inimicus ipsis aiebat, nec ut latro, sententiam contra eos sero, sed veluti tutor & curator ipsorum: quemadmodum & medicus hominem secundum consolat, & seipsum exhibere persuadet.

Cotis Thracum rex acriter in subditos amaduvertebat. Cum igitur amicorum quidam ad ipsum dixisset: Hoc furor est, non regnum: respondit, At mens hic furor subditos temperantes efficit.

Longè

Longè facilius enim fuerit quæ quis habet servare, quam omnia denudè acquirere.

Demosith. Olinth. 2. Septē sap. ex Symptomocratiam ex monarchia civibus constituerit. sio Plutar.

I. Mihi quidem, Solon inquit abas, maxime celebris futurus videtur rex aut tyrannus, si democratiam ex monarchia civibus constituerit.

II. Secundus Bias dixit: si primus utatur patriæ legibus.

III. Post istos Thales pronunciauit. Principis felicitatem existimare se, si vitam obiret postquam consenuisset iuxta naturam.

IV. Quartus Anacharsis: si nō solus prudens sit.

V. Cleobulus autem: si nemini conversantium sibi crediderit.

VI. Sextus Pittacus: si princeps effecerit, ut subditi metuant, non ipsum, sed pro ipso.

VII. Postremus Chilon dixit: optimum esse regem, qui non solum operam det ut metuatur,

sed & humaniter temp. gubernet.

Adeo pie verò & humaniter temp. gubernet, ut advenientes non tam ipsum Euagoram imperij causa beatum existimaret, quam subditos qui talis imperio viri parerent.

Ac tatem enim omnem peregit, ita ut neminem lederet, bonos autem honoraret: omnibus quidem diligenter imperas, legitime verò malos punies.

Nullis consiliarius egens, deliberans tamen cum amicis.

In multis concedens amicis & familiaribus suis: inimicos autem per omnia superans.

Demosith. Olinth. 2. Septē sap. ex Symptomocratiam ex monarchia civibus constituerit. sio Plutar.

Isocratis in Euagora.



Grauis, nō vultus cōtractione, sed institutio-
ne vitæ, nulla profus in re inordinatē, immoder-
atē se gerens: sed æquē promissiones quasli-
bet verborum, ac iusurandum conseruans.

Amicos beneficis sibi obstringens, alios ve-
rō magnanimitate sua capiens.

Glorians non rebus fortuna, sed illis quæ ab
ipso proficiuntur.

Terribilis non quod indignetur multis, sed
quia præ cæteris plurimum excelebat.

Voluptatum dominus, non seruus earum.

Paucis laboribus multum tranquillitatis cō-
parans: non autem propter paululum torporis
magnos labores intermittens.

In summa, nihil negligens eorum quæ præsen-
tia sua regem ornāt. Verum è qualibet politica
optima quæque diligens: popularis, demerendo
vulgus: cœciliis, administratione reipub. impera-
torius, bene consulendo in periculis: deniq; tyrā-
nicus, omnes iam enumeratos vincendo.

Eiusdē in- Nihil iratus feceris, sed aliis videare tantum
Nicole. cum oportum erit. Metuendus appareas, dum
omnia quæ sunt explorata habes: benignus au-
tem es, delictorum pœnas minuendo.

Plat. ex e- Etenim tā libertas quā seruitus, vbi modū
pist. ad Fa- excesserint, perquā male sunt: mediocres: verō
mil. Dionis profus bonæ. Est verō seruitus mediocris, quæ
Deo seruit: inmoderata, quæ hominibus. Deus
autē iuris tēperantibus lex est: stultis, volupt.

Et

Et eius oratio memoria prodita est, cum dice-
ret similia esse opera boni pastoris, & boni re-
gis. Nam & pastorem decere id præstare, vt pe-
cora habeant feliciter: & iis vti, si qua modo
pecudum est felicitas: & regem identidē decer-
ere vbes atq; homines felices facere, & iis vti.

Rex ille fuerit, qui iustissimus est: iustissimus Diotog. vj
autem, qui maxime legitimus. Nam citra iusti-
tiam nullus rex esse poterit: neq; iustitia citra de-
legem. Iustum enim per legem iustum est, Lex
autē afficiens est causa iusti, Porro rex aut est
lex visa, aut legitimus princeps, ideoq; iustissi-
mus & maxime legitimus. Sunt autem officia
regis tria, imperare, iudicare, deos colere. Impe-
rare recte poterit, si bellum gerere viæ sciat. Iu-
dicandi & audiendi subditos omnes peritus erit,
si iuris & legis naturam, vt par est, didicerit.

Deorum cultui pio sanctoque idoneus erit, si
naturam & virtutem Dei secū estimauerit.
Iccirco in rege perfecto, vt bonus sit imperator,
iudex, & sacerdos, requiritur. Hæc nanq; vir-
tutem & maiestatem regiam comitantur, &
ornant. Gubernatoris enim opus est, seruare na-
tūm, aurigæ currum, medici egrotantes: regis
autē & imperatoris, in bello periclitantes. Cui-
cunq; enim rei aliquis proficitur, eiusdem tutor
& artifex est. * Atqui iudicare, & ius suū
singulis distribuere, proprium opus est regis,
qui cœu Deus in mundo, dux atque præses est.



Comuniter equidem conuenit vniuersam remp. ad vnum magistratum & imperium connecti: nec minus vniuersamq; sigillatim, vt etiam particularia eidem harmonie & imperio apte respondeant. Præterea regis est, bene afficere ac demereri subditos, idq; non præter iustitiam & legem. Tertium vero, cultus diuinus inquam, omnino regie dignitatis est. Quippe decet vt optimum ab optimo, summum à summo colatur. Siquidem inter præstantissima nature, Deus excellit, terrenis autem & hominibus rex antecellit. Nempe vt Deus ad mundum, ita se rex ad ciuitatem habet: & vt ciuitas ad mundum, ita rex ad Deum. Ciuitas enim ex multis diuersisq; concinnata, mundi structuram & harmoniam imitatur: rex autem imperium gerens nulli obnoxium, & lex vna existens, Dei figuram inter homines representat.

Ibidem.

Proinde oportet regem à voluptate non vinci, sed eius victorem esse. Nec similem vulgo, sed longe alium & præstantiorem: neque voluptatem, sed potius fortitudinē officij sui excitare. Simul etiam officij sui exerce illum qui aliis imperare voluerit, primum affectiones proprias regere. Porro studium plura possidendi hanc rationem habet. Oportet enim opes possidere, vt amicos beneficijs obstringere, ac indigentibus suppeditare liceat, & inimicos iure vlcisci. Nam secundæ fortune

fructus

fructus virtuti conuictus, suauissimus est. Eadem ratio habetur circa excellentiam veris, Conuenit enim, vt aliis semper virtute præeat, & secundum ipsam imperio dignus æstimetur, non secundum opes, aut potentiam, aut vim armorum. Nam ista etiam vulgaribus hominum, brutis, animantium, & tyrannis communia sunt: illud verò solis bonis viris peculiare est. Itaque rex, qui circa voluptates temperans, liberalis circa pecunias, prudensque & grauis in imperio fuerit, ille reuera rex erit. Ceterum & plebs eandem rationem habet circa vitia & virtutes, quam vnus hominis anime partes. Studium enim plus habendi, in principe anime parte contingit: nam cupiditas est rationalis. Ambitio autem, & immanitas, partem animosam afficiunt: quippe ista pars anime feruorem ac robur habet. Iniustitia verò cum summum sit vitium, idque compositum, totam animam infestat. Quæ circa instar Lyre Republicæ bene gubernandam concinnare debet rex, vbi prius in seipso iustissimum terminum, & legis ordinem constituerit: sciens quod populi concinnitas, cuius imperium Deus ei commisit, ad ipsum accommodanda sit. Ceterum in concionibus oportet bonum regem dispositiones ac habitus decentes constitutere, ciuilitate seipsum ac negotiose gerendo: ita vt neque asper videatur

plebi neque contemptu dignus, sed suavis & facilis. Consequetur autem hæc, si primum quidem fuerit verendus tam aspectu, tum auditu, & dignum se gesserit imperio: deinde benignus colloquio, vultu, & conferendus beneficis. Tertio grauis & metuendus, dum odio prosequitur improbos, & in eos animaduertit, & omnia cito peragit: ac ut rem in pauca conferam, omnino peritiam vsuque optime perspectum habeat regnandi. Reuerentia enim diuinitatem præ se ferens, potest ipsum in admirationem honoremque apud vulgus promouere: benignitas charum & amabilem reddit: grauitas autem terribilem ac inuictum hostibus: magnanimum verò & fiducia plenum erga amicos efficiet. Oportet autem omnia circa ipsum veneranda maxime videri, nec vllum humile seu vulgare studium eius, sed quod agit admirabile esse, ita ut regnum & sceptrum decet. Certet igitur non cum se minoribus, aut equalibus, sed maioribus: & in ipsa magnitudine imperij, maximas voluptates existimet, quæ honesta & inmorabilia facinora, non quæ delicias committantur. Seiungat verò se ab humanis affectibus, & propius ad deos accedat, non superbia, sed animi virtutibus; inuicta magnitudine motus. Quamobrem talis procurationis ac imperij dignitatem conciliet sibi intuitu, rati-

tiocinando, cogitando, moribus ingenij, actionibus, denique motu gestuque corporis: ita ut qui eius virtutes respiciunt, reuerentia: & temperantia, habituque decoro mirifice affecti, ipsum imitentur. Non minus enim quam tibia & concentus, boni regis intuitus animos subditorum ad se conuertere debet. Sed de reuerentia satis: nunc admonendus est rex de benignitate. Benignus enim futurus est quinis rex, in vniuersum quidem, si iustus, equus, facilisque; ad ignoscendum sit. Est namque iustitia: communitio continens & in vnum colligens: & solus hic animi habitus proximos se accommodat. Eadem certe ratio est rhythmus ad motum, & harmonie ad vocem, quæ iustitie ad communionem. Nam commune bonum est tum imperantium, tum subditorum: siquidem conciliat ciuilem communionem. Cæterum equitas, & promptitudo ad ignoscendum, comites quadam sunt iustitie. Illa præscriptam pœnæ duritatem emollit: hæc delinquentibus aliquatenus veniam indulget. Ad hæc oportet bonum regem in necessitate libenter succurrere, gratumque esse, Succurrendum quidem non vno modo, sed quomodocumque fieri poterit. Gratia verò referenda, non habito respectu ad pretij magnitudinem, sed ad ingenium ac voluntatem conferentis, Ad hæc ut nemini molestum esse conueniat,



ita minime inferioribus, & vilioris fortune hominibus, Tales enim quemadmodum agri corporibus nihil graue possunt tolerare. Habent verò etiam dij affectiones huiusmodi, & maximè supremus omnium Iupiter, Nam & ille augustus ac reuerendus est propter excellentiam & magnitudinem virtutis. Benignus est, vt qui beneficia conferat, & bona distribuat, vnde ab Ionico illo poeta rectè pater appellatur hominum deumque. Grauis ac metuetus quoniam punit iniustos. & regnat imperatq; omnibus: fulmen etiam manu gestat terroris symbolum: propter hæc omnia meminisse oportet quod regnum diuina quedam res sit.

Sthenida
Locri Pythagorici,
ex lib. de
Regno.

Oportet regem sapientem esse. Sic enim reuerendus erit, ac emulatur summi Dei: qui natura primus est rex & princeps: ille verò, creatione & imitatione. Deus quidem in omnibus & in vniuerso: ille in terra solum. Deus omnia semper gubernat & viuunt, ipsius in se possidens sapientiam: ille vero per aliquid tempus scientiam habet. Imitabitur autem Deum quàm optime, si magnanimitè, sapienter, & paucorum indignum se se præstiterit, patrum animam in subditos gerens. Hanc enim ob causam precipue Deus existimatur primus esse parens deorum ac hominum, quoniam omnibus subiectis sibi benignum se præbet, nec vquam cessat gubernatione

tione sua neglecta. Nec satis putauit se creatorem tantum rerum omnium esse, quin etiam nutritor, præceptorque bonorum omnium, ac legislator omnibus ex æquo est: talis & ille debet esse, qui in terra & inter homines rex futurus est. Nihil verò citra regnum imperiumq; laudandum est. Sine sapientia verò & scientia, nec rex, neque princeps vllus esse potest. Itaq; Dei imitator & minister legitimus erit vir sapiens & rex.

Quod vniuscuiusq; animalis natura ad munus Ecphantæ dum & eius partes accommodata sit, multis Pythagorici mihi videtur argumentis constare. Sic enim ci, ex lib. de consentiens connexaque singulari natura, optime Regno. man simul & necessariam sequitur seriem, quæ ex motu vniuersi cõstituta, vt communem rerum omnium ornatum, ita singulari quoque durationem conseruat. Quare mundus etiam appellatur, & perfectissimum est animalium in partibus verò eius, quæ multæ sunt, & diuersæ natura, id animal primas tenet, quod plus diuinitatis continet. Quare inter cælestia quidem, quæ immortalis Dei natura participant, & primario maximeque ipsi sequuntur, planetæ stellæ saluantur. In regione verò infra lunam, vbi corporum motus est reclusus, demonis natura versatur. Ceteri in terra & apud nos, optimus quidem natura est homo, diuinissimus autem rex, & meliori conditione inter



ceteros affluens, similis quidem corpore reliquis, utpote ex eadem materia natus, ab optimo autem artifice productus, qui fabricavit eum, archetypum imitatus seipsum. Quocirca rex vnicum & excellens quoddam opus est, imò imago superni illius regis, creatori suo semper familiaris, à subditis verò in regno tanquam lumine cõspicua. Examinatur enim & probatur dignitas regia, nõ secus quàm animum princeps aquila, obuersis soli oculus. Eadem est ratio de regno, ut quod diuinum sit, & propter nimiam claritatem oculis obtundat omnibus præterquã legitimis. Etenim multi splendores oculis obuersantes atq; vertigines arguunt spirituos, qui ascenderunt tanquam in altitudinem insolitam. Illis verò, qui ut par est propter naturæ similitudinem regni cacumen adiuerunt, habitari potest, & vsum sui commodum præbere. Est igitur regnum res sincera, incorrupta & propter excellentiam diuinissima, ac homini difficilis accessu. Oportet autem & illum qui suscepit regnum, purissimum & lucidissimum natura esse, ne quod clarissimum eius est, obscuret suis maculis: quemadmodum nonnulli sanctissima loca inquinauerunt, & execrabiles quidam eos quibus obuiam facti sunt. Rex igitur naturam habeat minimè pollutam, & quanto reliquis diuinior sit agnoscat, ac cetera, quibus decenter instructus, tum seipso,

seipso, tum subditis optimè uti poterit. Ceteri quidem homines à vitijs suis sanctissimè purgantur, si principibus suis similes euadant siue legem principem siue regem habuerint. Principes verò qui non habent quod natura sua præstantius imitètur, illi non longius abire debent sed statim a Deo utilitatè petere, Nam neq; mundum aliquis quæsiuerit, in ipso agens, & pars eius existens: neq; is qui alijs imperat illum ignorare debet à quo ipse regitur. Maximam autem hoc ornamentum est, quòd nihil non gubernatum inueniatur. Oportet principem etiam moribus imperium docere. Sic enim statim imperij pulchritudo elucescit. Qui Dei virtutem imitatur, & ei charus est quem amatus fuerit, & amplius subditis. Nulli enim Deo chari homines odio prosequuntur. Nam neq; sidera, nec vniuersus mundus Deum odit: nam si ducem suum odissent, nõ utique ei parerent. Sed quòd bene imperat, id in causa est, ut subiecta bene regantur, & pareant. Equidem existimo terrenum regem nullius virtutis expertem esse debere, quia cælestis ille præditus est. Sed ut ipse res est peregrina, & admiratione digna, utpote cælitus ad homines profecta: ita nimirum & virtutes ipsius Dei opera existimande sunt, & diuino beneficio eis accessisse. Quòd si rem à principio consideres, verum esse quòd dico intelliges. Per communionem enim



omnium primam & maximè necessariam hominum genera terrestris rex conciliat: similiter facit ille qui cuncta in universo gubernat. Nihil etenim, si tollas amicitiam & communionem, consistere potest: quod etiam in ciuitatibus ita se habet, si familiarem societatem abstuleris, etsi multo inferior sit quam diuina natura & regia: quæ nihil huiusmodi sibi desiderat, utpote perfectæ virtute: sed alijs indigentibus suppeditant, & cõmuni utilitati consulunt. Amicitia autem ciuitatis communem mutuo finem spectans, ipsius vniversi concordiam imitatur. Porro citra constitutionem magistratuum nulla ciuitas habitari possit: requiritur autem ad illam constitutionem leges, ciuilis gubernatio, subditiq; & presæcti si per se conseruanda sit. Hæc sequitur commune bonum, concinnus quidam status, & multitudinis consensus cum persuasione cõcordi. Ille qui imperat iuxta virtutem, nominatur rex, atq; est, eadem amicitia consensuq; subditis coniunctus, quæ Deus mundo & in ipso contentus iungitur. Ceterum oportet omnem beneuolentiam institui, primum à rege in subditos, deinde reciproca subditis erga regem: qualis nimirum patris existit erga filium, pastoris erga gregem, & legis aduersus reutes ipsa.

Vna eademq; virtus tum ceteris imperat, tum vitæ propriæ moderatur. Nullus autè ad
vitam

vitam sibi propter inopiam alterius ministerium accersat, quod ipse sibi secundum naturam satis ministrare potest. Quamuis enim omnium sit cõmunio, nihilominus quisq; per se suis contentus viuet. Videtur etenim is qui rebus suis contentus est, nullo alio ad vitam transigendam opus habiturus. Quod si vitam actiuam degere oporteat, liquet quod etiamsi alia quæpiam ei accesserint, nihilominus tamen status suo contentus manebit. Nam & amicos habebit suæ virtutis gratia, quibus cum agēs non alia virtute eis vietur, quàm illa qua reliquam suam instituit vitæ. Necesse est enim ut cetera omnia hæc virtutem sequantur, cum nihil ipsa præstatius ei adiungi possit. Deus sanè citra famulorum & ministrorū operam, nec imperans cuiquam, neque coronans aut præconis voce celebrās obediētes, aut ignominia notans immorigeros, ipse solus tantam imperij molem gubernat. Sed præbens se ipsum imitatione dignum, omnibus desiderium & emulationē iniicit naturæ suæ. Est autem bonus ipse, atque hoc solum opus agit, idque facile. Qui verò imitantur ipsum, hoc studio melius omnia peragunt: & illius assimilatio, singulis sufficit. Non enim alius virtus est quæ Deo accepta facit, & alia quæ ipsum imitatur. Ceterum rex terrenus apud nos cur non similiter se suisq; contentus, & in status suo absolutus sit? Assimilabit enim se-



ipsum vni tantum optimo, & omnis alios sibi
vndiquaq; similes fieri studebit. Quod si vis
& necessitas cogat subditos, singuli prompti-
tudinem imitandi remittere solent. Non enim
fieri potest vt absq; beneuolentia alterum alteri
simile euadat, quam in primis obliterat timor.
Vtinam humanum ingenium nulla persuasio-
ne opus haberet. Est enim persuasio terrena
prauitatis vestigiū, qua mortale animal par-
ticipat. Nam persuasio res est vicina necessita-
ti, vt que ea perficere sua opera conetur, que
necessitatem declinantur. At que sponte na-
ture honestum amplectuntur, nulla persuasio-
nis reuerentia mouentur: nec enim timent ne-
cessitatem. Posset autem solus rex in hominis
animo etiam hoc bonum efficere, vt quod me-
lius est imitando, decorum sequeretur: illos
verò qui tanquam ebrietate corrupti sunt, &
propter malam educationem, melioris obliuio-
nem inciderunt, oratio adhibita restituit, labo-
rantes sanat, eiectaque obliuione prauitatis
vitio ipsis innata memoriā inserit, ex qua
persuasio dicta nascitur: que licet malū orta,
boni tamen aliquid producit terram inhabi-
tantibus: in qua quod vitio nature deest pro-
pter eius imbecillitatem, oratio inter homines
rursus resarcit ac explet.

Reuera rex erit, qui sacram & diuinam ha-
beris animi meditationem: hac enim imbu-

tus persuasusque, bonorum auctor erit omnium,
mali verò nullius. Quinetiam quod futurus sit
iustus, repote ad communicandum promptus,
cuius constat. Communicatio enim in aqua-
bilitate, & eius distributione sita est. An-
tecedit iustitia, communicatio percipiat.
Nam fieri nequit, vt iniustus equaliter di-
stribuat: aut vt non sit ad communicandum
promptus, qui distribuit ex equo. Continen-
tem verò esse illum qui contentus sit suo statu,
quis negauerit? Sumptuositas enim inconti-
nentia parens est, incōtinentia contumelia, vi-
de pleraque hominum mala enascuntur. Vir-
tus autem que suis rebus contentos facit, sum-
ptuositatem & que sequuntur eam, haudqua-
quam probat. Sed cum ipsa princeps quedam
sit, preest quidem omnibus, subesse verò nulli
potest: quod primam Dei, deinde regis propriū
est, vt nulli subiciantur, sibi verò ipsis impe-
rent: vnde & ἀντάγνως apud Græcos dictus
videtur, ἀντὶ τοῦ ἀξίον ἀξίον. Quod autē
istā sine prudentia fieri nequeant, apparet: &
quod prudentia mundi Deus sit, manife-
stum est. Ordine enim & constitutione de-
centi coniunguntur: absque mente verò non
possent fieri. Proinde rex quoque sue pruden-
tia non poterit sibi comparare istas virtutes,
iustitiam dico, continentiam, communicandi
virtutem, & istis cognatas.



Musonij, Cum ad Musonium aliquando rex quidam quod oporteat reges sub Romanorum imperio cum alia multa apud regem, tum hæc differuit. Ne tibi persuadeas cuiquam esse magis quam tibi philosophandum: nec id aliam ob causam magis, quam quia rex es. Est enim regis, posse homines conservare, ac beneficiis afficere, id autem facturum scire necessarium fuerit, quid homini bonum aut malum sit, quid iuuet, quid obstit, quid vitale, aut inutile. Siquidem pereunt, qui in mala incidunt: servantur, qui bona consequuntur: & beneficiis obstringuntur, qui his digni iudicantur, quæ inveniunt vitia: sunt contra male afficiuntur, qui in damnosa atque inutilia impelluntur. Quid sit autem bonum aut malum, vitale aut inutile, quid conferat aut obstit, non alterius est discernere quam philosophi: quippe qui in eo ipso continue versatur, huic vni rei studet, ut percipiat quicquid ad hominis felicitatem aut infelicitatem pertinet. Constat igitur, philosophari regem oportere. Præterea decet, aut potius necesse est regem ita subditis iura administrare, ut ne quisquam plura quam par sit, paucioræ consequatur: sed ut meretur unusquisque, ita vel honore vel pœna afficiatur. Quomodo autem quisquam hæc iustitia non præditus efficeret? Iustus verò quo pacto quis esse poterit, si iniustitia quid sit, ignoret?

ret? Est igitur rursus regi & hanc ob causam philosophandum. Nec enim absque philosophia iustitiam iustumque tenere vquam existimabitur. Est enim haud dici potest, quod qui didicit iustitia, non magis ea intelligat, quam ille qui non didicit: neque quod non sunt huiusmodi rerum imperiti omnes, qui nunquam philosophati sunt. Quis sit, ut homines inter se contendant ac duellantur, dum alij alia iustiora esse asserunt. Certè super illis quæ sciunt homines, non solent dissentire. Neque enim de albis, nigris, calidis, frigidis, mollibus, aut duris contendunt, sed de huiusmodi eadem omnes sentiunt & loquuntur. Quare etiam de iustis consentirent similiter, si nossent ipsorum naturam: sed interim dum concordēs non sunt, ignorantiam suam arguunt. Nec tu quidem (ut mihi videtur) huius inscitia expertus es. Quapropter huic cognitioni operam dare debes magis, quam alius quisquam: idque tanto diligentius, quanto turpius est regem quam hominem privatum iustitiam ignorare. Ad hæc tum regem ipsum temperantem esse oportet, tum subditos eiusmodi reddere: ut & ipse modestius imperet, ac subditi pareant decetius: neutri autem deliciantur. Perniciosa enim est voluptas & principi, & privati omnibus. Quo autem pacto quisquam aut ipse temperans erit, cum imperare cupiditatis haud didicerit? Aut quomodo luxuria



diffuens alios reddet temperatus? Quæ verò scit-
tia præter philosophiam ad temperantiam per-
ducatur, nulla est. Hæc enim voluptatem & a-
maritiam vincere, frugalitatem diligere, luxum
& sumptus declinare docet: verecundiam ser-
uare, linguamque compescere assuefacit: mo-
dum, ordinem, elegantiam & honestatem pa-
rit: denique decorum in gestu habituque con-
ciliat. Quæ cum homini insunt, cum grauem
ac temperantem reddunt. Quæ propter & rex
ita instructus, maxime Deo similis & vene-
randus existit. Vt autem quispiam intrepidus sit,
audens, & minime formidolosus, id præstat
fortitudo: quæ nemini utique inesse potest, qui in
morte ac labore nihil inesse mali sibi non con-
stanter persuaserit. Hæc enim mors inquam,
& labor, homines perterrefaciunt, & à men-
te deturbant, cum pro malis habentur. Quædam
autem mala non sunt, sola docet philosophia.
Quæ si fortitudo est regibus acquirenda, ut
omnino est, præ omnibus studiis philosophari
debent, quin fortes aliter euadere non va-
leant. Est item, si quicquam aliud, & hoc
maxime regum, dicendi facultate minime su-
perari: & haud secus oratione colloquentes,
quam armis hostes vincere. Nam si in hac re
imvalidi reges fuerint, necesse erit ut quam sa-
pissimè se aduocent, & falsa pro veris admit-
tant: quod imprudentis extremaque: indicium
est

est ignorantia. At nescio an philosophia
quicquam magis mortalius laeviri soleat,
quam ut ne oratione superentur, falsaque à ve-
ris discernant, hæc affirmant, illa redarguant.
Rhetores certe, si quando in certamen diffu-
tandi cum philosophis descenderint, videre est
quomodo impingant, intricentur, & contraria
sibi dicere cogantur. Atqui, si rhetores, qui
sibi hoc unum proponunt, ut dicendi faculta-
tem acquirant, philosophis inferiores in dicen-
do deprehenduntur: quid de cæteris homini-
bus existimandum est? Quare si quis rex vi-
floriam in orationibus exoptauerit, sibi philo-
sophandum esse sciat, ut ne hac quidem in re
se à quopiam superari posse timeat, cum præ-
fertim ubique intrepidum regem, & animo-
sum, inuictumque esse oporteat. In vniuersum
autem necesse est ut rex bonus, nec verbo, nec
opere inquam delinquat, omnique in re con-
summatum sit. Siquidem opus est ipsum, ut
veteribus videbatur, viuiam esse legem, equi-
tatem & concordiam machinantem, iniqui-
tatem verò ac seditiones arcuentem, animoque in
subditos paterno Iovem emulantem. Talis au-
tem quo esse modo quispiam potest, nisi cæteris
natura præstet, optimaque sit disciplina imbu-
tus, easque omnes virtutes affecutus, quæ ho-
minem deceant? Quod si alia est scientia, quæ
hominis naturam, & ad virtutem ducat, &



ea qua honesta sunt exercere ac proficere doceat: cum ipsa philosophia conferatur, & vix facilius optimum efficere regem valeat, iudicatur, ut qui bonus rex esse cupit, potiore ritatur. Sin autem nulla alia ars ne pollicetur quidem virtutis traditionem ac disciplinam, sed alie circa corpus tantum humanum eique utilia versantur: alia verò csi animi cultum attingunt, cetera tamen omnia potius, quam vnde modestior ac temperantior animus reddatur, considerant: sola verò philosophia hoc instituit ac molitur, quomodo homines & malitiam declinent, & virtutem consequantur. Si hæc inquam ita se habent, quid est quod ab eo qui optimus esse rex concupiscit, philosophia sit laudis preponendum? Imò quomodo aut qua ratione aliquis aut vitam priuatam, aut regnum recte instituerit, nisi beneficio philosophia? Equidem ita statuo, bonum regem, statim & philosophum esse necessariò: & philosophum, statim animo præditum esse regio. Primum itaque quod prius est, speculemur. An quispiam bonus rex esse potest, nisi idem bonus vir fuerit? Laudquaquam. Bonus autem vir esse nemo potest, quin & philosophus. Per Ionem. Siquidem philosophari, est boni honestique studium exercere. Itaque bonum regem continuo & philosophum esse necessariò fatendum est. Ceterum quod philosophus om-

nino etiam vir regis sit, hoc modo percipies. Hominis regis est, recte gubernare posse gentes ac ciuitates, & dignum esse qui ceteris imperet. Quis igitur fuerit magis idoneus ciuitatis præfectus, aut dignior hominibus imperare, quam philosophus? Quippe docet philosophum, si verè talis sit, esse prudentem, temperantem, magnanimum, iusta & decora iudicare, cogitata efficere, dura tolerare. Idem & animosus, intrepidus, & patiens eorum, qua grauius videntur, fuerit: præterea beneficis, humanis, candidus: quo quidem viro quis ad imperandum aptior & paratior inueniri posset? Nullus. Quamuis autem non multi ei obediunt & obtemperant, non propterea tamen regia priuatur dignitate. Satis est enim si amicus imperet, aut vxori, & liberis, aut saltem sibi soli. Nec enim qui paucos curat, minus est medicus, quam qui multos, modo medendi peritiam teneat. Et musicus non minus est qui paucos docet, quam qui multos, modo musicam habeat facultatem. Et qui vno aut duobus equis rititur, tam equestris est, quam qui multis, modo equitandi peritiam calleat. Eadem ratione is qui vni aut duobus imperat, æque fuerit regis ac ille qui multis dominatur, modo regnandi peritiam teneat. Hanc ob causam Socrates mihi videtur philosophiã, ciuilem ac regalem scientiam nuncupare: quod qui



philosophiam sibi cōparauit, statim & ciuilibus sit. His Musonij dictis rex oblectatus, tū gratiam eius orationi habuit, & petendi, quodcumq; uellet optionem detulit: nulla enim in re, dixit, apud me repulsā patieris. Respondit Musonius: Peto ut orationi mee, quam adeo laudas, obsequaris. Nā & mihi hoc pacto maxime gratum facies, & tu ipse maiorem inde, quam ex ulla re alia, utilitatem consequeris.

Xenophōnis lib. 1. de Pædia Cyri.
Atq; Cyrus inquit: O pater, quādo dū non aduersi cōsulere nobis uelint, pro uiribus diligentiam adhibebo, ut mones. Memini enim ex te olim audisse, itidē à diis illum magis exorare, quod uelit, quemadmodum etiam ab hominibus qui non cum in difficultatibus fuerit, tū assentetur: sed cum rebus secundis utitur, tum remittitur deorum. & amicorum dicebas eandem habendam esse diligentiam. Ptopterea, inquit, ò fili, ob illos cultus libentius uenis deos rogaturus ita affectus, sperasq; futurū, ut magis quæcumq; rogaeris, consequare, quod tibi cōficius sis nunquam eorū cultus defuisse. Valde, inquit, ò pater, ita sum affectus in deos, ut in amicissimos mihi. Quid enim fili, Cambyzes inquit, meministine illa, quæ nobis olim uidebatur: scilicetioris esse homines didicere quæ dū dederint, quam si eorum fuerint inscy: & se operatur, efficere magis, quam si sint otiosi: & si diligentiam adhibuerint, quam si horum fuerint

runt negligentes, degere posse securius? Qui ergo tales se præstarent, quales par est, ita nobis uidebatur bona iis petenda esse à diis immortalibus. Ita, inquit Cyrus, memini equidem hæc abs te audisse. Etenim necessario parandum est orationi tue. Nam noui te dicere semper solitū, haud fas esse à diis petere, neque uictoriā eos equestri pugna, qui equitare non didicissent: neque sagittæ ignaros superare illos sagittādo, quod huiusmodi peritiam callēt: neq; gubernādū imperitos optare nauium salutem gubernādō: neque eos qui frumentum nō seuerint, sibi precari triticum pulcherrimum nasci: neq; salutem petere, qui sibi in bello non cauerint: huiusmodi enim omnia esse præter diuina instituta. Sed qui optant illicita, dicebas cōsentaneum esse hos aque à diis optata non consequi, atque ab hominibus non adipisci, quæ illegitima rogant.

Ita mediusfidius ò pater, memini hoc dixisse te. Itaque mihi quoque uidebatur opus esse maximum pulchrè imperare, ac nunc eadē mihi uidentur, cum ipsum imperandi munus mecum ipse considero. Equidem cum ad alios homines oculos conuertens, animo uoluto, quales sunt qui principatum obtineant, & quales ij qui sint nobiscum decertaturi: turpissimū mihi uidetur eiusmodi homines formidare, minusq; libenter iis obuiam ire in pugnam, quos ego, ut ab hisce amicis nostris incipiam, sentio

Ibidem.



existimare id esse operæpretium, ut rex subditis antecellat cœna sumptu ac magnificentia, auri magnitudine, diuturniore somno, utque omnibus in rebus minore deat in labore quam subditi. At ego arbitror decere principē subditis antecere, non luxu & otio, sed prouidentia & industria.

Ibidem. Interrogas, inquit, fili, ubi abs te pecunia parari queat? Sed à quo magis consentaneum est suppeditari pecuniam, quam ab eo qui exercitui præsit.

Ibidem. Hoc insuper omnium maxime memineris, nunquam expectandum esse, ut tum commœtatum pares, cum ipsa necessitas te coegerit: sed cum maxime abundaueris, tum ante indigentiam illum strue. Etenim magis, à quibus opus fuerit, eum consequeris, cum non visus fueris indigere. Neque præterea à tuis militibus accusabere. Magis etiam ex hac re alij reuerbuntur. Ac si quos tuis viribus volueris vel bene afficere, vel male, obsequentiores es milites habiturus in rerum necessariarum copia. Et oratione tum vitis magis ad persuadendum apposita, cum maxime poteris demonstrare te idoneū esse, qui tum bene, tum male possis afficere.

Ibidem. Rogabas me ad postremum, qua tandem ille doctrina deceret me scientia rei militaris ab se institui: & cum responderem, instruendus exercitus

exercitus doctrina: risisti tu quidem, mihi que unūquodque conferens enarraſti. Cui inquiring exercitus instructio vilitati foret rei militaris sine cōmœtatu? sine bona valetudine? sine scientia inuentarum artium circa rem bellicam? sine obedientia? Cūmque mihi ostendisses nosse aciem instruere, breuem quandam esse partem rei militaris, ipsę que rogassem si quid horum posses me docere: iussisti abeūnti mihi, ut cum his viris differerem qui militares habentur, & ex iis quærerem, qua ratione hac sigillatim fierent.

Ibidem. Nam exercitus scilicet opus est, si suo munere fungi velit, ut vacet nunquam aut nocere hostibus, aut prodesse sibi. Difficile est profecto hominem unum alere otiosum, multo etiam difficilius totam domum: sed omnium est difficillimum vniuersum exercitum otiosum alere. Nam & plurima sunt in exercitu, que rescūtur: & que à minimis incipiunt, & que iis que ceperint, vtantur affluentissimē. Itaque exercitum vacare nunquam decet. Dicitur tu, Cyrus inquit, o pater, ut mihi videor intelligere, quæ admodum otiosus agricola est inutilis, ita imperatoris nullam esse vilitatem si vacarit.

illum autem imperatorem ego, inquit, admitto, qui nisi quis Deus aduersetur, opera sua simul & commœtatum militibus maxime rediturus, & corpora sit paraturus quam opti-



ma. Sed ob meditationes rerum omnium bel-
licarum, ut mihi pater videtur, si ludos aliquos
pronuntiauero singulis, ac premia proposuero,
eos reddam exercitatos quam optime, ut ad sus-
gula, cum opus fuerit, eis praestetur. Pulcher-
ramè, inquit, dicis fili: hoc enim si feceris, certò
scito militares te ordines semper spectaturum
veluti choros conuenienter suum officium me-
ditari. Atqui ad reddendum milites alacres
& strenuos, nihil mihi videtur satius, inquit
Cyrus, quam spe inuicere hominibus. Verum,
Càbyses inquit, ò fili, hoc huiusmodi est, quale
si quis in venatione canes hortetur semper ead-
em appellatione, qua solet ubi feram afficit.
Nam primum alacriter parent: quod si eas fe-
fellerit sepius, ad postremum neque quando fe-
ram vere intuens vocarit, ei obediunt. Ita etiam
de spe accidit: si quis frequenter bonorum ex-
pectationes inuiciens sefellerit, vir huiusmodi
ne tum quidem potest persuadere, cum spem
veram attulerit. At non ea debet, fili, si di-
cere quae minus certò norit. Verum alij haec
quandoque dicendo perficiant. Adhortatio-
nem autem suam in maxima pericula seruet
quam fidelissimè opus est.

Ibidem.

Leges autem plures haec duo mihi videntur
maximè docere, & imperare, & imperiū pati.
Itaq; de his cogitans in omnibus, mihi videre
videtur obedientiam in exhortatione maximè
causi-

consistere, quae obedientem laudat & honorat,
inobedientem vero ignominia supplicioq; affi-
cit. Vt necessitate adducti pareat, fili, haec est
via. Sed quod longè melius est, ut vltro pareat,
alia est via compendiosior. Quam enim seipsis
prudentiorem duxerint circa suam ipsorum vti-
litate, huic homines perlibenter obediunt. Ac
noris hoc ita habere cum in aliis multis, cum in
egrotis, quod alacriter eos vocant, qui insensò
sunt faciunda: & in mari, quod gubernatori-
bus, qui vnà nauticant, audiunt.

Ibidem.

Sed de futura utilitate quo pacto quis pru-
dens vere fuerit? Perस्पicium est, inquit, fili,
eate discendo assequuturum, quaecumque po-
tes per disciplinam cognoscere, quemadmodum
instruere aciem didicisti. Quaecumque neque
per disciplinam, neque per humanam pro-
videntiam prospici possunt, de hisce tu per va-
ticinium deos consulens, sis aliis prudentior,
praesertim si quod noueris factò melius, cura-
ueris quònam id modo agendum sit. Etenim
curare quod opus sit, prudentioris viri est,
quam negligere. Vt autem quis ametur à sub-
ditis, id quod mihi videtur esse maximum, ea-
dem est ratio, quae si quis amicis charus esse cu-
piat. Oportere enim puto ut beneficium ap-
pareat. Sed hoc inquit, fili, difficile est, ut
in eos semper beneficium conferre quis possit, in
quos velit. At illud certè potest, ut vnà cura



ijs letetur, quibus aliquid boni contigerit: & vna tristetur, si quid acciderit mali: & opem ferre alacriter studeat eorum difficultatibus: & precaueat, ne quid errent: & enitatur providere, ne quid item decipiantur. quibus in rebus magis se quodammodo socium debet prestare. Atque in rebus gerendis si quidem in æstate fuerit, debet imperator tolerare plus solis, & id quidem non occulte: in hyeme verò plus frigoris, & in laborando plus laboris: hæc enim omnia conducunt ad anorem subditorum, Dicis tu quidem, inquit Cyrus, tolerantiorum esse imperatorem ad omnia oportere, quam subditos? Ita planè. Confide fili, ac scito similia corpora imperatoris ac privati hominis, iisdem laboribus non similiter affici.

Honos enim labores imperatori leuiores efficit, presertim quòd intelligit in hominum esse oculus quicquid faciat. Sed ubi habuerint milites commeatum, iisdemque bene valeant, & labores perferre possint, sintque bellicis artibus exercitati, cupiantque viri apparere fortissimi, libentiusque obire imperata velint quam detrectare, nò me quis tibi pater sapere videatur, si volueris quam celerrimè cum hostibus manum conferere? Ita, inquit, me hercule, si meliorem conditionem sit habiturus. Sin id minus, quo me censebo meliorem, & meos item meliores eo cauebo magis: quemadmodum

aliis

aliis in rebus, quam nobis plurimi ducimus, hæc opportunè ac tuto facere studemus. Meliorem habere pater conditionem quam hostes, qui possit quis maxime. Non minimum, inquit, fili medius filius, neque simplex opus interrogas. At noris, qui hoc facturus sit, & insidiatore. n esse oportere, & dissimulatorem, & dolosum, & deceptorem, & furem, & raptorem, & omni in re hostibus preualere. Et Cyrus arridens, inquit: O Hercules, qualem me dicis pater virum esse oportere? Quis, inquit, fili & iustissimus sis & legum obseruantissimus. Quomodo tamen, inquit, cum pueritiam pubertatemque ageremus, his contraria ducebatur? Ita, inquit, per Iouem. Et eadem nunc quousque erga amicos ac ciues.

Reges autem & principes non illos esse, qui *Eius in lib.* 3. de factis
sceptra ferunt, dicebat: nec illos qui aut à quo-
cunque contingit electi, aut sorte, aut violentia, et dicti. soc.
aut deceptione assumpti fuerunt: sed qui regere
sciant. Cum enim quisque fateatur, principis
quidem proprium esse iubere quid oporteat
facere, subditi verò parere. Ostendebat &
in navi illum principem esse, qui sciat: patrum
verò nauis, & alios nautas omnes obedientes scienti. Ac in agricultura quicumque
habeant agros, & in corporum exercitatione
qui se exercent, ceterisque omnes qui possideant
aliquid quòd indigeat cura, si illi qui-



dem scire puenent, de eis curam habent: sin minus scientibus non modò cum adsint, parent, sed etiam absentes inuocant, vt illorum consilio, quæ oporteat, agant. In texendo verò mulieres quoque monstrabit maritis dominari, propterea quòd illæ quidem artè texendi sciunt illi autem ignorent, Quod si quis ad hæc opponeret, tyranno licere non parère illis qui rectè dicant. Et quomodo liceret non parère, inquit, cum damnum peccantibus impostum sit? Si quisquam enim non illi parèret, qui rectè dicat, peccet necesse est: qui verò peccat, necessariò damnatur. Quod si quis diceret, tyranno licere etiam interficere illum qui rectè sapit. Eum itaque, aiebat, qui valentiores suos socios interimat, putàsne indemnem fore? aut in minimis damnari? Vtrum enim arbitraris saluum manere, illū qui huiuscemodi agat, an hoc modo citius periri?

DE VITVPERIO TYRANNIDIS, SERMO XLIX.

Eurpid. in supplicibus **N**IHIL quàm tyrannus insensus est civitati, in qua primū quidem non posita sunt leges communes: dominatur autē vnus penes cuius arbitrium lex est.

Eiusdē in Tyrānidis autem iam olim celebratæ vultus quidem

quidem est suavis: domestica autem tristitia sunt. Quis enim beatus aut felix esset, qui metuens, & negligens vitam suam, atatem ducit? Popularis equidem fortunatus viuere potius velim, quàm tyrannus existens, cui amicos habere improbos volupe est: & interim odit bonos; de morte sibi metuens.

Male parèat omnes qui tyrānide gaudēt, & paucorū imperio in ciuitate. Libertatis enim non men omnibus præferendū est. Et si quis exiguū habeat in illa, multa tamē sibi habere videtur.

Eiusdē in Electra. Tyrannus enim vniūq; appetitur à grauiorē amantibus, quare cauere debet.

Eurpid. in Antigone. Nec imperare conuenit, nec legem oportebat esse: stultum est etiam desiderare tyrannum, qui solus vult similibus imperare,

Eiusdē in Alceone. Pæpe, quàm quæ magna sunt, magnis etiam malis implicantur.

Eiusdē in Pelias. Nihil æquè miserum est ac tyrannus, quamuis eam extremè homines admirentur. Nam cum amicos vastare, & occidere oportet, vehementer metuendum est tyrannus, ne quid aduersus ipsos agant.

O ter miseri: quid enim plus aliis habent? Menād. in *Aspide.* Vitam quàm dezerunt miseram qui munimenta custodiunt, & qui custodiunt arces. Quòd si tã facile suspicantur, & metuunt quoslibet, ne per gibombis armatos accedant, qualem existimandum est eos pœnam dare.



Diony. tyr Tyrannus enim mater est iniustitie.
alias Eurip O diuine, & tyrannus, & ars arti præstans
Soph. i. oe. in vita emulationis plena, quæta apud vos ser
dipo tyrann. natur inuidia?
Ibi. Chori. Iniuria & contumelia creat tyrannum, ini
 iuria, inquam cum multis temere malis satiata
 fuerit, &c.

Eiusdē in Tyrannum esse pium, non facile est.
siace. Non potest ullus dux in exercitu omnibus
Eius in Po ex æquo satis gratificari. Nā neq; Iupiter, qui
lixena. me longi superior est regno, siue pluerit, siue sic
 citatem reliquerit, gratus omnibus foret homi
 nibus, si iure cum eis disceptaret. Quomodo igitur
 ego, qui mortalis sum, & matre satius mor
 tari, prudentia Iouem superare possem?

Phavorini Quemadmodum enim seræ retia declinantes,
 in angustiorem locum se recipiunt: ita & ty
 rannos est videre recedentes ex Grecia in ciui
 tatem, ex ciuitate in arcem, deinde in domum,
 postremo in cubiculum. An fieri tandem po
 test, ut quisquam Deum effugiat? Certè quo
 cumq; fuerit, deprehenditur à iustitia.

Demosth. In uniuersum sanè non est quod illa respub.
Philipp. i. tyrannidi se credat.

Ex epistol. Quod admonitionem tuam attinet, ignosce
Phalar. ad tibi. Cum enim tyrannus nunquam fuerit, con
 sulis tyranno tyrannidem exerce, nescis quan
 to periculosus sit ipsam deponere, quam ab ini
 tio aspicere.

Demoteli. fulis tyranno tyrannidem exerce, nescis quan
 to periculosus sit ipsam deponere, quam ab ini
 tio aspicere.

Anaximenes Lampsacenus rhetor à Phæ
 dro rege interrogatus quid ad familiaritatem
 difficile esset, tyrannus dixit.

Aristippus Cyrenensis philosophus regnum
 à tyrannide tantum differre dixit, quantum
 lex à reipubl. statum absque legibus, & libertas
 à seruitute.

Lysimachus tyrannus ad Philippidem comi
 cum, qui amicus familiaris ei erat: cuius te rei,
 dixit, participem faciam? Respondit ille, Cuius
 cumq; volueris, modo ne secretorum.

Antigonus ad retulam quandam, que sæli
 citatem eius extollebat: Si nosses, dixit, o ma
 ter, quantis malis hic panniculus esset plenus
 (ostenso diademate) ne in sterquilinio quidem
 iacentem tollereres.

Ptolemæus, cui cognomen fuit Philadelphus,
 dicebat in tyrannide cum alia multa esse gra
 uia, tum illud maxime, quod immeritis occi
 dere cogatur utilitatis sue gratia.

Cum Dionysius exprobraret **Aristippo**,
 quod nihil utilitatis ab eo capisset: Verum au,
 dixit: si quid enim tibi profuissem, non secus à
 tyrannide, quam à comitiali morbo liberari
 voluisses.

Omnis enim rex & tyrannus, hostes sunt li
 beratis, ac legibus aduersantur.

Fabula quedã Phrygia ab **Aesopo Phry**
 & profecta suam ait, si quis eam tetigerit, cla

Philippid.

Demost. in

Philippicus

Aelian.



mare: idq; merito, Nec enim veller a frus habet, neque lac, nec aliud quiddam prater carnes. Statim igitur somnare mortem, cum fiat quibus vsibus praestandis vsurpari possit. Sunt autem sui similes tyranni, qui omnia suspicantur & metuunt. Sciunt enim quod sicuti sues, ita & ipsi vitam omnibus debeant.

Isoc. ad Nic.
colle ab initio.

Nam priuatos quidem homines permulta sunt que erudiant, & in primis vita expers delectationum, & singulis diebus de parando victus necessaria sollicitudo. Deinde leges quibus singuli in suis ciuitatibus parere cogantur. Postea libertas illa quoque magnam vim habet, que palam licet & amicis castigare, & inimicis exagitare delicta mutua. Deniq; poetæ vetores precepta de viuendi ratione reliquerunt. Quare consentaneum est eos ex his omnibus fieri meliores. Tyrannis autem nihil eiusmodi contingit, sed quos omnium maxime institui conueniebat, hi mox suscepto principatu, sine vltis monitoribus etatem exiguunt. Per paucos enim ad eos pater aditus: qui verò familiariter cum eis viuunt, ad gratiam & dicunt & faciunt omnia, &c.

Phalaridis Ego enim qui expertus vtrunq; sum, tyrannus inepist. ad nidi. malim subesse, quã præesse. Subditus enim Paucorum aliorum malorum securus vnum tyrannum me tuus tyrannus autem, eos qui foris insidiantur, inquietiam illos per quos custoditur.

Hominis

Hominibus fortunatis vita videtur esse melior, & idcirco mors eis est molestior. Infortunatis contra, vitam ferunt agrius, mortem libentius suscipiunt. Tyrannis autem vtrunq; difficilius est, quàm reliquis. Viuunt enim multo inuicidius quàm illi, qui mori vehementer expetunt: mortem verò tam timent, quàm qui iucundissimam agunt vitam.

Periculosa res est tyrannis, & multi eius amatores sunt.

Herodoti
lib. 3. in cons.
Oracione

Quid igitur nobis opus monarchia, quam sustulimus? In qua licet pro libidine agere omnia impune: que virum quamuis optimum, cum in ea positus est, extra consuetos sensus agit. Quippe cum prater inuidiam ab initio ingentia non homini, ingeneretur ex presentibus bonis insolentia: que duo mala omne genus malitie absolunt. Multa enim & iniqua facinora committit, partim insolentia plenus, partim ob inuidiam. At enim tyrannus, ut qui omnia bona obtinet, debebat siue liuore esse. Sed planè contrario modo in populares suos affectus est. Nam optimis quibusq; qui supersedites sunt atque viuunt, inuidet, pessimis ciuium delectatur. Et quod indecentissimū est, criminationes admittere optimum putat, nam siue admireris eum modeste, offenditur, quod non effuse hoc facias: siue effuse ipsum colas, iterum egre fert, quasi assenteris ei. Et ut dicat que maxima sunt, intra



monides: Atqui in his tamen inquit, discrimen est. Nam ex horū unoquoque rex ut multo maiore capis voluptatem, sic minus habet molestiarū. Ad hæc Hieron. Non ita, inquit ut dicis res habet quin potius illud scito, regem ex hisce rebus longè minore capere voluptatē priuatis & mediocribus, & longè plus asferre molestiarum. Incredibilia narras, ait Simonides, Nam si ita esset, ut ais, qui fieret, ut multi regnum affectarint, præsertim ex eorum numero, qui videbantur maxime sua sorte debere esse contenti? Rursus qui fieret ut omnes, tyrannos tanquam felices, amulentur? Tum Hieron: Quoniam per Iouem vitam utramque non sunt experti, ideo sic iudicant de negotio. At ego conabor tibi declarare me verà loqui.

Statim post. Primum enim quum reputo, quid adferant voluptatis, quæ cernuntur oculis, comperio tyrannos deterius habere, quam priuatos. In diuersis regionibus diuersa sunt spectata digna. Ad hæc verò spectacula omnia proficiscuntur priuati inque ciuitates quascumque uoluerint, se conferunt spectandi gratia, quod in quaque uisendum est, & ad solennes celebritates. Tyranni verò non multum indulgent spectaculis proficisci enim ipsi ed, tutum non est.

Paulo post. Sed ista nimirum spectacula veniant ad tyrannos, etiam si domi maneant. Veniunt per Iouem ô Simonides, at non solum pauca de multis,

multis, verum etiam eum eiusmodi sunt, nimis carè emenda tyrannis, & c.

Tum Simonides: Verum, inquit, quanquam Paulo post inferiores estis in spectaculo tamen potiores seruis in his quæ delectant aures quandoquidem laudum quibus nihil est auditu iucundius nulla unquam nobis est penuria. Quotquot enim sunt, qui nobiscum agunt, omnia quecumque dicitis vel facitis, laudant, Caterum à conuicijs quibus nihil est auditu insuauius, libera sunt aures vestra. Nullus enim vult tyrannum coram vituperare. Tum Hieron: Et quid voluptatis existimas asferre eos qui non maledicunt, ubi quis euidenter perspicit, quod hi omnes dum tacent, malè volunt tyranno? Aut quid voluptatis asferre putas eos qui laudant, cum suspecti sint quod assentandi gratia laudent, non ex animo? At Simonides: In hoc quidem per Iouem, inquit, profusus tibi assentior Hieron, laudes allatas ab his, qui quam maxime liberi sunt, esse multo iucundissimas. Veruntamen illud planè vides, quod nequaquam illi mortaliū persuasurus es, quin in his quibus aluntur homines, vos longè plus voluptatis capiatu. Nec istud, inquit, me fugit ô Simonides, ita plerisque videri, nos tum edere, tum bibere suauius priuatis.

Sed hoc illos delectat, quod apparatu superat ea quibus assueuerunt: eoque cuncti mor-

Statim post.



tales cupidè expectant dies festos, exceptis tyrannis: semper enim his splendidus est apparatus, nec ullam illorum mensa diebus festis accipiunt accessionem. Primum igitur, quod ad hanc voluptatem, quam adferri spes, attinet deteriori conditione sunt reges, quam privati. Præterea, inquit, illud sat scio, tu quoque vel experientia compertum habes, quo cuiusque plura, supra quam sat est, ac redundantia apponuntur tanto citius satiæatem oboriri. Ita sit: ut ipso quoque tempore, quo cibum capis, si multa apponantur, deterius habeas, quam qui moderato sunt victu. At qui per Louc, inquit Simonides tantisper dum appetit animus, multo plus habent voluptatis: qui splendido viuunt apparatus. Ad hæc Hieron: Itane, inquit, o Simonides, putas eum qui re quapiam delectatur, protinus maxime affici, ac vehementissimè amore teneri eius rei? Equidem prorsus abitor, inquit: An igitur rides reges aliquanto libentius ad suos apparatus ire, quam homines privati ad suos? Nequaquam, inquit, non sanè video.

Stat. post.

Quid igitur, inquit Hieron, aliud existimas hoc genus epulas esse, nisi mollium & effœminatarum deliciarum animi concupiscentias. Siquidem ego sanè probe novi, quin nostri tu quoque forsitan, quod qui cupidè vescuntur, nihil opus habent istis arte factis condituris. Quinetiam ex odoribus inquit Simonides,

istis

istis preciosis, quibus rugini, arbitror eos plus boni capere, qui conuersantur, quam nos ipsos: quandoquidem & ingratos odores non sentit is, qui se illis expleuit, sed hi potius qui eum accedunt. Idem, inquit Hieron, vsauent in cibis, cui perpetuò suppetit omne genus epularum, nihil illorū sumit cum appetentia. Verum cui quid raro contingit, is demum est qui cum voluptate satiat, si quid illi offeratur. Sole igitur, inquit Simonides, Venere e rei delectationes videri fortè poterunt regni cupiditatem afferre. Hic enim solis vobis licet, quicquid visum fuerit pulcherrimum, cum eo congregari. Nunc demum, inquit Hieron, commemorasti, in quo longè inferiores sumus.

Nam quod Venerei congressus, si adsit amor Paul. post plurimum adferant voluptatis profectio perspicuè est nobis omnibus. At amor nulli minus insinuat sese quam tyranno. Neque enim amor appetere gaudet ea quæ in promptu sunt, sed ea quæ sperantur, Proinde non aliter, quam si qui nunquam expertus est suum, potum nanciscatur: itidem qui est expertus amoris, expertus est iucundissima Venere.

Ceterum in hoc longè præcellitis homines Paul. post plebeios, quod ut res magnificas excogitatis, ita quod excogitatum est, celeriter perficitis. Ad hæc facultates habetis multas & opimas, possidetis equos virtute præstantes, turba



arma insigniter pulchra, mundam eximium
vxoribus, ades magnificentissimas, easque re-
bus preciosissimis instructas. Adde his quod
famulos, tum multitudine, tum artibus præcel-
lentissimos possideatis: præterea maxima vobis
suppetit facultas, vel hostibus nocendi, vel a-
micis iuuandi. His ita respondit Hieron.

Statii post. Regnum possessiones quidem, quæ videntur
plurimi esse precij, explicatas expositasque spe-
ctaculo palam omnibus exhibet. Contra quæ
molesta sunt, in animis regum tenentur abdi-
ta: in quibus situm est hominibus, ut aut fæ-
lices sint, aut infælices.

Paulo post. Protinus enim si pax hominibus videtur in-
gens boni, huius minima pars redit ad reges.
Et si pro magno malo bellum habetur, huius
multo maxima pars ad reges pertinet.

Paulo post. Insuper priuatis interim per fœdera, interim
per pacem datur à bello requies. Tyrannis au-
tem nunquam pax est cum his, quos imperio
premunt, neque quisquam tyrannus vnquam
fœderibus possit fidere.

Paulo post. Ego sane tam ingens bonum iudico amari, ut
existimem reuera ei qui diligitur, vltro bona
affluere, tum à diis, tum ab hominibus.

Statii post. Firmissima videntur amicitia, quas paren-
tes habent erga liberos, ac liberi vicissim erga
parentes: item quas fratres erga fratres, vxor-
es erga maritos, denique sodales erga sodales.

Quod

Quod si vis animam aduvertere, comperies pri-
uatos ab his quos memorauis potissimum ama-
ri, cum tyranni complures liberos suos occide-
rint, multi à liberis interfecti sint, cum multi
fratres regnum ambientes mutuo parricidio se-
se consecerint. Multos autem tyrannos compe-
ries & ab vxoribus suis extinctos, & à sode-
libus, qui maxime videbantur amici. Ergo qui
ab his quos natura vis maxime propellit ad
amandū, quos etiam huc compellit lex, vsque-
ad eò habentur odio, qui fieri posse credis, ut ab
alio quoquã consentaneū sit illos amari? Ad
hæc, cui minimum habetur fieri, qui fieri potest
ut non in magno bono cæteris sit inferior?

Quare huius etiã boni, quo quis habet qui-
bus fidat, minima portio redit ad tyrannos.
Quandoquidem ita ritam agunt, ut ne tibus
quidem optimis fidant, sed hoc prisquam hinc
diis libent, iubent prægustare ministros.

Præterea ciues sese mutuo satellitio prote-
gunt, ne quis eorum per vim occidatur. In tan-
tum autem occuparunt, ne sit opus satellitio, ut
multis legibus sancitum sit, nec cum esse pu-
rum, qui cum homicida commercium habeat.
Vnde fit, ut patria debeatur, quod vnusquis-
que ciuium tuò viuat. Contra tyrannus hoc
quoque vertitur in diuersum. Ciuitates enim nõ
solum non afficiunt supplicio, sed magnifica
premiis decreuerunt tyrannicidũ. Cũque eos e

templis eiciant, qui priuatos homines occiderunt: his qui tale quid patrarunt, Respublica statuas ponit in templis.

Paulo post

Ac ne contingunt quidem citius tyranno quam priuato, quæ concupiscit, propterea quod priuatus domum, aut agrum, aut famulum desiderat: tyrannus autem vel ciuitates, vel amplam regionem, vel portus, vel munias arces concupiscit, quæ difficilius maioreque cum periculo parantur, quam ea quæ concupiscunt priuati. Quis inter plebeios, vix paucos inuenies tam egenos, quam plerique sunt tyranni. Neque enim multum & satis numero discernuntur, sed vsu. Ita fit, vt multa sint, quæ superant sufficientiam: pauca verò, quæ desunt vsui. Tyranno itaque quæ multis partibus superant aliorum facultates, ea minus sufficienti ad necessarias impensas, quam homini priuato: propterea quod priuatis liberam sit in dies impendia quomodocumque libet contrahere, quod tyranno concessum non est. Nam maxima pars impendiorum maximè necessariorum illis in corporis custodes insuntur. At quod illis datur, decurtare periculosum videtur. Iam qui quibus opus est, iuste sibi parare possunt, quis eos commiseretur vt egenos? Sed qui per egestatem huc compelluntur, vt malis ac turpibus artibus sibi comparent victum, an non quis hocce miseros & egenos optimo iure deputet?

putet? Tyranni verò multa prædari coguntur, & à templis sacrilegio, & ab hominibus rapina, eo quod nunquam illis sufficit pecunia ad sumptus necessarios.

Porro non minus quam priuati, nouerunt Paulus post probos, sapientes, & iustos viros: hos cum diligere debeant, metuunt: sortes quidem, ne quid audeant libertatis amore: sapientes, ne quid machinentur: iustos verò, ne multitudo cupiat ab illis gubernari.

Iam verò metuere turbam, metuere solitudinem, metuere satellitij absentiam, metuere ipsos etiam custodes, ac ne inermes illos velle habere apud sese, nec armatos videre libenter, an non res est misera? Tum autem & peregrinis potius quam ciuibus fidere, ac barbaris potius quam Grecis? postremo huc compelli, vt pro liberis habere cupias seruos, & ex seruis cogaris facere liberos. An non hæc tibi videntur argumenta animi terroribus attoniti percussaque? Porro non solum ipse metus, cum infedit animo, molestus res est: sed dum nusquam non adest ac circumfretur, fit omnium iucundarum rerum corruptela.

Antisthenes philosophus carnifices tyrannis in pietate præferbat, cuius causam interroganti cuidam respondit: A carnifice quidem homines iniusti interinuntur, à tyranno autem etiam insontes.



Phaonin Volo voluptatem aliquam tyranno indicare. Quid si mortalis voluptas, o Dionysi, tibi cordi est, para tibi fumē, ut edas: itēq; sitim, ut bibas. Sin dextram omnino & egregiā voluptatem probas, tantūq; quātam prioribus seculis nullus vsurpauit, tyrannidem depone. Illum enim qui quinquies deciesve mille chlamydum possessionem requirit, fieri non potest quin pluribus etiam adhuc egeat. Nā si plura presentibus desidero, demam aliquid de presentibus, & presentia mihi sufficient.

Dorothei Phalaris tyrannus Agrigentiniorū, cum vit
primo rerū
Sicularū. per quā crudelis ac immitis esset, admirandis & nouis tormentis homines cruciabat & torquebat. Quod animadvertens Perillus faber ararius, iuuenecam fabricatam a se dono dedit regi, ut hostites in ipsam coniectos risuenteis exuret: edebat autem iuuenca mugitum naturali consimilem. Ad Phalaris eo solum tempore iustus, ipsum artificem primum iniecit.

Platonis An non tali quodam carcere clausus est ty
bro 9. de
Repub. rannus, natura talis existens qualem in superioribus explicauimus, multis videlicet diversisq; timoribus & amoribus agitatum? Cum verō ingenio sit apprimē cupido, huic soli neque egredi vsquam licet, neq; inspicere que liberis hominibus libitum est: sed intra adium parietes formidolosus veluti mulier commoratur, inuidēs ciuibus alijs si quis extra mœnia spatia-

tur.

tur, & boni quicquam spectat. Sic profusus. An non ab huiusmodi malis plura insuper incurrit vir ille, qui malē seipsum gubernans, quem & tu modō miserrimum iudicabas tyrannicam: haudquaquam priuatus viuūt, sed fortune vi quadam, ut tyrannidem exerceat cogitur: cumq; sibi ipsi imperare non possit, alijs imperare contendit? perinde ac si quis imbecillo corpore, & suis se viribus non sustinente, cogatur ut quietem agat secum ipse nunquam, sed aduersus alia corpora certet ac pugnet. Simillima inducis o Socrates atque verissima, Nōne igitur o amice Glauco miserabilis omnino hæc est conditio, duriorq; vita est hominis nacti tyrannidem, ea vita quam tu supra durissimam iudicabas? Valde. Est autem re ipsa, quamuis alicui non videatur, verē tyrannus, verē seruus, extreme adulationi seruitutiq; astrictus, libidinibus nequissimorum hominum adulator: qui appetitus suos explet nunquam, sed plurimis indiget semper, atq; inopereuera esse apparet, si quis penetralia animi ipsius inspexerit. Pauore quinetiam perpetuo territus, & solitudine angustiaq; vexatus, si modō ciuitatis eius status cui preest, ipse est similis. Similis autē existit. An non? Et maxime quidem, præter hæc vivo huic illa etiā tribuimus que antea memorauimus, quod necesse sit eū, & esse prius, & postea multo ma-



gis cum tyrannidem est adeptus, inuidum, iniustum, expertem beneuolentiæ, impium, omnisque nequitia sentinam ac fomitem feri, ex hisque cunctis esse miserimum, atque alios etiam qui adherent ipsi, similes reddere. Nullus mentis compos his contradixerit.

DE BELLO,

SERMO L.

Euripidis. SOLET ferè bellum non per omnia saliciter succedere: sed fortium gaudet casu inuenum: Odit autem timidos. Quid ciuitati quidem calamitosum existit, at ipsis defunctis gloriosum.

Arati in Phenomenis. Aeneum olim seculum viros habuit perniciosos, ærè qui primi fabricauerunt gladii uentorium. Et primi boues comederunt aratores.

Hyporchematis. Dulce bellum inexpertis, expertus uero accedens ei animo uehementer horret.

Homeri Iliad. Inhumanus, impius, & ferus est ille, qui bellum cupit in populo detestabile. Occiduntur uiri, consumitur igne ciuitas, alij liberos abducunt, & profunde cinctas mulieres.

Euripidis in Æolo. Necessitas sæpe audaciam adfert.

Tyrtæi. Sed Hercules inuicti progenies estis: quare bono sitis animo: Iupiter nondum ceruicem habet obliquam, Nec virorum multitudinem expauescatis, aut timentis: quoniam aliquis uictus in

prima acie scutum protendat, uitam suam odio prosequens, mortis uero nigrae sortes præ Solis radiis amas. Scitis enim quam noxia sint opera lachrymosi Martis, & bene nostis ingenium difficile belli. Nam tum inter surgentes, tum persequentes fuistis, o iuuenes, ad saturitatem utrumque experti. Illorum sanè, qui uicta manentes ausi fuerint ad pugnam cominus conserendam, & in prima acie pugnantem accedere, pauciores moriuntur, & populum seruât à tergo. Timidorum autem uirorum perit omnis uirtus. Nullus unquam satis enumerauerit singula mala, qua uiro obueniunt, qui turpiter se gesserit. malum est enim posterius inter scapulas sauciare uirum fugientem in hostili prælio. Est & turpe cadaver in puluere prostratum, posterius in dorso ictu hastæ trahitur. Sed age aliquis bene progressus maneat, ambobus pedibus inuictus telluri firmiter, & labra dentibus mordens, & femora, tibiaeque inferius, & pectus, humerique, oblecta sunt ampli capacitatis scuti: dextera uero manus robustam quatit hastam, ac diuam in vertice cristam agit: & strenuus edens facinora belligerare discat, nec extra telum iactum consistat gerens scutum: Sed propius quis accedens proluxa hastu cominus, aut gladio feriens hostilem uirum capiat: & pedem pedi apponens, & scutum scuto committens, & cristam cristæ, galeamque galeæ: & pectus pe-

Etori conferens, hostem impugnet, vel gladij capul-
 um, vel oblongam hastam apprehendens.
 Vos autem o leuis armatura milites, sub sentio
 alius aliunde pauidi, magnis impetite lapidibus
 hostes, & iacula polita in ipsos emitte, astan-
 tes iuxta milites munitis armis.

Thucydi- Quam temerarij & repentini sint belli ca-
 du lib. 1. in sus, priusquam ingrediamini considerate. Solet
 cōcione A- om̄ eius more diuturnior in diuersam plerun-
 que sortum am abire.

Ibidem in Et alia, quæ nūc prospicere non licet. Bellum
 conione enim minime certum aut prescriptum aliquid
 Corinthio- habes: sed ipsum per se multa machinatur pro-
 rum 3. re nata. ubi, qui id leuiter & facile fert, tutior
 est: iracundus autem, nihilo minus peccat.

Demosthe- Bellum honestum turpi paci preferen-
 nis. dum est.

Antisthenes Socraticus cum quidam di-
 xisset, pauperes interire in bello: imo plures tum
 sunt, dixit.

Archidamus Agesilai filius, cum vidisset
 genus teli tunc primū ex Sicilia allatum, ex-
 clamauit: O Hercules, interit viri virtus.

Thucydi- Virorum enim prudentium est, si non laces-
 dis lib. 1. in santur iniuria, quiescere: bonorum autem, si in-
 cōcione co- iuria afficiantur, pacem bello mutare: ac si bene
 rinthio- cesserit, iterum pro bello pacem inire: & neque
 rum 3. belli successu efferrī, neque pacis tranquillitate
 captos, iniuriam pati eos decet. Nam tum ille

qui voluptatis causa cunctatur, illico priuari
 potest oblectatione tranquillitatis, cuius gratia
 segnis est, si quieverit: tum qui in bello prosperi-
 tate abundat, non cogitat se incerta temeritate
 efferrī. Multa enim male consultata, eo quod
 hostes inconsultiores fuerint, feliciter euen-
 runt: & plura quæ recte instituta ridebātur,
 turpiter in contrarium euentum relapsa sunt.
 Nullus enim eadem factis prestat, quæ inter
 deliberandū sibi promittit. Nam consultamus
 securi, in opere autem cum timore desicimus.

Quam enim hominum plerique pacem vo-
 cant, nihil aliud præter nomen existere, re ipsa
 verò omnibus ciuitatibus aduersus omnes bel-
 lum irreconciliabile perpetuū natura insitum
 esse. Et serē si animaduertis, ita affectum
 fuisse Cretensium legistatorem deprehendes, ut
 bellū respiciens, leges omnes tum publicas tum
 priuatas condiderit, & hoc modo institutas
 tradiderit obseruandas, quasi aliarum rerum
 nulla planē foret utilitas, neque opum, neque
 studiorū, nisi quis bello superior euaderet. Om-
 nia enim bona illorum qui victi sunt, victori-
 bus accedere.

Scitis enim victoriam in bello nec multi-
 tudine, neque fortitudine parari: sed vtri deo-
 rum auxilio freti fortioribus animis hostes in-
 uaserint, ut plurimum ab aduersariis non su-
 plina. plinentur.

Platonis
 lib. 1. de Le-
 gibus.



Platonis Socrat. Videtur ò Menexene apud plurimas
in Mene- gentes præclarum esse in bello occumbere. Ete-
kno. nim qui sic è vita migrat, funere & sepulchro
magnificentissimo honoratur. Et siue pauper
quis ita decedat, laudatione non caret: siue etiã
vilis quispiam & gnauius, rursus à sapiētibus
viris extollitur: qui non temerè, sed multo tem-
pore composita & consulta oratione egregiè
laudant.

AVDACIÆ LAUS,
SERMO LI.

Tyrtaei.

NON memorandus mihi vir, nec in v-
lo pretio habendus videtur, seu virtutis
pedum, seu gratia lucta: quamvis Cyclops
habeat magnitudinem & robur, & currendo
vincat Thracium Aquilonem: & forma sit
vel ipso Tithono elegantior, atque locupletior
quàm aut Midas, aut Cinyras reges: neque si
Tantalidem Pelopem regno vincat, & linguã
Adrastris suavisimã habeat: neque si gloriam
omnem, præter bellicosam fortitudinem. Non
enim vir bonus existit in bello, si non sustineat
eandem videre cruentam, & propius hostes sta-
re cupiat. Hæc virtus est, hoc optimum inter
homines præmium, & maxime decorat virum
iuuenem, à quo geritur.

Non

Non est aliquid præstantius quàm supera- Euripidis.
re hasta.

Audendū est: labor enim tempestivus mul- Eiusdem.
tam parit felicitatem hominibus circa finem.
Virum enim iuuenem semper audere oportet:
nam nullus ignavus in celebrem virum euadit:
sed labores pariunt celebritatem.

Commune hoc bonum est civitati, & toti po- Tyrtaei.
pulo, si quis vir progressus inter pugnantes in
prima acie maneat constanter: turpis autem
sugæ profusus obliuiscatur, vitam & animum
patientem periculo obiciens, & astantem sibi
virum ad mortem obeūdā animet. Hic sanè
bonus vir existit in bello: statim verò hostium
in fugam conicit phalanges asperas, suaq; ope-
ra prælii fluctus regit. Ipse autè in prima acie
prostratus vitam amittit, civitatem, & popu-
los, & patrem honestans, multis per pectus &
scutum rotundum vulneribus & per thoracem
ab anteriore parte sauciatus. Hunc simul lu-
gent senes atq; iuuenes: & gravi desiderio uni-
versa civitas ipsius funus prosequitur. Huius
sepulchrii et liberi inter homines præclari sunt,
itemq; nepotes, ac genus omne posterum: haud
inquam eius bona gloria, neq; nomen interit.
Sed quamvis sub terra conditus manet immor-
talis ille, quem fortiter se gerentem, manentem q;
& pugnantem pro patria & liberos vehemēs
Mars peremerit. Quod si effugeris sortem mor-



tis, longum inferentis soporem, & victoria positus splendidâ pugne gloriam auferat, omnes ipsam ex æquo colunt iuuenesque senesque, & multis affectus incundus ad orcum abit. Senescens autem inter ciues præcellit, nec ipsum quisquam ledere uolet, aut irreuerenter aut iniuste quicquam in ipsum facere. Item omnes in sedibus, iuuenes simul, & æquales, ei loco cedunt, quiq; maiores natu sunt. Et nunc igitur virtutis ad summum peruenire, nunc aliquis nitatur animo, non remittens bellum.

- Euripidis. In arduis rebus crescit hominum gloria.
Eiusdem in Archelao. Me uero an non laborare decet? Quis autem hominum citra laborem clarus? quis timidus res maximas appetit?
Eiusdem in Thelepho. Atteu semper tibi quid durum dij largiantur.
Eiusdem in Archelao. Pauci enim strenui multis ignaui præstant.
Eiusdem in Hippolyto. Non enim pietatem sequuntur mortalium fortune: sed audacia, & manuum præstantia omnia capiuntur, & acquiruntur.
Eiusdem in Ixione. Maxima queq; efficit hominibus audacia, ita ut vincant. Nam neque tyrannides absque labore augeri possunt, neque domus.
Eiusdem in Erechtæo. Paucos ego multis prætulero timidus.
Eiusdem in Andromache. Multis enim iuuenibus uel senex animosus fuerit præstantior. Quid enim conducit timido vegetum habere corpus? Potius est strenue defendere.

defendere. Mori enim cum laude malim, quam uiuere cum ignominia.

Quisquis existens iuuenis Martem odit, *Eiusdem.* ma solum, & cara est: rem uero nusquam habet. Uidesne quam suavis sit uita, que mensa fruitur bene instructa? & quanta sit felicitas externa fortuna? Ad nihil inest gloria, neq; generositas, nisi quid audeant cum periculo aggredi. Labores enim pariunt generositatē. Metus autem & cunctatio ignobiles sunt per Græciam, nihil aliud semper querentes quam ut uitam producant.

Nam color ignaui mutatur aliis aliter, nec *Homeri* animus ei potest cohiberi ut in præcordiis quiete maneat: uerum in genna residet, & in retroque pedes subsidit. Cur autem ei uehementer in pectore palpitat mortem expectanti: & dentium stridor editur. Boni autem & fortis nequaquam mutatur color, nec admodum extimescit. *Iliad 13.*

Audacia principium actionis est: fortuna denocit, uero dominatur fini.

Sapientie iunctam habere audaciam, plurimum conducit: scorsum uero audacia nocet, & calamitatem infert.

Quandoquidem necesse est incumbit moriendi, gratis mori, damnum est euidentis. *Antiphæ.*

Quamdiu torpetis? quando strenuū habebitis, *Callini.* animum, o iuuenes? an non ueremini uicinos



ob tantam ignaviam? in pace autem vobis videmini sedere. Interim verò bellum totam regionem infestat.

Quin scutum aliquis arte in prelio hosti obtendat: & aliquis moriēs ultimo iaculū emittat. Honor enim & ornamentum conciliatur viro pugnantī pro patria, & liberis, & tenera vxore aduersus hostes. Mors autē aderit quādocunq; Parca destinauerint. Sed agē quispiā recta pergat extenso in altum gladio, & sub scuto sorte peclius foueat, cum primū incipit committi pugna. Nullo pacto enim mortem effugere fatale est virum, neque si progenitores ei fuerint immortales. Sæpe quis elapsus è pugna, fontiq; telorum euadit, sed ipsum domi fatalis mors apprehēdit. atque hic sanē nec amicus est populo, neque gratus: illum verò tum magnus quisque tū parvus deslet, si quid passus fuerit. Vniuersus enim populus virum fortem desiderat defunctum, viuentem verò instar semidei colit: nam intuentur ipsum coram veluti turrim, quippe solus multorum æquat facinora.

Menādri.

Nullum est vitæ maius quā audacia vaticum.

Mosehio-
mistocle.

Etenim in nāpis paruo ferro magnus ampun-
tatur picea ramus: & exigua copie infinitum
exercitum superant.

Pīdari in
Olympio-
nscis.

Magnum periculum non admittit virum
imbellem.

Vna

Vna aquila sexcentas fugat aues: & hominum timidorum multitudinem vir generosè educatus.

Solet enim bellum viros iuuenes capere. Sophoclis
Nulla prestantior dea est quā audacia. Scyriū.

Sed Mauros amat semper optima quæque Menādri
de hominum exercitu. Aeschyli in

Turbæ enim audaces habent inter cogitandū Caribus.
quidem imaginationes arduas: in agendo au- Menādri
tem, si commodam occasionem obseruent, inopi- in Epægel-
natam artem reperiunt. lomeno.

Plus timeas dedecus quā periculum. Ma- Isocratis
lis enim timendus est finis vitæ, bonis autem vi ad Demo-
tæ ignominia. Imprimis quidem operam des vt nicum.
tutus viuas: quod si quando tibi contingat pe-
riclitari, quere quomodo salutem tibi parias,
euadasq; bellum cum honesta laude, non autē
cum infamia. Mors enim omnino vi satorum
incumbit: honeste verò mori fortibus tantum-
modo proprium à natura tributum est.

Inuenimus enim gloriæ studiosos et magna- Eiusdem
nimos viros, non solum ob huiusmodi facinora in Enago-
laudari velle: sed vitæ loco gloriosam mortem ra.
eligere, atq; magis de gloria quā vitæ sollicitos
esse. omnia deniq; facere: vt immortalē sui me-
moriā posteritati relinquunt.

Nunc quoq; me par est vobis referre, quæ no- Platonis
bis patres vestri mandarunt posteris predicari in Mene-
re, si quid paterentur, cum foret periclitandum. xeno.



Recensebo igitur vobis in presentia, quæ ex illis ipsis audiui, quæ ne ipsi nunc vobis, si facultas daretur, libenter præciperent. Coniecturam equidem ex illis quæ quondam dicebant, facio. Existimate verò nunc quæ referam illos ipsos audire loquentes: hunc autem in modum exorsi sunt.

Quod ex præclaris parentibus orti estis, o filij, presentia vobis testatur: profecto cum nobis liceret turpiter vivere, honestè timori maluimus, quam vos ceterosq; posteros infamie cuiquam subicere, ac parentibus nostris superioribusque dedecori esse, putantes homini suos dedecoranti non esse viuendum. Ei nanque neque in vita, neque post mortem amicum aliquè esse, vel hominum, vel deorum. Oportet igitur vos verborum nostrorum memores, si quid aliud exercetis, cum virtute exercere, sciètes absque virtute exercitationes & possessiones omnes turpes malisq; esse. Diuitiæ nanq; splendorem afferunt, nullum eas cum ignavia possidenti: neque enim sibi hic, sed alteri parat possidetq; diuitias. Neque forma corporis atq; robur timido ac prauo cum insunt, decorè præstant. Eum namque dedecent, notioiorem efficiunt ignauiam patefaciunt. Præterea sciètia quæuis, remota iustitia aliq; virtute, nõ sapientia, sed calliditas esse videtur.

Quorum causa & primò, & postremò, atque per omnia omni studio diligentiaq; contendite,

et &

ut & nos, & maiores nostros virtutis gloria superetis. Alioquin scitote, si vobis virtute præstemus, victoriam hæc nobis dedecus allaturâ. Sin superemur à vobis, felicitatè. Ita verò maxime nos quidem superabimur, vos autem superabietis, si ea ratione vitam instituetis, ut maiorum gloria non abutamini: neq; eam ut ita dixerimus expendatis, etrogatisq; , sciètes viro aliquid esse se existimanti nihil turpius posse accidere: quam seipsum honorandum non propriè ob virtutem, sed propter gloriam superiorum præbere. Gloria enim parentum natis, præclarus est magnificusq; thesaurus. Vti verò pecuniarum honorumq; thesauro, & huc ad posteros nõ transfundere, propriæ possessionis gloriæq; defectu, turpe, & à viri generositate penitus alienum. Si igitur hæc exercueritis, vice demum satis exactis, chari ad nos filij charos parètes profici secumini. Sin autem neglexeritis hæc, & improbi euaseritis, nemo vos libens excipiet.

VITUPERIVM AVDA-
CIAE SERMO LII.

MALA est hominibus iuuentus, & in Euripidis iuuentute si quis non obseruet iustitiâ, multo deterior est, Andromache.

Iuuentus me instrigauit, & robur, cuius mihi pars maior quam mentis fuit. Eiusdè in Androme.



Eiusdē in *Pape, qualis vir est iuuenis simul & malus?*
Melanipe. *Si iuuenis, pauper, sapiensq; simul vnus homo*
Eiusdē in *fuert, admiratione dignus est.*
Archelao *Iuueniles animi sepius secluntur.*
Agathonis. *Iuuenis ambitiosus praecox est malitia.*
Metrodori *Aetas iuuenilis semper superbos & audaces*
Eiusdē in *reddit.*
Menandri *Ne respicias istud, an iunior etate dicā: sed*
an sapientis viri verbis utar.
Eiusdē in *Canicies non affert prudentiam: sed ingeniu*
quorundam natura senile est.
Cratini in *A iuuentute quidem eius alienus, menti ve-*
Eumidis. *ro & ingenio eius conueniens.*
Theognid. *Pubertas & iuuentus hominis mentem le-*
uem reddunt, multorumque animum in erro-
rem efferunt.
Platon. in *Reuera enim iuuentus ad omnia incremen-*
Theeteto. *tum habet.*
Eius. Leg. *Illud tamen scio, quod nullum animal cum*
secundo. *tanta & tali nascitur intelligentia, quanta*
& qualis ei cum prouectum fuerit, conuenit.
Hoc porro in tempore quo prudentiam suam
nondum possidet, furit omne, & sine ordine cla-
mat, & fastus elatum, lasciuensq; salit. Et si
quis ipsum statim occiderit, tum quoq; sine or-
dine saltat.
Theopha- *Difficile est aliquid de iuuenibus diuinare.*
alīs Theo *Est enim etas incerta, sine scopo, multis muta-*
phrafi. *tionibus obnoxia, & aliās aliorum agit.*

Adole.

Adolescentium enim ingenia semper multis Plat. leg. II
in vita mutationibus subiiciuntur.
O portebat etiā legem statui, ne quis amaret Eiusdē in
pueros: ne multum studij in re dubia consume- Symposio.
retur. Incertus est enim puerorū finis, ad quem
malitie aut virtutis terminum exeat, tū quod
animam, tum quod corpus atinet.
Semper iuniorum virorum animi leues sunt. Homeri.
DE MILITIA ET VIRI-
BVS CORPORIS, SER-
MO LIII.

Domi manendum est, & in libertate. *Menandri*
Militia verò non fert vllam opulentia: Eius. in Pa
sed vitam que in diem viuunt, ac temerariam, vacatathe-
quam experimur minime salutarem esse. ca.
Facile impetitur conuictis, vt apparet, militis Eiusdē in
habitus, & hominis peregrini. Sicyona.
Difficile est militem inuenire, cui ad sene- Apollodori
ctam vsque omnia bene successerint, nisi timi- ex. Apha-
dis sit. nizomeno.
Non parua difficultas est militem salutis in- Menad. in
uenire causam: perditionis autem facile. Aspide.
Elegans miles, etiā si Deus ipsum forma- Menandri
ret, haud vllus effici possit. Apollod.
Statim factus es miles pro homine libero. in P.adio.
O miles, non homo, qui pascaris quemadmo- Philemon.

Antiphon. *Quis non mercenarius est mortis o charissima, qui gratia vivendi accedit moriturus?*
Isoerat. ad Dæoniciū *Robur prudentia iunctum conducit: sine ipsa vero plus laedit possidentes. Idem corpora quidem exercentium se ornant, animi vero studia obtrebrat.*

Ex epist. de Amicitia *Inevitabilis timor pœnæ, causa est desperatio: qui enim interitum suum prauidit, pericula vitio sequitur.*

Archidamus Lacedæmoniorum rex, cum vidisset filium suū nimis temerè contra Athenienses pugnantem: Aut vires tibi sunt augede, dixit, aut minuenda audacia.

Clitarchus historiographus dixit, Omnis audacia virium mensuram excedit.

Plutar. ex lib. cōtravires corporis *Quæ iam tibi tanta felicitas videtur, ut eius gratia naturā existimes, hominibus nouerem, brutis vero parentem esse? An propter magnitudinem, celeritatem, visusq; aciem ita censes?*

At hominum propria vis, in animi ratione consistit, qua & elephantos per sylvas pedicis capit, frenat equos, subingat boues aratri, volucra deicit aëdibus, & in profundo submersa retibus extrahit. Hac eius vis est, quæ multo uberius se profert, cum ambitus terra, cæli magnitudines, & stellarum circulos prosequendo non fatigatur. Hac erant Hercule digna. Quis enim uō Phylles, quæ Cyclops esse malit.

Aratus

Aratus Sicyonius laudante quopiam virū desperatum & audacem, ac idcirco & in bellis exitium: differre dixit magni facere virtutem, & vitam nihili facere.

Homines viribus tantum, robori & velocitati augendis student, & quo pacto hæc habentes ex ipsis solis clari fiant: animū vero per quem existunt, negligunt: ignorantes se illa solium excolere, quæ cum brutis communia habent, & quidem imbecilliora quam multi a brutis: diuinitusnam vero sui partem, & secundum quam diis aliquo modo similes reddi possent, neglectus habere.

Animi presentiam in periculis cum ratione coniunctam, laudato: impetum vero ad ea sine ratione, audaciam vocato, & oderis.

DE IMPERATORIBVS

ET PERTINENTIBVS

ad bellum consilia, Ser-
mo LIIII

Rationibus aluntur hominum opera. Sophoclis.
 Consilia hæc res effecerunt, non manuū robur. Eiusdem.

Rationes manuum viribus prepollent. Agathonis
 Viri prudentia facit, ut bene habitentur ciuitates, itemq; familia: & ad bella magnum Antiope.

eius momentum est. Consilium enim sapienter
initum, multas manus vincit: imperitia vero
cum multitudine deterius malum est.

Eiusdē in Exiguus est viri robur, praualet autem ani-
Aeolo. mi industria.

Eiusdē in Semper enim virum imperitum, & robustū
Bellerophō corpore minus timeo, quam imbecillum & sa-
te. pientem.

Eiusdē in Imperatores quidem in numeros fieri liceret,
Palamede. sapientem vero vix vnum aut alterum longo
tempore.

Eiusdē in Vtinam vir esses tam prudens consilio, quam
Rheso. potens manu. At non idem homo omnia scire
idoneus est: sed aliud aliū munus obtingit. Te
quidem pugnare, illos consultare decet.

In Arche Exigua hasta valida potior est, quam dus
lao. insinuit exercitus.

Ibidem. Hoc etiam non paruum decus est nobili vi-
ro si fuerit imperator, & gloriosum inde nomen
consequatur.

In Erech- Cum diis mouere hastam sapientes duces oportet,
sheo. non autem præter ipsorum voluntatem.

Ibidem. Nullus in bello iniustus, rediit incolans.
Odi cum quis imperator in regione nõ omni-
bus vbiq; lenia adhibuerit remedia. Non enim
factis ipsis aut rebus succensere oportet, cum ni-
hil aliud inde sit vtilitatis futurum: sed res, si re-
fle insituantur, saluiter succedent.

Eiusdē in Imperatoriã artem in hoc sitam esse puto,
78

vt bene cognoscas hostem, quo maxime pacto Timere.
possit capi,

Sic quidem imperabis. Oportet autem im- *Ibidem.*
peratorem simul existentem iustum, regere ex-
ercitum.

Robur cum imperitia sepius damnosum est. *Eiusdē in*
Cantus imperator præferendus est audaci. *Timenisi.*
Victoria hominū cruenta est, & pugnas ma- *Eiusdē in*
nuū fraudibus inuoluit furtius: at veritatis via *Phœnisiis.*
simplex est: mendacii autem *Mauors* amicus. *Eiusdē in* Bel-
Noti quod audere impossibilia viri sit non *lerophonte.*
rientis. *Eiusdē in*

Sullus vt mihi videtur, Sed vide ne præsti- *Helena.*
it vel cum impietate vincere hostes, quam *Sophocl. in*
seruitute aliis obedire. *Aleasi.*

Pietatem secunda spirante fortuna decet co- *Eiusdē in*
lere. Cum vero quis hostes male afficere volue- *lone.*
rit, nulla lex impedimento est.

Quisquis exercitui imperat, cum nunquam *Menandri*
fuerit miles, is planè hecatomben hostibus
educit.

Post bellum constantior pax fit: in tranquil- *Thucylidis*
litate autem nolle bellum mouere, haud æquè lib. i. in con-
periculo vacat. *cione Corit.*

Quæcumq; ad necessitatem redacta sunt. vt *Eiusdē lib. 4.*
præfens negotium, consilia minimè admittunt, in concione
sed periculum quam celeritè fieri postulant. *Demoth.*

Et aiunt ipsum dicere solitum, quod oportet *Xenophō.*
teat militem magis mutare duces, quam ho- *leb. 2. Ex-*
6 B.



stes, si talis sit futurus ut custodias seruet, amicos abstineat, & hostes citra tergiversationem aggreduatur.

Eiusdē de factis & dictis Socratis lib. 1.
Cum vero quondam audisset Dionysodorum aduenisse in ciuitatem, qui proficerebatur exercitibus ducendi arte se tradere posse, ad quendam à suis auditoribus quem sentiebat huius muneris cupidum esse, sic est loquutus.

Rando post At verò si quis etiam nostrum aut manipuli aut cohortis præfectus nunquam fuerit magis in rebus bellicis expertus sit, dic nobis, quo te incepit imperandi artem docere? At illi: Indidem, ait ubi etiam finiuit. Acies namque instruendi artem, & nihil aliud me acuit. At qui, Socrates ait minima hæc imperandi pars est. Imperatorem namque & præparandi ea quæ ad bellum conferant, expertam esse oportet: & ad victum militibus necessariis reperiendi, machinandi & operandi. Et ad hæc diligentem eum esse necesse est, corpore patientem, prudentem, mitem, durum, simplicem, insidiatorem, cautum, furem, liberalem, rapacem, donandi plus quam habendi amatorem, tutum, & alios aggredi aptum. Ceteraque multa sunt, quæ tum natura, tum doctrina illum habere oportet qui bene imperatus sit. Bonum verò est, inquit, aciem etiam ordinare scire: multo namque differt ordinatus ab inordinato exercitum. Quemadmodum enim lapides, lateres,

teres, ligna, & tegula inordinate quidem proiecta, ad nihil utilis sunt: cum verò ordinentur deorsum & sursum, quæ neque putrescunt, neque fluunt lapides ac lateres: in medio autem lateres & ligna, quemadmodum in edificijs componuntur, tunc domus res plures æstimanda efficitur. Tum adolescens: Vehementer ò Socrates, inquit, simile quiddam dixisti. Nam & in bello illos primos & ultimos ordinare oportet, qui fortitudine excellent: in medio verò peiores, ut à primis ducantur, ab ultimis verò impellantur. Si igitur, Socrates ait, & discernere tibi fortes à timidis tradidit artem, bene est: sin minus, quæ utilitas erit huius tuæ discipline? Nec enim si argentum quoque te docuisset in primo & ultimo loco optimum ordinare, penus verò in medio, nõ docendo discernere bonum ab adulterato, vlla tibi esset utilitas. Sed me hercle, inquit, non docuit: itaque nos oportet, qui fortes qui ve timidi sunt iudicare. Quis igitur consideremus, inquit, quo pacto nos non lateant. Ego profecto velim, adolescens inquit: Si igitur argentum, inquit, rapere oportet, auros & amatores argenti primos ponendo bene ordinabimus? Ita mihi videtur. In periculis verò subeandis, num illos præponamus necesse est, qui amatores honoris sunt? Et tamen, ait, non sunt obscuri: sed cum ubique præclari sint, facile inueniri ac eligi possunt. Sed sint hæc, & trans



autē ordinare solum te docuit, an etiam ubi, & quomodo utendum est quolibet illorum, qui ordinandi sunt? Minime, inquit. At tamen multa sunt, ait, in quibus nec ordinare, nec ducere eodem modo oportet: nōne hæc tibi declaraverat? Minime, inquit, mehercule.

Ibidem.

Quondam verò cum casu quendam imperatorem electum cōvenisset: Qua de causa, inquit, arbitraris Homerum nūcupasse Agamemnonem pastorem populorum? Nōne quoniam quemadmodum pastorem oportet curare, ut salua sint oves, ac habeant unde vivant: sic etiam imperatorem curare necesse est ut exercitus saluus sit, illudq; perficiat cuius rei gratia militat? Militans verò, ut hostibus superatis feliciores ipsi sunt. Cur nanque ita laudasset Agamemnonem, atque utrumq; cum appellasset, regemq; bonum, militemq; robustū? nisi quòd probet illum esse militem fortem, qui non solum adversus hostes fortiter luctetur, sed emni etiam exercitui huius causa sit. Regemq; bonum, qui non se solum bene regeret, sed etiam illis quos regat, felicitatis causa sit. Rex nanque eligitur, nō ut sui ipsius curam habeat, sed ut per ipsum, qui eum elegerunt, in felicitate degant. Similiter militans omnes homines ut quam optima vita fruatur: imperatores proficiunt, ut ad hoc eos conducant. Oportet igitur imperatorem proficere, ut hoc idem elegantibus conferat.

Nec

Nec etiam aliud melius isto facile est reperire, nec contrario turpius. Et ad hunc modum considerans qua sit boni præfecti virtus. cetera quidem aufererat: illud autem solum relinquibat, videlicet ut felices efficiat illos, quorum quisque dux effectus est.

Cum quondam verò equitum præfecto, in hunc Ibidem. modum eum meminisse disputasse.

Principatus verò hic in quem electus es, Paulo post equorum & equitum est? Ita est, inquit. Agè itaque hoc primum dic nobis, quibus artibus cogitas equos meliores efficere? At ille: Non meum hoc opus esset, sed quilibet officij sui curam habebit. At si tibi. Socrates ait, equos ducent quosdam, tam vitiatos pedibus ac tibiis, quosdam verò ita debiles ac strigosos, ut sequi non possint: & quosdam ita male educatos, ut non maneat quocunque tu loco ordinaveris: quosdam verò tam calcitrosos, ut non sit possibile de vno in alium aciei locum eos transferre, qua tibi utilitas erit equitatus? aut quo tandem bono, cum talibus præsis, civitatem afficies? At ille: Optime dicis, inquit: & ideo, prout possum, conabor equorum curam habere. Quid verò, equites ipsos non conaberis meliores efficere? Vehementer, inquit. Primum itaque, ait, aptiores ad ascendendum equos efficies? Opportunum est, inquit. Etenim si quando quisquam



eorum ab equo caderet citius hoc modo salu-
 erit. Quod si pericula, inquit, oportue-
 rit subire, utrum ad arenam iubebis hostes
 attrahere, ubi equitare soletis, an in tali-
 bus locis exerceri conaberis, quibus bella fieri
 solent? Hoc esset melius, ait. Atuere ve-
 ro animos equitum, & aduersus hostes irri-
 tare, ac fortiores efficere nunquam considera-
 sti? Si non antea, nunc ait, conabor. Ut ve-
 ro tibi obediant equites, cogitasti? Etenim
 absque hoc, nec equorum, nec equitum hono-
 rum ac fortium ulla erit utilitas. Verum di-
 cis, ait. Sed quoniam modo quisquam, o So-
 crates, eos ad hoc hortaretur? Non ignoras il-
 lud, ait, quod in quaque re illis obedire potissi-
 mum homines volunt, quos putant optimos esse:
 nam & in morbo illi potissimum obediunt,
 quem putant medicina excellere: & in navi
 qui nauigant, gubernatori: & in agricultura
 agricolæ. Ita profecto, inquit. Et in equitandi
 istaq; arte, ait, quicumq; sciat que oporteat age-
 re, illi verisimiliter ceteri obediunt. Se ergo ego,
 o Socrates, melior illis in hac re sim, sufficiet
 mihi ad hoc ut illi mihi obediant? Si ad hæc,
 inquit, doceas illos, melius & magis expediens
 illis fore tibi obedire. Quo autem modo istud
 docebo? Multo facilius, ait, per Iouem, quam se
 oportuerit docere, mala meliora esse bonis atq;
 utiliora. Ut apparet igitur, inquit, tu dicis
 equitum

equitum præsidem oportere etiam artem pero-
 randi habere. Tu autem putabas, ait, tacendo
 posse equitibus præesse? An non recordaris,
 quod quicumq; optima lege didicimus, per que
 viuere possumus, omnia ista per verba didici-
 mus? Et si quam aliam bonam disciplinam di-
 scat quisq;, per verba discit: quiq; optimè do-
 cent, sermone utitur: quiq; honestissima sciunt,
 optima disputant.

At me hercle, ait Nicomachides, nunquam Paulo pass
 putassem me hoc abs te auditurum, bonos etiam
 imperatores fore, qui boni patresfamilias sunt.
 Age ergo, Socrates, inquit, utriusque eorum
 officia inuestigemus, ut sciamus utrum eadem
 sint, an in aliquo differant. Inuestigemus,
 ait. Utriusque sanè hoc unum commune est
 officium, inquit, subditos sibi obedientes face-
 re. Maxime, ait. Illa vero præcipere cuiuslibet,
 que facere sciat, nonne commune utriusque est?
 Commune, inquit. Bonos vero præmiis affice-
 re, malos autem pœnis, nonne utriusque conue-
 nit? Utriusque, inquit. Socios autè atq; auxilia-
 res acquirere, videntur tibi utriusq; cōducere?
 Videtur, ait. Custodes vero rerum suarum esse,
 & diligentes ac industrios circa eas, istne op-
 portunum utriusq;? Hæc omnia, inquit similia
 utriusq; sunt: bellum vero gerere minime utriusque
 commune est. Quid vero, num inimici utriusque
 esse possunt? Possunt, ait. Superare itaque eos



virisque expedit? Expedit, ait. (Et reliqua, vsq; ad hæc verba: In ceteris verò similes sunt.)

Herodoti Respondit Artabazus: Neque hunc rex
lib. 7. hyst. exercitum improbaueris quisquam, qui sit mentis compos: neque hanc navium multitudinem, etiamsi plures coegeris. Quæ autem duo dico esse tibi multo hostiliora, ea verò hæc sunt, terra & mare. Neque enim vsquam maris portus est eiusmodi, ut ego coniecto, qui surgente tempestate sit capax huius tuæ classis, idoneisque ad eam tutandam: neque verò unum tibi portum esse oportet, sed uniuersam continentem esse portum, quo se recipiant naues. Itaque cum portus tibi opportuni desint, intellege homines in arbitrio fortuitorum, non fortuita in arbitrio hominum. E duobus vno exposito pergam dicere alterum. Terra cum ob alia tibi hostilis est, tum eo hostilior, si nihil obstitit, quo longius processeris, assidue vteriora surripient. Nulla est hominibus rei bene gerende satietas. Vnde etiam ut nemo tibi occurrat, dico regionem maiori in tempore maiorem famem esse illaturam. At vir ita demum fuerit optimus, si in deliberando quidem omnem rem, quamcumque pati posset, reputans extimescit: in re autem agenda est audax.

Thucidid. Solet enim humanum genus perpetuo, cedentibus imperare, cauere autem a resistantibus, et præstantioribus,

Non

Non enim similiter quisquam meliorem partem occupandi studio etiam contra suos bellum gesserit. Verum ne deteriorem conditionem habeant, quoad fieri potest, omnes bellum cient: diorum, ad obtinendum verò potiorem, non ita. Sed cupiunt quidam, si quis permittat: sui prohibeantur, nihil iniuriæ ab illis se passos arbitrantur, qui aduersati ipsis fuerint.

Soliti sunt qui freti suis viribus, ut nunc Athenienses, vicinos inuadant, quiscentem quidem & suam regionem solum descendentes, audacius cum exercitu aggredi: illum verò qui etiam extra fines eis occurrat, & per occasionem bellum prior incipit, minus promptè sustinere.

Thucidid. lib. 4. in cõ
dione Pa-
gonida.

Eiusdẽ lib.

Existimate tria esse bellum rectè gerendi capita, velle, renereri, ac obedire ducibus.

5. in cõcio-
ne Brasidæ

Spes, quæ in periculis solatium est, eisi offendet eos qui per abundantiam rerum ipsam experiuntur, non prorsus tamen pessundat: illis sum legaverò qui sua omnia fortunæ periculo semel ponunt, spe (qui multa consuerere solet) frustrati, simul & desitutos se vident: & in quo sibi deinceps caueant, malis suis eruditi, reliquum habent nihil.

Ibidem in
Atheniẽ-
tione ad
Menos.

Atqui scimus in bellis interdum euentus inopinatos accidere, & longè alios quam pro multitudinis vtriusque ratione.

Exercitus enim qui posterior accedit, plus

Ibidem in

bb f.



terroris incutit hostibus, quam qui praesens est ac pugnat.

Nicolaï de Autarchiata milites imbecillos in itinere colleclaneis bus nunquam viuos relinquunt.

Tribalis quatuor phalanges in pugnis institutum: primam ex imbecillibus; alteram ex optimis & fortibus viris, tertiam ex equitibus, postremam ex mulieribus, quae ipsos in fugam conuersos conuictis insectantes retinent.

Antisthenes inquebat optare oportere, vt bona omnia citra fortitudinem hostibus contingerent. Sic enim ea non possidentium, sed vincientium fore.

Demosith. Turpe est seipos decipere, ac omnia quae discontra Phi scilia fuerint differendo in rebus omnibus nimis esse tardos: & ne hoc quidem intelligere possit, quod oporteat illos qui recte bellum gessuri sint, non sequi res & occasiones a tergo, sed ipsas antecedere. Nam & imperatorem similiter exercitui praesse oportet, vt ea faciant quae ipse inuenerit, non autem cogantur res quomodo-cunque euenerint sequi.

Plutarc. in lib. an seni administranda sit Resp. Rhetores Athenis Iphicrati & Timotheo adductum Charctem hominem robustum ostendebant, atque talem imperatorem constitutum volebant. Timotheus autem, Non per deos, dixit, sed talis ille sit qui imperatori gestaturus est fragula: imperator vero tum quae ante ipsum, tum quae a tergo sunt prospiciat.

Antigonus

Antigonus olim hostibus ingruentibus cedens, dixit se non fugere, sed utilitatem retro sitam persequi.

Lamachus prefectum quendam manipuli peccantem reprehendebat: & cum ille diceret, posthac se nunquam saniliter peccaturum: Non licet, inquit, in bello bis delinquere.

Antigonus interrogatus, quomodo oporteret hostes agredi, dixit:

Aut dolo, aut vi, aut aperte, aut per insidias Demades rhetor in pugna ad Cherontem à Philippo captus, ei; commēdatus, cum Philippus iter pocula haec verba iactaret. *Vbi nūc est nobilitas: & praesantia ciuitatis Atheniensium? Cognosceres dixit, o rex, ciuitatis vim, si Philippus Atheniensibus, Charres autem Macedonibus imperaret.*

Alexander interroganti quomodo tam breui tempore totius orbis imperium obtinisset, respondit: *Consilijs, eloquentia, & arte imperatoria.* Aliud alibi responsum legimus, *Nihil cumlando, id est, celeritate.*

Agessilaus Lacedaemoniorum rex interrogatus, quas res imperatorem habere oporteat, dixit: *Aduersus hostes audaciam, erga subditos beneuolentiam, in opportunitate vero rationem & consilium.*

Epaminondas Thebanus, magno & egregio exercitu conspecto, sed sine duce: *Quanta bele*



luna, dixit: absque capite.
Inphicrates in sociorum agro castrametatus, cum vallum extrueret, & fossam pararet, obijcienti, Quid est quod metuamus? dixit: Nulla imperatoris deterior vox esse potest, quã Non putabam,

Eundem cum rhetor quidam in concione interrogaret, quisnam esset, quod aded se esseret, num eques, aut gravis armatura miles, aut sagittarius, aut peltam gerens. Nihil horum sum, dixit, sed istis omnibus imperare novi.

Chabrias optimos imperatores esse dixit, quos res hostium notissimas haberent.

Thucydidis lib. 3. in concione Cleonis. Eiusdẽ lib. 4. in concione Brasidae. Eiusdẽ lib. 6. in concione Alcibiadis.

Quicumque consilijs contra hostes iuvat, potior est, quam qui ipsos sine prudentia pugnandi robore aggreditur, Turpius est viros alicuius dignitatis quamvis decenti fraude, quã vi manifesta superare. Hoc enim ex iniusta causa roboris, quod fortunate largita est, obtingit: illud verò per insidiam iniusti animi.

Hostes aliquis hoc pacto vehementissimè laferit, si rebus istis eos afficiat, a quibus sibi maxime ipsos metuere cerèd resciverit, Proculdubio enim ea quã maxime terribilia ipsis videntur, imprimis si cognouerint, metuumt singuli,

Pyrrhus cum quidam inter pocula quæreret, utrum Antigenidas aut Satyrus melior esset cibicè. At ibi sanè, dixit, præstare videtur dux

Polysperchon: innuens quæri oportere non inutilia, sed necessaria.

Polysperchon: innuens quæri oportere non inutilia, sed necessaria.

Hannibal cum audisset Stoici cuiusdam argumenta, quibus probabat solum sapientem, imperatorem esse, risit: existimans fieri non posse, ut militaris scientia parceretur sine usu & experientia in rebus ipsis.

Lycurgus Lacedemonijs præcepit ne sepe aduersus eosdem bellum mouerent, ne vel iniustos rei militaris peritos efficerent.

Pyrrhus ad quandam promitentem se tradituram ei aciem instruendi artificium, qui tamen in acie nunquam fuerat, dixit non opus esse sibi imperatore cuius aures tubæ sonus nunquam circumierit.

Philippus aiebat præstantiorem esse ceruorum exercitum, imperante leone: quã leonum, ductore ceruo.

Iphicrates exercitum sic oportere constitutum esse dicebat, ceu vnum corpus: ita ut loco thoracis phalangem habeat, manuum, instar leuis armaturæ milites, pedum equites: capitibus autem loco imperatoreum.

Philippus interrogatus, quos amaret præcipue, & quos maxime odisset, respondit: prodituros quidem in primis anno: eos verò qui iam prodiderunt, odi maxime,

Timotheus querenti quid inter imperatoriam autem & oratoriam discriminis esset:



idem, dixit, quod inter bellum & pacem.

Eudamidas, cum philosophus quidam solum
sapientem bonum esse imperatorem asseruisset.
dixit: Mirabilis quidem oratio est: is verò qui
loquitur, nunquam circa se classicum tubæ so-
nam expertus est.

Xenopho-
tis lib. 5,
institutio-
nis Cyri.

Neque vel amicis beneficium maius præ-
stitis in bello, quàm si inimicus ipsis
esse videaris: vel magis hosti-
bus vlllo pacto nocueris,
quàm si amicis
ipsorum si-
mules.

INDEX EORVM QUÆ
IN PRIMO TO. SENTEN-
tiarum Ioann. Stobæi infi-
gnis notata
sunt.

A	Bij cur Homero dicti	163
	Adolescentum educatio fundamentum	
	Reipub.	530
de	Adulatione, Sermo XIII.	323.655
	Adulterij pœna apud Pisidas	615.616
	Aedificandum quomodo	55
	Aeschines Socraticus	458
	Aethiopum mores	616
	Affectuum effectus 40. quomodo illis vten- dum	61.62
	Agathyrsorum mores	622
	Agenor & Chronius Argivi fortissimi	209
	Agessilaus Themistocli frater Lacedæmonio- rum rex	211.762
	Agis rex	204
	Ajax	21
	Alcestis vxor Admeti	763
	Alexander Magnus	155.206.371.763
de	Alimentis	347.515
	Alta Deus humiliat	406
	Ambitio elementum malorum. 289. & cau- sa seditionum	638
	Amentia quid	139



INDEX.

amici quales parandi	94
amicorum omnia communia	581
amor	729
de Amore sui, Sermo XXII.	408
amor sui maximum malum	71
Anacharsis cuius fuerit, & quis 163. Cur nō & seq.	
Anaxarchus	201. 449
Anaximenes Lampfacenus rhetor	721
Anaxilaus tyrannus Rhegi	685
anima 20. 23. 26. 28. 29. 30. 32. 34. 39. 40 42. 48. 65. 182. 391. 437. 439. 444. 449	
animus 20. 138. 139. 175. 375. 376. 550. 552	
animalia quae occidenda	587
Antigenes Gelous	152. 153
Antigonus	200. 720. 762
Antipathes lapis contra lepram	349. 350
Antisthenes philosophus Socraticus	99. 181 319. 326. ibid. 358. 639. 733. 738. 762
Apeles pictor	284
Apharantes Libyae populus	617
Apollodorus	214
Appetitus opprimendus	183
Araris Galliae fluvius	335. to. 2
Aratus Sicyonius	777
de Arcanis, Sermo XXI.	503
Arcefilaus	523
Archimedis assiduitas	440
Aristocratis	512. 530
Aristo-	

INDEX.

Aristippus	123. 156. 354. 377. 495. 720
Aristides	172. 232. 483. 499
Ariston	140. 560
Aristoteles	102. 123. 166. 288. 470
Aritmetica	31
Aritonorum mos	156
Arrogans quis	406
Artabazus de periculo bellicis	760
Artemidorus auarus	282
Artes experientia inuenta	120
Asclepiades alloquitur murem	283
de Assiduitate & diligentia, Ser. XXXI.	424
Aster sagittarius excecavit Philippum	208
Athenienses	135. 138
Atheniensium duces fortissimi in Maratho- ne	207
Auaritia	40. 279. 280. 286. 290
Auari	290. 291. 337
Audacia laus, Sermo L.	740
audacia vituperium, Sermo LII.	747
audacia & fortitudo differunt	216
aurum argentumque habere capitale Sparta- nis	618
B	
Barba quid significet	192
beatus & bonus: & unde quis fiat talis	45
de bello, Sermo L.	736
Bellum & seditio differunt	545
Bellerophonis Chimerae confectio	199



I N D E X.

Bellica adhortatio	736.743.744
Bias Priæneus philosophus	115.125.412. 471.565.691.689.
Bionis sophiste dicta	58.84.134.137.258 259.287.477.494.647
Bona triplicia, animæ, corporis, & externa	46
Boni viri officium	223
Boni viri quo pacto fiant	74 & seq.
de Bonitate, Sermo xxxvii	467
Bonæ aratoræ occidere, capitale Perrogibus	615
Brenni Gallorum regis præclarū factum	292
de Breuitate in dicendo, Sermo xxxv	460
C	
Calceorum usus improbatu	55.603
de Calamnia, Sermo xlii.	504
Catonis dicta	188.189
causæ quatuor quibus vniuersa efficiuntur	564
celandum nihil	412
Celtarum mores Græcæ. Mortē nō timent	202
Chilonis philosophi dicta	565.669.380.113
chorus quid	239
Chremonides, Athen. Ptolem. à consiliis	491
Chryssipi dicta	640.106.200.491. P411 cu contentus erat
de Cibis	421
Cicadæ & Cochleæ	354.355.363.604
Circæ Vlyssis socios in sues vertit	170
Cluuium tria genera	351
Ciuis officium	509
	513.514

I N D E X.

Cleanthis philosophi Stoici dicta	371.186. 205.344.456
Clearchus Lacedæmonius	500
Cleobuli Lyndij dicta	111.565.689
Cleostratus	459
Clitarchus de audacia	750
Clitomachus	205.215
Clupea piscis in Arari Gallie flumio	348
Codrus Atheniensium dux sponte pro patria moritur	209
cœna Apellis	284
de cognoscendo seipsum, Sermo xxi	379
coitus est apoplexia breuis 189 Eryximachus breuem comitalem vocabat	181
Comam nutrire cur Lycurgus permisit	607
communia omnia Platoni in Repub.	578
concupiscentiæ descriptio	291
de Conscientia, Sermo xxxiii.	411
consilia in bello prævalent viribus	750.762
consilium & præceptum quomodo differant	96
consilium alteri dare facile.	368
consulendus quis	99
Consulendum ante factum	97
de Consuetudinibus	582
consuetudo inueterata non facile tollitur	511
contentio omnis imprudens	377
contentus sua sorte sit homo	26.161
de continentia & sobrietate, Sermo xvii. 339 & sequenti.	



INDEX

continentia quid	347. Vnde nascatur	33. Eius
fructus	160. eius eulogium	350
conuersatio & consuetudo cum quibus agenda		609
conuersatio malorum vitanda		443
conuitia si dissimiles reducant in autorem		364
in Conuino quo modo versandum		164
corpori necessaria facile parantur		291
Cotys Thracum rex		688
crapule effectus		181
Crates Thebanus philosophus	57. 134. 157.	186. 326. 327. 332.
Cretensum mores		619
Critolai stratagema	484. sorore occidit. ibidem.	
Crito Atheniensis philosophus anarus		284
Cræsus Lydorum rex		679
cumfratio in bello nocet		763
cupiditas plus habendi amittit presentia		291
curam sui gerere quid		387
Cyrus non prandebat aut cenabat, nisi sudasset		430. Qualis fuerit natura
		594
D		
Damon de Musica		582
Dæmonis natura ubi versetur		697
Darius Persarum rex		201. 206
Daphnolium mos de vxoribus		616
Decorum quid sit		36
Dædalus à Minoe captus		385
d'elicati tibi corporibus noxi	347. & seq.	
Dema-		

INDEX.

Demades de Atheniensibus	135. 763. defus	
preceptore		763
Demaratus de Græciæ paupertate & virtute		205
Demetrii Phalerei dicta	158. 308. 686	
Democratia	530. Tyrânide potior	723. et seq.
Democrates		320
Democritus		376
Demonice Ephesia patriæ proditrix, iuste à Breimo occiditur		292
Demostriati filius cum asina congressus, quæ formosissimam peperit puellam		72. to. 2
Demosthenis dicta	82. 134. 321. 322. 364. 367. 429. 441. 471. 570. 638.	
Deo omnia possibilia		425. & seq.
Deos esse credendum	588. Iidem colendi, & quo pacto	ibidem
Dei bonitas		374
Deus qualis	701. Ineffabilis	231. Optimus. Iustissimus. 231. Verax. 305. Purissimus, inspicendus ceus speculum 395. Punit transgressores legum nature 248. 249. Adiuuat laborantem 426. Odit alta, excelsaque deprimit 407.
Conatum iustum adiunat		197
de Diis, Sermo LXXX.		189. to. 2
depositum reddendum		99. 232
Dercillidas Laced. ad minas Pyrrhi		206
deridens alium se inspicat		409



INDEX.

<i>Diogenes Cyrinus</i>	25.57.105.136.141.
155.162.181.185.186.181.190.204.	
290.291.322.323.334.325.326.& seq.	
341.412.441.463.459.497.501	
<i>Dion Syracusanus</i>	466
<i>Dion Academicus</i>	369
<i>Dionysii & Aristipii mutua dicta de tyrannide</i>	721
<i>Dionysius tyrannus</i>	445.670
<i>disimulatio & Disimulatio</i>	314
<i>diues quis, & quis pauper</i>	287.290
<i>diuus felix quis</i>	337
<i>diuitiarum usus</i>	280
<i>dolet sapiens, non tamen excruciat</i>	200
<i>domus qualis extrui debeat</i>	55
<i>Drimylus Thraciæ mons</i>	348

E

<i>de Ebrietate</i>	354
<i>Educatio puerilis</i>	530.531.581
<i>elementa vnde</i>	201
<i>elipharmacus herba</i>	349
<i>Epaninondas Thebanus</i>	156.172.763
<i>Ephori. 585. Eorum potestas</i>	608
<i>Epicurus</i>	188.343.346.439.450
<i>Eratosthenes de etate hominis</i>	450
<i>Erato Musa</i>	446
<i>Erechtheus rex Attica, filiam ob patriæ salutem</i>	

INDEX.

<i>lutem maclat</i>	484
<i>Euagoras rex qualis</i>	689
<i>Euripides de oris grauculentia 503. Idem de turpitudine</i>	165
<i>excessus quid</i>	33
<i>exercitatio 345.430. Exhortatio ad exercitacionem</i>	435
<i>exercitatio & ars iungenda 440.442.443</i>	
<i>de Exilio, Sermo x l.</i>	487

F

<i>Facies & mens saepe disident</i>	81
<i>Fama bona diuitiis peferenda</i>	687
<i>familiam non bene administrans non aptus habens reipub.</i>	519.520
<i>fides seruanda</i>	298
<i>de fiducia et libertate dicēdi, Sermo xlii. 317</i>	
<i>fænerari non licet</i>	627.628
<i>fænerator nihil habet: aliâque incommoda eius</i>	283
<i>de fortitudine, Sermo vii l.</i>	197
<i>fortis quis</i>	347
<i>fortitudo quid</i>	39.211.706
<i>fortitudo primaria</i>	202
<i>fortitudo mediū inter metum & audaciam</i>	
<i>212. eius effectus</i>	213
<i>fortuna prospera</i>	50.52
<i>fortuna laboribus indaganda</i>	425
<i>fortuna se accommodat sapiens</i>	98.99
<i>fortunatus stultus graue onus</i>	129



INDEX.

frater astimādus vt mēbrū tui corpis 223. et seq	
frater improbus vt corrigendus & tractandus	
222.	
fraus turpior vi	764
frugalitas	336.340.341
frugalitatis exemplum Epaminondas	156
quod sumus oculis, id ira animo	375
fur morte multandus	587.588
furari aliquando virtus	241.242
furtum pueri permisit Lycurgus	604

G

Galatophagorū ritus, victus, & mores	163
Galenū breuis denotatio dogmatum Hippo- cratis	356
de Garrulitate, Sermo xxxvi.	461
Gelon Siciliae tyrannus ore fatido	166
de Generatione prolis	352
generositas ex labore	426. & seq.
Glaucon Atheniēsis Ptolemēo à cōsiliis	491
Glaucon Epicuridīs Spartanus	418
Gloria non absq; labore obuenit	426
Gloriam sequitur inuidia	475
Gloriari de prosperitate stultum	402.403
Gorgone quid significetur	160
Grammatica	198. to. 2
Gratia quomodo referenda	696
Gravitas in quo sita	690
Gula & crapula turpissima	358.359
Gule vsus & officium	361
Hera-	

INDEX.

H

Heracleti dicta	352.358.365.380.499
Hercules	21.78.488.494
Hermocrates auarus	284
Hermion	283
Hippolytus castus	150
Hippagrite Lacedaemoniorum	598.605
Hippias Eleus philosophus 244. & seq. 505	
Hippocrates	321
Hippomedon Lacedaemonius Thraciae prae- fectus	491
Homerum fames absumpsit.	224
Homo quale animal	632
Homo quid 392.334. imago dei 456. ad quid conditus 30. 31. non sibi solum natus 639. eius natura qualis 82.83. eius vis in quo sita 750. eius imbecillitas 45. eius cōditio 673. quare mendax 301. quis praecipuus eius la- bor	31
Homines quān miseri	136.137.224
Honestia agēda, etiam si probra inde tibi sint.	651.652
Honesti scopus 67. Honesti amant lucē 187	
Honestus vir quis	25
Honor magistratui deserendus 651.652.654	
Honores veri qui	651.652.654
Hospes cuius esse quis debeat	98
Humilitas	405
Hipperrides de metu	219



INDEX.

I

Tactantia prohibetur	96.97
Ignoratio sui triplex	400
ignorantia & imprudentia quid	114.145
illiberatio quid	295
Imitatio in mores & naturam abijt	575
imitanda bona	98
Impera ubi parere didiceris	647
imperandi & parendi rationes	622
de imperatoribus, Sermo l i i i i.	750.751
imperator qualis esse debeat	712.753.754
imperium viri in uxorem quale	241
Imperium venile quod 240. Civile, ibidem	
imperitia audax	131
inportunitas quid	148
de Imprudentia, Sermo l i i i.	125.127
imprudētia effectus 144. Eius in suas species	
diuisio	145
de impudentia, Sermo xxxi.	453
de incontinentia, Sermo xviii.	354
incontinentia quid, eius effectus, et comites	363
incontines belua similis	354
indestori duae species	36
Indorum mores, & qui uxores ducant	125
indocti sola forma à brutis differunt	330
indolentia quid	43
ingratitude	194.195.599
ingluuias	79
iniuriis abstinentium	

de in-

INDEX.

de Injustitia, Sermo i x.	223
de iniustitia & avaritia, & quavis in re plus	
habendi cupiditate, Sermo x.	279
iniustitia quid 294. 263. eius proprietates &	
effectus 294. eius tres species, ibidem	
infinita intractabile malum	128
infilius petitus quid facere debeat	59
de Intemperantia, Sermo vi.	181
de Invidia, Sermo xxxviii.	471
Invidia	393
invidendum nulli	59
Iouis & cupidinis colloquium	51
Iphicrates	763
de ira, Sermo xx.	370
ira quid 43. Ira frenanda	59.60
Iracundia tres species	376
iratus nihil agas	365
irrationalis pars anime que	32.33
Isis, eadem & Minerva	620
Isoerates de garrulo 463. Idem de presentibus	
preteritis & futuris	28
iudicis est, res ipsas examinare, non testibus tan-	
tum credere	650
iudicium recte iudicantium munus	672
iudicandum scientia non multitudine	663
Iuramentis Phryges abstinent	615
de Iureiurando, Sermo xxvii.	417
ius, lex, Princeps, ut congruant	670.671
de iustitia, Sermo i x.	223



INDEX.

iustitia encomion 224. & seq.
iustitia propria opera 225
de iustitia multorum sententia 236. 237
iustitia nutrix & mater virtutum 235
iustitia quid 35. 177. ibi. 687. 695. *Eius proprietates & comites* 777. & seq.
Iustitia finis virtutum 233
iustitia civilis 628. 629
iustitie premia 270
iusta omnia vitia 274
iustum vtili praeferendum 273. & seq. 637
iusti quis 246
iuuentus qualis 743
iuuencin nolle laborare turpe 426

L

Laboris tolerantia commendatur 78
ad Laborem exhortatio 424. & seq. 618
Lacedaemoniorum mores 618
Lacene mulieris acta & dicta 201
letitia unde oriatur 26
Laertes 312. 313
Lau Corinthia 239
Lamachus 763
Lampus nauclerus 441
Lamprocleus 195
Latrones ob praedam se mutuo iugulant 288
Laudanda quae 23. *Laudandi qui* 25. 61. 97
Laus propria sordet 309
Leonidis pectus pilis obsitum 208. *Eius di-*
Elum

INDEX.

Elum de Persarum telis 204
Leutychidis oratio de iureiurando 418
Lex qualis esse debet 562
Lege quid non opus habeat: & quid praestantius lege 227
de Legibus, Sermo XLIIII. 583
leges sunt anima ciuitatis 570
leges cur necessariae 563
legibus parendum 250. *Earum laus* 663. *visus* 526
de liberalitate, 294
liber non erit seruiens voluptatibus 183
liber quis 29. 125
libertas nimia in seruitutem euadit 559
libertas quid 351. *Eius laus* 719
liber quo modo quis fiat 171. 172
liberi lunt peccata patrum 229
liberalitas quid 294. 295
libido multiformis 79
libri veterum euoluendi 77
lingua III. 461.
lites unde, & esse vitandas 364
loquacitas 461. 464
lucrum 61. 157. 229. 278. 279. 280.
281. 288. 290. 294. 334.
ludi quales concessi 531
lunae effectus 367. 368
lustrationes ciuitatis quo pacto peragenda 626
luxus 150. 151. 167



I N D E X.

<i>Euxuria</i>	158
<i>Lyciorum mores</i>	615
<i>Lycurgus Spartiata</i> 171.247.365.460.601 764.247	
<i>Lysander Spartanus</i>	302
<i>Lysimachus</i>	220
<i>M</i>	
<i>Magistratum tres species eligende</i>	629
<i>magistratus quales creandi</i>	525
<i>magistratus varia nomina</i>	540
<i>magistratus officium</i>	648.649.590
<i>magistratui obtemperandum</i> 150. honor & re uerentia illi debetur	763
<i>de magistratu, & qualem oporteat esse princi- pem, Sermo xli vi.</i>	645
<i>de magistratu & subditis</i>	514
<i>magistratus commissus improbo qualis</i>	521
<i>magistri equitum munus</i>	753.754
<i>magnanimitas</i>	23
<i>magnanimus</i>	220.613
<i>magnus saepe paruo regitur</i>	92
<i>malis resistendum</i>	683
<i>malorum iniitiis occurrendum</i>	659
<i>mala malis mederi stultis</i> 129.130.410.411	
<i>de malitia, Sermo 11.</i>	80
<i>malos torquet conscientia</i>	411.412
<i>malus non effugiet penam</i>	226
<i>mansuetudo quid</i>	370
<i>manus manum fricat</i>	280
<i>mari-</i>	

I M D E X.

<i>maritus vxorius dñs, tutor, & praeceptor</i>	242
<i>matrimonium</i>	601.604.613
<i>mechanici vita</i>	341
<i>mediocritas</i>	26.474
<i>de memoria, Sermo xxv.</i>	413
<i>memoria quid</i>	413.414
<i>memoria bonum & vsus</i>	100.101
<i>Menandri fabula</i>	56
<i>mendacij tres cause</i>	305
<i>de mendacio, Sermo xii.</i>	306
<i>mendacium quid, & vnde</i>	310
<i>mendacium quando vitale</i>	666
<i>mendax infidus & infelix</i>	306.557
<i>Menedemus</i>	174
<i>Menon Thesalus</i>	86
<i>mens quid</i> 96. frenum est anima	96
<i>mens anima frenum</i>	ibidem
<i>mens saepe non respondes faciei</i>	81
<i>mens in anima quod visus in oculo</i>	93
<i>mens qualis, & vbi</i>	189
<i>mentiri vitilitatis ergo veritã meretur</i> 312.313	
<i>metus quid</i>	222
<i>Métracles Cratetis discipulus</i>	315
<i>meum, & non meum</i>	540
<i>Midas, an Aristidas nobilior</i>	256
<i>Midas, an Cinyras locupletior</i>	738
<i>miles ducent plus metuat quã hostẽ</i> 353.754	
<i>de militia & viribus corporis, Ser. llii.</i>	749
<i>Milo Crotoniatis</i>	239



INDEX.

misereri quorum oportet	645.661
modus optimus	III
monarchia q̄ sit optima, Sermo XLVII.	675
morborum cause	42.351
mors non metuenda	463
mori pro patria decorum	611
moriendum omnibus	22
Mosynorum mores	615
mulieres forma ornat, virum robur	82.83
mundus vnde	108.109.161
musica	31.37.531.581
Musonius de voluptate	185
Musonius, data optone quiduis à rege petendi, quid petierit	709.710

N

Natura hominis qualis	562
natura dotibus abutentes quales	83
Naucrates sapiens	377
necessitas docet 428. Excusat malos	562
necessitati cedo	406
Nemesis dea	225
Noctis somnium	207.208
nequid minus	397
Nicias	441
nobilitas que vera	747
nobilitas perit paupertate	306
Nomades vt numerent tempus	616
Nomius & Nomeius Iupiter	568
nosce	

INDEX.

nosce teipsum	380.382.396.397
nouatio legum prohibenda	486.477
nouitas grata	581
nummi vsus 627.628. nuptiales leges. 624	
nuptie secunde iã liberos habeti infames	613

O

Obedientie vsus & necessitas in politia	765
obediẽtia in exhortatione maxime cõsistit	714
obediẽtia subditorũ quomodo cõparetur	648
obediendum cui sit	98.99
de obliuione, Sermo XXVI.	416
obsequiũ quid 329 occasio 688.689	
de ocio, Sermo xxx. 447. otiiũ quid	20
otio corrumpitur corporis habitus	444
odium vnde fiat	133
odium inter quos non sit	21
odoratus	728.729
officia quedam odium, quedam beneuolentiam conciliant	673
Oligarchie, Democratie, Monarchie, inten- tio & scopus	565 & seq.
Ombrii aut vincere, aut mori volunt	202
onofscela ex asina nata	72
oratio difficillima moderata	456
oratio longa	457
orationis fons cogitatio	106
oratio iustar figuli ornat animam	204.205
in oratione cauenda	460
ordo vt instruendus	277



INDEX.

ordines tres reipublice	523.524
Oromagdes deus	306
ornatus qualis mulieribus concessus	156
ornamenta principis	664
opera vt subeunda, aut declinanda, deprecandaue	654
opibus non confidas	448
Othryadus Lacedaemonij egregij facinus	209
P	
Padaogos quales Lycurgus instituerit	603
Padaliorum mos de sacerdote eligendo	138
Palamedes iniuste ab Vlyffe interfectus	216
palustres loci	362
Pan	372
Pätelei carmina de ducibus Marathonis	207
parasitum depingit	325
de Parcitate, Sermo XVI.	333
parentes alendi, iisdem parendum	101.102
parentibus rependere non possumus	190
parentibus an per omnia obediendū	176.182
parentes violantes	634
de patientia, Sermo XIX.	364
de Patria, Sermo XXXIX.	479
patria forti omnis terra	496
patria fumum optat Vlyffes videre	481
patria etymon vnde	485
patria ingrata an infelicitas	492.493
patria vbi que	ibidem
pauper quis	165.287.290
pauperi	

INDEX.

pauperi nulli cognati cur sint	281.282
paupertas 292 Molesta & difficilis 57 Eius incōmoda 94 Eius duo genera 303 & seq.	
paupertas arte propulsanda	447
paupertas in civitate qua gignat	581
paupertas et diuitia artes corrūpūt	579.580
581	
pax ingens bonum	731
pax bello, bellum pace commutandum	738
Pausanias Lacedaemoniorum dux	484
peccata que maxima	611.612
peccata non semper latent	186.187
peccatorum fons & causa, nimius in seipsum amor	410.411
peccata vt coëcenda	658
peccata sua defendant, aliorum accusant homines	409
de peccante 127.128.130.131.132.190.191.646.647.660.	
pecunia vincit omnes	284
pecunie gratia non iurandum	418
pecunie possessio incerta	22
pecunie vsus	404
Pelopidas de calumnia	525
Penelope forma	
peregrinatio frugalitatem docet	489.430
peregrini eadem grauius quam ciuis puniunt	
Celtæ	614
cum Peregrinis vt agendū	235.366.609



I N D E X.

peregrinos nō recipiebāt Spartani incolae 618
perfectus vir quis 28
perfidia quale vitium 308
Periandri dicta 104.116.412.522.565
Pericles 341
periculum inest omnibus rebus 230
de periurio, Sermo xxviii. 420
Perillus vaccam aeneam Phalari fabricavit,
ipseq; primus inclusus 734
Peripatetici de iustitia 237.248
Persarum mores 617 Leges 594.595 Reges
619 Iustitium ibidem
Perse cum quingētis myriadibus in Græciam
206
Perseus Gorgonis caput amputat 160
persuasio 702
persuadere melius quàm vi cogere 521
perinacia noxia 410
Phædræ perdidit amor 153
Phalaris tyrānus Agrigentinarum mullerū
fortitudini vitam condonavit. 209
phantasia à memoria differt 413.414
phantasma ibidem
Phaurinus de hominibus 371
Phidias vt pinxerit Venerem 152
Philippus rex Macedonum, manè à seruo ad-
monebatur, quod homo esset 380. Eius dictū
de rege 685. proditoribus 765. ad Byzātiōs
responsum 82. Oculo orbatus sagitta 208.
Athenien-

I N D E X.

Athenienses status comparabat 135. eius
dictum ad stimulantē contra Græcos 151.
ad eius minas Lacedæmonij cuiusdā respō-
sum 206. Cærorum exercitum leone duce
malebat, quàm contrā 750. ei causam som-
niculose audienti quid dixerit anus 320
philosophari quid
philosophia quæ doceat 707
philosophandum regi 704
philosophi regant, aut principes philosophen-
tur 546.547
philosophum vxor non impedit 94
Philostrati Cupidines 50
Phocion Atheniensis 340.368. Eius vxor
de suo ornatu 156
Phrygum mores 615
Phrynes imago Delphis erecta 186
physica 31.212
pietas vel pars, vel comes iustitiæ 277
Pindarus de hominis animo 550. de iperio 622
piscatio 27
Pisidarum mores 615
Pittaci Mitylenæ dicta 232.277.366.
565.689.
Platonis dictū ad derisorē aliorū 409. de vita
bonorū 200. de Ferēdis calamitatibus 203
de voluptate bona 188. ad Antisthenem
prolixius verba facientē 479. ad cōmilitē
374. cōtra Euripidē de eo quod turpe 165.



INDEX.

de veritate. 16. ad anarum 300. ad Aristippum suadente ei, ut induat purpuram 156
 Plato ait, in vino apparere mores 358
 Plato iratus noluit famulum verberare 374
 Plato iratus seruum Xenocrati flagellandum dat 376
 plus minusq; assumptio 238
 pena seruorum 364. autoris iniurie 571
 pena quid officiat 665 quod tendat 665
 pena irrogetur malo 666
 paenas condonantem non bonum virum dicunt Stoici 653. 654
 Polemonis dictum de veritate 299
 politica quinque 499
 Polus histrio 310. 311
 Populus ira concitus quomodo tractandus 645
 possessionis diuisio 239. & seq.
 potentia quid 34
 potentia & robur differunt 216
 de potentibus in ciuitate, Sermo XLV. 635
 potentibus non resistendum 94. 127
 potentior se, & imbecillior se 533
 potestas maior cocredita minoribus nocet 560
 precepta viuendi filio tradita a patre moriturus 93. 94
 premia dignis danda 523
 principis boni utilitas & finis 662
 princeps bonus nihil differt a bono patre 673
 principis nomine qui dignus 647
 prin-

INDEX.

principes venerandi 581. 582
 principia rerum qualia esse debeant 234
 principij mali par exitus 128
 de Prodigalitate, Sermo XV. 331
 prod. galias quid 43
 Prometheus 62. 83
 Proserpina 550
 Protagoras de exercitatione & arte 440
 prouidentia 92
 prudentia quid 100. 122. virtutum regina. 104. Vnde nascatur 105. diis nos assimilata ibidem. Dux virtutum 560
 prudentia in bello 741
 prudentie effecta 102
 de Prudentia, Sermo III. 92
 prudentis ingenium quale 110
 Ptolemæus Philadelphus de tyrannide 721
 pueri in quo exercendi 514
 pulchra labore constant 427
 pusillanimis quis 218
 de Pusillanimitate, Sermo CIX. 424
 Pyrrhica saltatio 619
 Pythag. 2. 4. 30. 6. 34. I. 357. 359. 444. 458
 Pythagorica symbola 162. & seq.
 R
 Radere capillos quatenus permissum 192
 rapina 279
 ratio quid, eiusq; effectus 372
 ratio recedit ira effervescente 374
 ** 5



INDEX.

rationis multe commoditates & usus	565			
rationi rãquã tutori vita cõmittenda	99.100			
rationalis pars anime que	32			
regnum quid	698			
de Regno admonitiones, Sermo XLVIII.	683			
regni & tyrannidis differentia	506. & seq.			
rex est seruus Dei 158. Lex animata	563. Eius tria officia	691. 692. Eius & pastoris collatio	210. Quando verè sit dominus	158
reges è quibus electi sunt	620			
regum & statuariorum collatio	669			
reminiscentia & memoria differunt	415			
de Republica, Sermo XLIII.	506. 507			
visus nimis improbat	155. 175			
robur quando vtile	750			
Roma potens & imperatrix describitur	198			
Rusticus & Rusticitas	147. 199			

S

Sacerdotum creatio	629. 630				
sacerdotum spectantia	631. 632				
sacrificium quod maximum	157				
sacrorum interpretes vt deligendi	651				
sapientia bonum circa que versetur	30. gubernatrix	97. fundameta eius	165. Eius via	via vocabula apud Aristotelem	123
sapientia quid	49. vbi sit constituta	122. eius proprium	400		
sapiens quis	92. 125. 126				
sapien-					

INDEX.

Sapientum septè apophthegmata de Rep.	564		
Sapientissimus quis	31		
Sauromatarum mores	614. 615		
Scientia quid	34. quando noceat	121	
Scientia carens iustitia quid	232		
scire omnia	120. 124		
scortatio	189. 190		
seditio intestina qualis pestis	528		
seditio & bellum differunt	257		
semen genitale	357		
Semiramidis monumentũ & inscriptio	289		
senij reuerentia	633		
senes quid in Repub. agere debeant	514		
senibus conuersandum	94		
senibus vinum conceditur	621		
seniorum vita apud Persas	601		
senescunt omnia	453. 454		
sermo obscœnus quid gignat	182		
sermo indicat qualis quisq;	95		
seruus quis sit, & quis non	29		
seruiles qui	144		
seruilis vitæ conditio triplex	236		
seruiendum priusquam dominandum	630		
seruitus que probata	177. que bona, que ue mala	690. 691	
Simonides de nobilitate	258. de gloria bene actæ vitæ	638. de tyrannide	725
simulatio	610		
simulatio amicitie & inimicitie qualis	765		



I N D E X.

Siphylus cur perditus 224
 Socrates de felicitate 371. 372. de veris diuinitis 165. de studiis hominum 335. Quid sit robur 199. de arcanorum prolocutione 503. Continentiam quid appellarit 341. de inuidia 476. à quibus sit abstinendum maxime 155. de Prudentia & Prudente 99. cur nihil scripserit 380. de Voluptatibus. 154. de indigètia 155. de optimo rege 685. de diuine imperio 136. de felici Reip. constitutione 522. de conuictu potentum 97. de adulteris 181. que munitissima & optima ciuitas 522. de muneribus accipiendis. 105. quis ditissimus 155. Mundus communis patria hominum 495. 496. 497.
 Socrates non abhorruit à morte 59. nuntiata filij morte quid egerit 410. cum Socrate cõuersari omnibus vtile 79. Alcibiadis dona recusat 341. de optima ac munitissima ciuitate 522. Eius ad minas cuiusdam responsum 222. ad Anitum verba 224. qui sint auari 288. Philosophiam appellabat sciètiã civilem ac regalem 709. quina tranquillè viuant 412. quo pacto opulentus euadat 343. Eius in cibo potuque frugalitas 250
 Socrates an Sardanapalus nobilior 256. 257
 Socrati obiectum, quòd nouos fungat deos, priuscos neget 138
 So-

I N D E X.

Socratis mors 450
 sobrius esto ac nulli temerè crede 122
 sol corpora calefacit, Luna humectat 376
 sol vnus, vnus rex 674
 solis exortum execrantur Apharantes 615
 solem leges imitentur 568
 Solon Salaminius philosophus 444. 459.
 523. 564. 235
 Solon Atheniësis Execastida filius 112. 429
 Somnia ne perturbent quid agendum 176
 Somnus duplex 196
 Somni suauitas quanta 472
 Somnus nimius officit 74. prohibetur 450
 Somno vt nos aptare debeamus 176
 Somni diurni quales 187. 188
 in Somnis excitantur quedam cupiditates & voluptates 175
 Sophistæ 528. Sophoclis dicta 181. 185. 359
 Sophocles acino vna suffocatus 323
 Sophronistæ qui 180
 Sordicies quid 43. 295
 Sordolybium supellexe 616
 sortis equalitas 629
 Sofiadis septem sapientum consilia 116
 Sotadis precepta vite 98
 spe vna non tutum nitit 61
 Spe fouemur 232. Spes laborem lenit 77
 Spes non semper bona 377
 Sphingis anigma 72



I N D E X.

Stilpo de exilio 490. de stolido 137
 Stoici de iustitia 237. Peccatis nullis dant veniam 652. 653
 studia sine philosophia sectantes, similes prociis Penelopes 141
 stultitia quid 143. soror malitie 128. cuius parvis sit anime 23
 stulti qui 144. quales in aduersa fortuna 134
 perturbantur etiam prospero statu ibidem.
 de stultis multa & varia 135. 136
 subditis semper presens status molestus 516
 Summarum mos de adolescent. & virgi. 616
 stupor seu stupiditas quid 146
 Supellex sumptuosa taxatur 245
 de Superbia, Sermo xxxi. 402
 supplices non iniuria afficiendi 227
 T
 de Taciturnitate, Sermo xxxiii. 451
 Tantalus luit lingue intemperantiam 324
 Tartestorum mos de testimoniis 616
 Tegeatarum cum Phaeatis bellum 484
 Telchinum gens inuida 477
 Telchini & Mineræ simulacrum ibidem.
 Telemotus 50
 temere nihil agendum 96
 de Temperantia, Sermo v. 149
 temperantia quibus conueniat 166. cuius partibus anime 705. vnde nomē sortita 159. eius proprietates 165. eius enlogium 160
 de

I N D E X.

de Tempestina oratione, Sermo xxxiiii. 457. 458
 tempestiue omnia agenda 459
 tempus detegit peccata 185. mutat humana. 154. prudentes facit 435
 tenacitas quid 295. Terpsichore Musa 446
 testis optimus qui 661
 Teuthras mons Mysie 348
 Thales Milesius de vxore ducenda 111. de coniugio 112. de optima familia 235. de rege felice 689. de re maximè noxia 82. eius apophthegmata 114. quid distet mendacium à vero 307. quæ optima democratia 567
 Thebe mulier occidit Alexandrum Pherœorum tyrannum 206
 Themis vxor Iouis secunda 226
 Themistocles exul tres vrbes dono accepit 498
 Theocriti scōma 7 ludimagistrū malè legētē 135
 Theodorus Cyrenæicus ad Lysimachum tyrannum 84
 Theocriti chria, quæ sint fera seuissima 84. ad garrulum 456. cur non scribere poemata 380
 Theophrastus de inuidia 474. quid vitam humanam conseruet 515
 Thersite loquacitas coërcetur 457
 Thrasinachus anarus traducitur 283. 284
 Thuriacorum mos in emptionibus 591
 Thynorum mos erga hospites 471
 Thyrsigeri multi, Bacchi pauci sunt 223



I N D E X.

Tigris fluvius herbam producit, quae morbos prohibet omnes 348.349
 de Timiditate, Sermo VIII. 217
 Timiditas quid 13. cuius partis animae sit 218
 ubi Timor, ibi pudor 451
 Timotheus dux Atheniensium de patria 482
 Timotheus de discretia oratoriae & imperatoriae 792. Idem Aristophanis luxum scommate petit.
 tolerantia laborum commendatur 77.78
 tonderi maxima ignominia Indis 618
 tranquillitas animi, vel anxietas in quo sita sit 439.450.440
 tristes consolandi 61
 de Tyrannidis vituperio, Sermo XLIX. 718
 turpe lucrum fugiendum 279
 tyrannidis & regni differentia 511.512
 tyranni & suis comparatio 721
 V
 Valetudo bona in quo sita 37
 vanitas quid 315
 vanus depingitur ibid. & seq.
 vates unde sunt 74
 vaticinium quid 177.178
 recordia quid 87
 venationis commoda 436
 venatio pro eludiu & pro exercitatio belli 606
 vendendi mores varij 520.521
 de venerata re 189. eius voluptas 729
 ver

I N D E X.

verba res leuissima puniuntur, silentiam tutum 367
 de Verecundia & pudore, Sermo XXXI. 451
 verecundiae commendatio 612
 verecundia in calamitate non utilis 318
 de Veritate, Sermo XI. 298
 veritas quid 300.301. dux omnium bonorum 557. inuicta 171. amplexanda 612. iustissima res 298. 73. commendatur 73. magnificianda 665. dux ad bona 299. eius etymologia 300
 veritas prima quae 304
 verissimus quis 31
 vestitus viri qualis esse debeat 54
 vicinus bonus, seu malus 81
 vicinitudo rerum 425
 victoria in quo sita 740
 victus praecipuum 168. Victus Persarum 597
 Vino interdicitur pueris vsq; ad XVII. annum 448
 vinum senibus cur concessum 621
 de vino multa vide in titulo de Incontinentia. 354
 viri ad quid assuescendi 505
 virginitas qualis res 152
 de Virtute, Sermo I. 16
 virtus quid 36. 41. unde oriatur 33. eius opera quae 30. anteposenda diuitiis 570. eius vis qualis 22. 76. circa affectus versatur 36.



I N D E X.

praestat aliis rebus preciosis 19. constat electio
ne 37. diuinitus accedit homini 75. eius ef-
fectus 23. eius cause 34. eius comites 23.
res eius fontes 34. tria sunt illi necessaria
32. quid illi proprium 111
virtuti sudorem praeposuerunt dy 78
virtus asyllum est quo à fortune ludibrio de-
sendimur 30
virtus per se expetenda 47. beatam vitam ef-
ficat 43. 44. eius enlogium 27
virtutis & bonae fortunae collatio 50
virtutem quae vitient ibidem
virtute praeditos tyranni metuunt 732
virtutes se sequi 52
virtutum alia duces, alia comites, alia mix-
tae 40
virtutum diuersi scopi & fines 66. 67
virtutum summa 27. earum diuisio 63
virtutum quatuor species 66
vita quae eligenda 98. 99. cui committenda,
ibidem.
vita nostra fluxa incertaq; 337. peregrinatio
instabilis 22. comparatur navigationi 311
vita vt instituenta 153 & seq.
vita incunda quae 126
vita suauis & leta in quo sita 153. 154
vita non fruuntur pauci 336
vita humana tribus temporibus est proxia 47
vita composita quid 20
vita

I N D E X.

vita intensioe & remissione fit suauior 120
vitiū omnia habet virtuti opposita 24
vitiij species 527. 528
vitiū fugiunt lucem 187. 188
vitiā vnde sunt 80
vitiā non celanda, sed reprehendenda 321
vitiā aliorum cernimus, ad nostra cecutimus
408
vivere bene 44. 168
Vlysses 313. 351. 499. 750
vltio Ionis qualis 226
vniuersalium scientia difficillima 124
voluntas quid 34
voluptia & molesta vt percipiamus 724. 725
voluptas quae eligenda 164. 429. 430
voluptas corpus debilitat 186. perdit naturam
447. parit dolorem 94. 181. 182
voluptati seruire muliebri 183
voluptate quando indigeamus 42. 346
voluptates vnde petende 185. quae sectandae
157. vt fruendae 156. 157
voluptatibus deditus non est liber 182
voluptatum aliae bonae, aliae male 178
Vrania musa 446
urbani & faceti qui 407
usus rerum interdicitur ei, qui non norit bene
viti
vitijs 120. 121
vitijs 529
vixor qualis ducenda III



I N D E X.

<i>uxor frustra custoditur</i>	130
<i>uxoris cura agenda 101. eius ornatus quis</i>	155
<i>uxoribus tanquam dominis parent Sauromatae</i>	615

X

<i>Xenocratis caecolus</i>	343
<i>Xeniades dominus Diogenis</i>	500.501
<i>Xenophon de rege</i>	685
<i>Xerxes circumspetto exercitu fleuit</i>	344

Z

<i>Zaleucus Locrensum legislator</i>	487
<i>Zenonis dicta 140.185.192.202.203.333</i>	
<i>456.463.462</i>	



